

# MELETEMATA
E
# DISCIPLINA ANTIQUITATIS.

OPERÂ
FRIDERICI CREUZERI
THEOLOG. AC PHILOSOPH. DOCTORIS ET LITERARUM GRAECARUM LATINARUMQUE IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI PROFESSORIS.

PARS PRIMA.

## ANECDOTA GRAECA
EX
CODICIBUS MAXIME PALATINIS
DEPRÖMTA
CUM
NOTITIA ILLORUM LIBRORUM
ET ANIMADVERSIONIBUS.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO
MDCCCXVII.

# OPUSCULA MYTHOLOGICA

## PHILOSOPHA, HISTORICA ET GRAMMATICA

EX

## CODICIBUS GRAECIS MAXIME PALATINIS

NUNC PRIMUM EDIDIT
EORUMQUE LIBRORUM NOTITIAM
ET ANNOTATIONEM

ADJECIT

FRIDERICUS CREUZER

THEOLOG. AC PHILOSOPH. DOCTOR ET LITERARUM
GRAECARUM LATINARUMQUE IN ACADEMIA
HEIDELBERGENSI PROFESSOR.

---

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO
MDCCCXVII.

1817

# Prooemium.

Habebunt haec Meletemata et *Commentarios* in scriptores Graecos Latinosque et *Anecdota*. Commentariis interponentur Diatribae ex hoc orbe literarum, etiam de priscae artis monumentis, Epistolaeque ac Relationes super libris libellisve ex eo genere insignioribus. In Commentationum numero erunt *Herodoteae*, quas ego, posteaquam lucem vidit egregia Schweighaeuseri Musarum editio, tandem in publicam notitiam deinceps prodere constitui.

Atque in universo hoc genere lucubrationum sermo usurpabitur non minus vernaculus, quam

Latinus, videlicet ubi commodum fuerit, aut res poscere videatur. Archaeologicis commentationibus adjicientur figurae vel in aere scalptae vel in lapide expressae.

*Anecdotis* quidquid vel praefationis subjicietur vel annotationis etiam, id omne, ut mos postulat eruditorum, latine scribetur. Sunt autem haec Inedita *graeca* pleraque, neque solum variae lectiones, verum etiam libri integri necdum descripti typis. Quae Anecdota, desumta ex variis codicibus, per horum Meletematum tomos ita distribuentur a nobis, ut singula, junctim collecta singulis partibus, haud ita magno pretio sibi parare possint studiosi literarum, qui universum Commentariorum Anecdotorumque corpus coëmere minus valeant.

Ac quod imprimis mecum laetor, exstiterunt huic consilio fautores aliquot adjutoresque eruditi, in his primarii, qui meam tenuitatem suâ copiâ explebunt.

Neque vero qui *Seminario* nostro *philologico* sodales sunt adscripti iis copiam factam nolumus commentandi, inque rem literarum publicam prodendi specimina lucubrationum; videlicet iis qui dudum tirocinia posuerunt, et cudere videntur posse quod honeste lucem videat.

Curabitur autem a nobis, ut, quoad ejus fieri possit, plurimae etiam Commentationes nostrae ac nostrorum sodalium aliquid praesidii habeant ornamentique *abs codicibus manuscriptis* cum aliis, tum vero etiam *Palatinis*.

Atque, quod felix faustumque sit, ab his ipsis libris Palatinis hoc universum scriptionis consilium nunc cum maxime auspicandum duxi. Constat enim aliunde, nuper admodum, annuente Divinâ Providentiâ, primum Parisiis restitutos omnes, qui quidem illic fuerant, codices nostros, 38 numero, graecos maxime atque latinos; deinde Româ redditum esse nobis quidquid Germanicorum librorum in bibliotheca Palatina fuerat, additis aliis aliquot ex eodem genere, ut horum quidem 852 numerus efficiatur. Itaque factum est, ut 890 libri manuscripti, quasi ab exsilio retracti, ad nostros Lares remearent.

Quod quidem beneficium quantum sit quamque salutare rebus nostris, quibusque maxime fautoribus debeatur, nuper admodum publice testatum fecit Academia nostra Heidelbergensis, usa et ore et manu *Friderici Wilkenii*, tunc Prorectoris sui; cujus in universo illo negotio obeundo praecipuae partes fuerunt. Neque tamen ego in hac caussâ, tam felici literis nostris, meae quoque vocis officium hoc loco desiderari patiar. Verum, quod et privatum hominem decet, et unice congruit tenuitati hujus meae scriptionis, breviter simpliciterque referam, vel potius adumbrabo, quî factum sit quorumque studio, ut partim saltem membranarum Palatinarum denuo possimus tractare in manibus. Videlicet factum est felicibus auspiciis et singulari plane munificentiâ Potentissimorum Principum FRANCISCI PRIMI AUSTRIAE IMPERATORIS et FRIDERICI GUILIELMI REGIS BORUSSIAE. Quibus Principibus unice ductis amore patriae Germaniae,

ejusque gratiâ contendentibus, negare noluit PIUS SEPTIMUS PONTIFEX MAXIMUS, quo minus ea certe, quae supra diximus, veluti postliminio tandem huc redirent. Qua in re certatim operam suam et polliciti sunt et praestiterunt cum CAESARIS REGISQUE tum MAGNI DUCIS BADARUM, Optimi Principis nostri, illustrissimi amici: *Serenissimus Princeps de Metternich*, *Serenissimus Princeps de Hardenberg*; *Liber Baro de Wessenberg*, *L. B. de Humboldt*, *L. B. de Altenstein*, *L. B. de Müffling*, *L. B. de Lebzeltern*, *L. B. de Haacke*, *L. B. de Berkheim*, *L. B. de Reizenstein* et *L. B. de Berstedt.* Etiam *Eichrodtii*, Viri Consultissimi, in hac caussâ eandem humanitatem dexteritatemque experti sumus, quam in reliquis nostris rebus omnibus. Neque silenda sunt officia, quae haud vulgaria in nosmet redundarunt, *Canovae* Equitis ac statuarii celeberrimi. Verum, quod supra monui, horum nomina dudum in fastos retulit nostra Academia, neque unquam tam singularis beneficii memoriam evanescere patietur. Neque vero hujus academiae cives ullâ re magis grati esse poterimus erga eos, qui de nobismet tantopere promeruerunt, quam si hoc agemus, ut recuperatarum copiarum usum cum iis omnibus communicare studeamus, quicunque bonarum literarum caussâ cupiunt.

Haec ego mecum reputans, quo ei consilio, quantum in me est, facerem satis, constitui, in hoc limite Meletematum edere in vulgus aliquid Anecdotorum, sumtum ex illis ipsis codicibus *Palatinis*, ita

tamen, ut subinde inspergerem; quod ex aliis libris scriptis ductum a me his ipsis membranis prodesse inque doctorum hominum notitiam commendari utiliter videretur posse.

In quo bifariam admonendi sunt eruditi lectores. Primum ut, quod aliis in rebus multo jucundioribus, nemine refragante, locum habere solet: *Trahi suâ quemque voluptate:* ejusdem dicti veniam, in hac re, laboris taediique plenâ, impertiant mihi. Nimirum ut in tractandis codicibus meo me potissimum genio duci patiar; neque mirentur in duobus me imprimis codicibus esse versatum, indeque nil fere nisi *mythologumena* depromsisse et quae ad *rerum scriptores philosophosque* pertineant, eaque, quo studiosis literarum inservirem, uberiore aliquanto annotatione instruxisse. Ego vicissim nemini invidebo, si quis, aliis rebus intentus, ex eodem penore librorum manuscriptorum vel illustriora protulerit in lucem Germaniae vel uberiora etiam.

Deinde quod vere novo facere solemus, hoc idem faciundum mihi est. Etenim quo tempore hibernus rigor vixdum relanguit, terraque diuturno frigore adstricta flores plurimos etiamnunc occaecatos cohibet: tunc quidem et bellis placet ac tenuis viola cum lentâ anemone: neque continuo plena rosaria expetimus, neque densis lilietis inambulare discupimus, et reliquorum etiam florum odore recreari, qui tepidioris aurae sunt. Sic nimirum et ego, in hoc novello florilegio, bonarum artium non nisi primitias offero: uberiora, uti quidem spero, oblaturus alias, ex uberioribus copiis. Quod reliquum est,

plagularum a prelo madentium corrector exstitit oculatissimus et quem eruditorum dudum praedicat respublica *Godofredus Henricus Schäfer*, Vir humanissimus mihique amicissimus.

Scribebam Heidelbergae ipsis Kalendis Juliis anni MDCCCXVI.

1816

# Argumentum. *)



*) Indices rerum verborumque adjicientur ad calcem primi voluminis Meletematum et sic deinceps reliquorum.

---

*Notitia codicis Palatini nr. 132. cum Excerptis ex eodem et aliis quibusdam libris scriptis.*

codex chartaceus formae octonariae, foliorum seculi XV. Habet autem in limine *Philostrati* Sophistarum, neque tamen integras, ut quae ıant in Herodis Attici extremis.

Sequitur folio 57. recto *Dionysii Halicarn.* de positione verborum *epitome*. Inscribitur: *Διο-ου ἁλικαρνασέως τοῦ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων ἐπι-ἡ*. Incipit: *Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε ῥοῦφε ἴτιε τοῦτο δίδωμι*. Desinit fol. 88. rect. (p. 456. ıaeferi). Extrema sic habent: *τρίτον δέ, δι' ἄκρας μάτιον· τέταρτον δέ, οἱ οἱ ἀθήνη πέφραδε δῖον ὑφορ-· ἐξ ἡμιστιχίων δύο· ἔπειτα τὸ τελευταῖον· οἱ οἱ βιό-ͻ μάλιστα κήδετο οἰκήων· οὓς κτήσατο δῖος Ὀδυσσεύς·* a correctum in margine: in textu erat scriptum *ιλλεύς) ἀτελῆ μὲν οὖν τὸν τρίτον ποιοῦν στίχον· τοῦ δὲ τάρτου τῇ προσθήκῃ, τὴν ἀκρίβειαν ἀφῃρημένον· τὰ αὐτὰ νοητέον κἂν τοῖς ἰαμβικοῖς καὶ τοῖς ἄλλοις μέτροις, ν παρὰ τοῖς τραγικοῖς μυρία τὰ παραδείγματα. τοιαῦτα ἐστὶ τὰ ὅμοια τοῖς καλοῖς λόγοις μέτρα καὶ μέλη, διὰ ιύτας γινόμενα τὰς αἰτίας.* [1])

---

1) Haec ego aliquanto plura descripsi, quo constaret de indole codicis, qui licet recentioris aevi, tamen lectionum bonitate commendari videtur. Et in plurimis haec Palatina epitome congruit cum epitome codicis Darmstadini, cujus excerpta penes me sunt, accuratissime confecta operâ

Haec excipit fol. 89. rect. *Hephaestionis* Enchiridion de Metris. Vitiosissimi Codicis Apographum. — Cf. *Hermannum* in Addendis ad Elementa rei metricae. Sequitur fol. 150. rect. *Aristoteles* de Virtutibus et Vitiis, inscript. ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῶν. Incipit: ἐπαινετὰ μὲν εἰσὶ τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά. Desinit: τῆς δὲ κακίας ἐστὶ τὰ ἐναντία ταῦτα, ἅπαντα τὰ τῆς κακίας καὶ τῶν παρακολουθούντων αὐτῇ τῶν ψεγομένων ἐστί: Quae qui conferat cum textu Sylburgii p. 220. 227. 295. is continuo intelliget, eum non usum esse hoc codice, atque idem conqueritur in epistolâ ad M. A. Muretum, se in libello de virtutibus nullum librum scriptum consulere potuisse.

Fol. 153. vers. et seqq. legitur *Isocratis* paraenet. oratio ad Demonicum. Eam fol. 163. rect. excipit *Phrynichi* Ecloga nominum et verborum Atticorum; neque vero integra. Desinit enim fol. 178. rect. in iis,

---

et studio *Fr. X. Werferi* Monacensis, quo tempore Heidelbergae agebat Seminarii philologici Sodalis. De Darmstadino libro, quem Bastius coëmerat, vid. annot. ad Plotinum de Pulcrit. p. CXXXVIII. et p. 199. atque confer *Goellerum* ad Dionysii libr. de compos. ab ipso editum pag. 296 seq.; unde discas, utriusque codicis et titulum eundem esse et idem initium. Eadem plane etiam clausula est, quam supra exhibuimus. Nec minus in singulis lectionibus congruunt hi libri. Argumento sint quae supra diducto charactere scripsimus. Illud ἡμιστιχίων nuper attigit doctiss. Seidlerus ad Euripidis Troad. vers. 153. Jam cum Darmstadini libri eximii pretii sint haud paucae lectiones: vides, in hac congruentiâ, Palatini codicis non minorem praestantiam esse. Proinde Dionysianae epitomes utriusque lectiones Schaefero obtulimus, si quando uti velit in adornandâ novâ editione sui Dionysii. Alterum hunc librum nunquam vidit *Werferus*, nimirum nuper admodum exstinctus acerbo fato, mihique ac reliquis amicis et vero etiam literis ereptus, quo tempore maxime in eo erat, ut posset videre fructus laborum suorum, quos innumerabiles exantlarat, et in notitiam doctorum hominum prodere specimina eruditionis, quae haud mediocris in eo inerat. Sed ille nil terreni meditatus ad coelestia abiit. Have sancta anima!

libri secundi finem faciunt (p. 194. ed. Pauw.) ων ὃν λέγε αἰχμαλώτος (sic codex) γενέσθαι. ius verbis subjiciuntur haec: Τέλος φρυνίχου ἀτ- ν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων ἐκλογῆς.

'ol. 178. vers. haec leguntur: Τευτάζειν πραγματεύε- ἢ σκαιωρεῖσθαι ἢ στρατεύεσθαι (sic) καὶ πολὺ διατρί- ἐν ταὐτῷ καὶ σπουδάζειν (haec duo vocabula in mar- ) καὶ τὸ σπουδάζειν· τὸ ἡσυχάζειν· τὸ φλυαρεῖν· παρὰ ῷ ψελλῷ, τὸ πλανᾶσθαι. Quae eadem aliquanto ube- a habet Zonaras in Lex. Gr. p. 726. ubi iis quae lat Tittmannus adde Scholia Platonica ad Phileb. 2. Ruhnk. et Photii L. Gr. p. 408 seq. Sequitur licatio vocis ὕσπληγξ [2]) item ex asse respondens ıarae p. 1788. nisi quod finitur in voce βοῦς. Quam ım excipiunt haec: Κωλὴν κωλῆνος τὸ ἀνζίον. Zonar. p. 1273. ibique Tittm. De voce graeco- ·bara ἀνζίον (sic codex) adde Tib. Hemsterh. ad ıoliast. Aristoph. Plut. p. 81. p. 265.

Subjicitur observatio grammatica: Σημείωσαι, Οὐ νον τὸ ῥῆμα τοῦτο τὸ μέλλω ἀλλὰ καὶ ταῦτα τὸ ἐλπίζω, οςδοκῶ, ὄμνυμι, ἀπειλῶ, ὑπισχνοῦμαι, ὁμολογῶ, ἐγγυῶμαι, ὶ ὅσα ἁπλῶς τὸ ἐλπίζω καὶ τὸ ὑπισχνοῦμαι σημαίνουσιν, ἐνεστῶτος ἀπαρεμφάτῳ ἢ μέλλοντος συντάσσονται· οὐδέ- ιτε δὲ ἀορίστου. Quae argumento congruunt prae- ·ptionibus Phrynichi p. 162. Thomae Magistri p. 607. havorini p. 1231. et quae alia exhibet Fischer. ad Vellerum III. b. p. 18 seqq.

Subjiciuntur haec: Τὰ εἴδη τῶν σκωλήκων· ῆκες, τῶν ὑγρῶν ξύλων· θρῖπες τῶν ξηρῶν· ἶκες τῶν ἀμπέ- ων· ἶπες, κεράτων· τρῶγες ὀσπρίων· σῆτες ἱματίων· τίλφαι, ;αρτίων. Et rursus fol. 181. rect. Διαφοραὶ τῶν τοῦ ικόληκος (sic) ὀνομασιῶν· Σῆς λέγεται ὁ ἐπὶ τῶν ἱματίων· ῖψ (leg. θρὶψ) ἐπὶ ξύλων· ἴξ ἐπὶ ἀμπέλων· ἶψ ἐπὶ τῶν

2) De hac voce vid. etiam Schol. Platon. p. 62. Ruhnk. coll. Phrynich. in Bekkeri Anecdd. graecc. p. 69.

κρεῶν καὶ κεράτων. σκώληξ καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς γῆς ἕρπων καὶ τοῦ βοός: Illa δῆκες — ξύλων lucem accipiunt ex Procli, Tzetzae et Moschopuli Scholiis in Hesiodi Ἔργ. vs. 420. p. 100. 101. 105. Heins. Procli locum corruptum suspicatur Valckenaer. in egregia disputatione de vermium nominibus ad Ammonium II. cap. 5. p. 105. quae universe huc revocanda est. Ego ex optimo Hesiodi codice *Schellershem.* Scholia ad illum locum pertinentia apponam. Ita enim illa ad ἀδηκτοτάτη· ἄσηπτος. δὴξ γὰρ εἶδος σκώληκος ἐγγινομένου τοῖς ξύλοις· ἶψ δὲ σκώληξ ἐστὶ κεράτων· ἴξ ἀμπέλων· τρὼξ ὀσπρίων· σὴψ (leg. ψὴν, quod in editis est p. 103. conf. Aristotel. Histor. Animal. V. 26. 3. p. 239. Schneid. infr.) σύκων καὶ ἕτεροι ἄλλων· σὴς ἐσθημάτων. Ibid. sequitur hoc scholion: ὡς ἐξικμασθέντος αὐτοῖς τοῦ πολλοῦ τῆς ὑγρότητος· ἡ γὰρ ἄμετρος ὑγρότης σῆψιν καὶ σκώληκας ἐμποιεῖ. Quae uti ad nostrum Grammaticum ita quoque ad Procli locum faciunt. Ad τίλφαι χ. adhibe Schol. Luciani advers. Indoct. §. 17. p. 18. Bip. — Σῆτες improbant Atticistae, qui σέες inculcant. Sed vid. tamen viros doctos ad Thom. Mag. p. 790. Bernard. et ad Moerin p. 339. Piers.

Sequuntur haec: Ὑποθήκη ἡ παραίνεσις. συνθήκη ἡ συμβίβασις. παρενθήκη καὶ προςθήκη, αὔξησις. Vid. Hesych. Suidas in ὑποθήκ. item Zonar. Lex. Gr. p. 1772. ibiq. ab Editore laud. Menag. ad Diogen. Laërt. I, 61. Ad συνθήκ. adhibe Ammonium p. 129 seq. ed. Valcken.

Eadem pagina: περὶ τῶν ἐν ἑλλάδι γενομένων ἀγώνων· τέσσαρες ἀγῶνες ἦσαν ἐν τῇ ἑλλάδι· Ὀλύμπια, ἐν Ὀλυμπίᾳ· πύθια, ἐν πυθιᾳ· (sic) νέμεα, ἐν νεμέᾳ· καὶ ἴσθμια, ἐν τῷ ἰσθμῷ. τὰ μὲν ὀλύμπια τοῦ διός. τὰ δὲ πύθια, τοῦ ἀπόλλωνος. τὰ δὲ νέμεα, τοῦ ἀρχεμόρου· ὃς ἦν υἱὸς ἀδράστου τοῦ. τοῦ παλαιμόνος δὲ τὰ ἴσθμια. ἦσαν δὲ ἆθλα· ὀλυμπιᾶσι μὲν, στέφανος ἐκ κοτίνου· ἰσθμοῖ δὲ, ἐκ

*πίτυος· ἐν νεμέα δὲ, σέλινον πεπλεγμένον. πυθοῖ δὲ μῆλα τῶν ἱερῶν τοῦ θεοῦ.* Retinuimus scripturam codicis, quae facile emendari poterit collatione Grammaticorum, quorum locos congesserunt Fischer. ad Weller. III. a. p. 207 seq. Hemsterh. ad Lucian. Tim. p. 388. Schweighaeuser. ad Athen. Tom. I. p. 61. Interprett. ad Gregor. Corinth. pag. 369. v. c. de *ὀλυμπίᾳσι* vel *ὀλυμπιάσι* (ubi de loco: non de tempore), *πυθοῖ, ἰσθμοῖ κ. τ. λ.* Argumentum congruum in plurimis est cum *ὑποθέσεσι*, quales Pindaro Grammatici praemiserunt. Ducta pars illius observationis videri potest ex eodem fonte, unde hausit Scholiastes mscr. ad Aristid. Panath. p. 189. Jebb. ubi apographum Monacense alterum sic habet: *οἱ κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἀγῶνες· Ὀλύμπια, Πύθια, Νέμεα, Ἴσθμια· Ὀλυμπίων ἔπαθλοι, κότινος, Πυθίων, μῆλα, Νεμέων, σέλινα, Ἰσθμίων, πίτυς· καὶ οὗτοι μὲν οἱ ἀγῶνες μεγάλοι. γίνονται δὲ καὶ ἄλλοι τούτων ἐλάττονες.* Atque decem enumerat ad eum locum doctum Scholium mscr. Leidensis codicis, quod apponere juvat: *ἡ τάξις τῶν ἀγώνων κατὰ Ἀριστοτέλην γράφεται· πρῶτα μὲν τὰ Ἐλευσίνια διὰ τὴν καρπὸν τῆς Δήμητρος· δεύτερα δὲ τὰ Παναθήναια ἐπὶ Ἀστέρι τῷ γίγαντι ὑπὸ Ἀθηναίων ἀναιρεθέντι·* (de Astere sive Asterio vid. Heyne ad Apollodor. III. 1. 4. Hinc medicina facienda Hygino fabul. praef. p. 4. ed. Staver.) *τρίτον ὃν ἐν Ἄργει Δάναος ἔθηκε διὰ τὸν γάμον τῶν θυγατέρων αὐτοῦ· τέταρτος ὁ ἐν Ἀρκαδίᾳ τεθεὶς ὑπὸ Λυκάονος, ὃς ἐκλήθη Λύκαια· πέμπτος ὁ ἐν Ἰωλκῷ, Ἀκάστου* (*Ἰακάστου* apogr. Monac.) *καθηγησαμένου ἐπὶ Πελίᾳ τῷ πατρί· ἕκτος ὁ ἐν Ἰσθμῷ Σισύφου νομοθετήσαντος ἐπὶ Μελικέρτῃ· ἕβδομος ὁ Ὀλυμπικὸς, Ἡρακλέους νομοθετήσαντος ἐπὶ Πέλοπι· ὀγδόος ὁ ἐν Νεμέᾳ, ὃν ἔθηκαν οἱ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ἐπὶ Ἀργεμόρῳ* (*αργεγορω* [μ written above] Apogr. Monac. Leg. *Ἀρχεμόρῳ*, quod recte servavit Cod. Pal. vid. Paus. II. 15. 2. VIII. 48. 2. Erat autem Lycurgi filius, non Adrasti, ut Grammaticus noster posuit, licet ad ejus histo-

riam Adrastus vel maxime pertineat. cf. Hygin. fab. 74. ibiq. Munk. et Staver. et 273. ubi Lyci filius dicitur.) *θ ὁ ἐν Τροίᾳ, ὃν Ἀχιλλεὺς ἐπὶ Πατρόκλῳ ἐποίησε. ι ὁ Πυθικὸς, ὃν οἱ Ἀμφικτύονες ἐπὶ τῷ Πύθωνος φόνῳ ἔθηκαν. Ταύτην τὴν τάξιν εἰς πέπλους συνθεὶς ὁ Ἀριστοτέλης ἐξέθετο τῶν ἀρχαίων καὶ παλαιῶν ἀγώνων.* (De hoc Aristotele ejusque poëmate *πέπλοι* vid. *Gellii* Praefat. N. A. p. 5. ibique Gronovium.)

Sequuntur fol. 179. recto *σχήματα λόγου λθ*. Incipit locus: *τίς ὁ λέγων· τὸν δ' ἀπαμειβόμενος· πρὸς τίνα· τυδείδη πέρι μέν σε τίω: πεῦσις· τίπτ' αὖ αἰγιόχοιο* —. Desinit in *ἀπαγόρευσις· μή σε γέρον κοίλησιν ἐγὼ παρὰ νηυσί*: sola enim Homerica exempla singulis generibus adiiciuntur. Varia autem *σχημάτων* genera distingui solebant a rhetoribus priscis (vid. Ernesti Lex. Technol. Graec. rhetor. p. 338 seqq.) et diversa etiam praecipi. Sic v. c. Quintilianus Instit. orat. IX. 2. 107. p. 446. Spalding. *ἀπαγόρευσιν* schema esse negat. *Πεῦσιν* inter et *ἐρώτησιν* Homerum non distinxisse, philosophos distinxisse, tradit Eustathius ad Odyss. III. p. 112 seq. Basil. ad Iliad. V. p. 460. Et revera de hoc discrimine multa disputat Proclus comm. mscr. in Platon. Alcib. fol. 107. vers. quem librum alias integrum edemus. Herodiani libellum *περὶ σχημάτων*, valde diversum a nostro fragmento, et exemplorum ubertate huius inopiam longe superantem, edidit nuper in Anecdott. grr. Villoisonus II. p. 86 seqq.

Eâdem paginâ infra adjicitur praeceptio grammatica de constructione verbi *ἔχω*. Eandem iisdem verbis offenderam in alio codice, cujus habeo excerpta, transtulit item in Lexicon suum Phavorinus, partim etiam exhibet Thomas Mag. p. 401 seq. Congruunt haec in nonnullis etiam cum Grammatico Augustano, quem edidit Hermannus (vid. p. 370. ad calc. libr. de emendand. rat. Gr. gr.):

Σημείωσαι· Ἔχω τὸ κέκτημαι· καὶ τὸ ἐλαύνω· ποιη-
, αἰτιατικῇ συντάσσεται· ἔχω τὸ δύναμαι ἀπαρεμ-
· ὡς τὸ οὐκ ἔχω λέγειν· ἔχω τὸ διάκειμαι· ἐπιῤῥή-
ὡς τὸ καλῶς ἔχω· ἐνίοτε δὲ καὶ γενικῇ (ἡ γενικὴ
'orin. ἡ γενικῇ apograph. meum recte) προστίθε-
ιοουμένου ἔξωθεν τοῦ ἕνεκα· [οἷον καλῶς ἔχω τοῦ σώ-
ς· ἡ δοτικῇ· ὡς τὸ ὁ δεῖνα ἐπιτηδείως (ἐπιτηδέως
gr. male) μοι ἔχει. ἡ αἰτιατικῇ. ἔχομαι δὲ τὸ ἅπτομαι,
ιῇ. Desinit fragmentum cod. *Palatini*. — Post
κτικῇ est *parvae lacunae* nota in *apographo meo*,
m ita explet *Phavorinus*: νουμένης τῆς κατά. Sub-
ur exemplum: ὡς τὸ, Εἰ μὲν οὕτως εἶχον ὦ ἄνδρες
ηναῖοι τὸ σῶμα, παρ' Ἀριστείδῃ. Repone ὦ ἄνδρ.
διοι ex Thoma Mag. cujus interpretes miror fu-
se hanc discrepantiam. Thomae autem exemplum
ntum est ἐκ τοῦ Ῥοδίοις περὶ ὁμονοίας. — Quod
stius ad Gregor. p. 42. Maximum Planudem aucto-
n facit libelli, quem Hermannus edidit, confirmari
test apographo meo, quod item ex Planude du-
um est, videlicet ex ejus Grammaticâ ineditâ. In-
ribitur autem: περὶ διαφορᾶς καὶ συντάξεων ῥημάτων.
i loco quem hic tractamus in apographo nostro pro-
me praecedit praeceptum de διαλάττειν: sequitur de
χίρειν. Videmus a Phavorino adhibitum esse Maxi-
ıum, a Maximo fortasse Thomam. Uterque rursus
*Ipionem* ante oculos videtur habuisse. Qui quidem
la in Excerpto mscr.: ἔχειν ἐπὶ τοῦ κρατεῖν τῷ χειρὶ
'γχος ἔχε (Iliad. VI. 319.)· τάσσεται καὶ ἐπὶ κτᾶσθαι
ιαὶ ἐπὶ τοῦ ἐλαύνειν· καὶ ἐπὶ τοῦ οἰκεῖν· (cf. Planudem
d. Herm. l. l.) καὶ ἐπὶ τοῦ συμβιοῦν· καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπιμε-
λεῖσθαι· καὶ ἐπὶ τοῦ κατέχειν· οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος
(Iliad. II. 2.)· καὶ ἐπὶ τοῦ δύνασθαι.

Revertor ad cod. Palatinum. Sequuntur fol. 180. rect.: αἱ δέκα κατηγορίαι. Hoc rubro colore pictum, ut ipsae etiam categoriae: exempla atramento:

| | | |
|---|---|---|
| οὐσία· | ποσὸν· | ποιὸν· |
| Ἀνδρόνικος | μέγας | πιστός· |
| πρός τι· | ποῦ· | ποτέ· |
| υἱὸς Παλαιολόγου | ἐν Κωνσταντινουπόλει | νῦν |
| κεῖσθαι· | ἔχει (leg. ἔχειν) | ποιεῖν· |
| ἑστὼς | ὡπλισμένος· | βασιλεύει. |
| | πάσχειν· | |
| | βασιλευόμενος. | |

Vid. Aristotel. categor. cap. 2. p. 24. Sylb. et cf. Suid. II, p. 278. Kuster. qui tamen, fortasse Alexandri exemplo (in Top. Aristotelis), extrema sic disponit: ποιεῖν, πάσχειν, κεῖσθαι, ἔχειν. Ad Suidae extrema et notionem οὐσίας pertinet *Photii* disputatio in excerpto Commentarii in Isagogen Porphyrii (in *cod. Monac.* nr. CCXXII.), quae sic finit: εἰδικώτατον οὖν ἡ οὐσία. ἔστι δὲ τοῦτο τὸ εἶδος εἰδικώτατον, ὃ εἶδος ὂν οὐκ ἔστι γένος, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει ὑπ' αὐτὸ εἶδος. Est enim longior, quam ut apponatur integra. Reponam, animi caussâ, potius exemplum exemplo. Quod enim Andronicum imperatorem armatum exhibet philosophus noster: integras cohortes in eundem locum de categoriis induxit non ineleganter *Dexippus* Platonicus. Ita enim ille in apographo, quod penes me est, exordii libri secundi τῶν εἰς τὰς ἀριστοτέλους κατηγορίας ἀποριῶν τε καὶ λύσεων mss. (ex biblioth. *Laurentiana Medic.* cod. XXXIII.) [3]) — εἰ δὲ μήτε κοινὸν γένος ἐπὶ τῶν ἀνωτάτω γενῶν οἷόν τε ἐστι λαβεῖν, μήτε τὰς διαιρετικὰς διαφορὰς, οὐκ ἔστι διαίρεσιν καλεῖν τὴν τοιαύτην ἀπαρίθμησιν. ἆρ' οὖν τοῖς ἐπὶ στρατείας (leg. στρατιᾶς) ἔοικεν ἡ διαίρεσις· οἷον τοῖς κατὰ λόχους συντεταγμένοις· καὶ γὰρ ἐκεῖ ἑκάστου λόχου ἕκαστος λοχαγὸς ἐξηγεῖται· καὶ

---

3) Cujus libri notitiam ac specimina debeo eidem viro clarissimo, qui jam tot aliis me officiis sibi devinxit, *Francisco de Furia*, illius bibliothecae Praefecto.

μὲν οὐσία τῶν οὐσιῶν· αἱ δ' ἄλλαι κατηγορίαι
υτὰς τὸ κῦρος τῆς ἡγεμονίας προειλήφασιν. ἀλλ'
λέγωμεν, διεσπασμένον τι πλῆθος ἔσται τὸ τῶν
ἐοικὸς τοῖς ἐκ διεστηκότων φυλῶν καὶ φρατριῶν
ις (marg. συναγομένοις) ἐνδήμοις. Hactenus
s. Redeo ad Cod. Palatinum
em pagina: τῶν ι ῥητόρων τὰ ὀνόματα· καὶ
γραψαν λόγους.

:: λόγους σ̄. ὑπερίδης ρ̄ο̄. ἰσοκράτης ο̄.

ῶν. δείναρχος ῡ. λυσίας ϟ.

ργος. ῆ. ἀνδοκίδης, μ̄δ̄. αἰσχίνης Ī.

πη ĪĪĪ. δημοσθένης, ο̄ᾱ.

iphontis mentione numerum orationum facile
as ex Plutarcho et Photio, nimirum ξ' (sexaginta)
emtis spuriis λε' (triginta et quinque). Hodieque
nmodo sedecim exstant. v. Ruhnk. de Antiphonte
(p. 244. opuscull.). Sunt autem decem illi ora-
Attici, a veteribus saepissime commemorati, ut
b Alexandrinis criticis essent in ordinem redacti.
Quintil. Inst. or. X. 1. 75. p. 63 seqq. Spald. et quae
a exhibent Ruhnk. Hist. crit. oratt. grr. p. 95 seqq.
Wyttenbachius ad hujus vitam p. 286 seqq.

Fol. 180 vers.: Ἆθλα τοῦ ἡρακλέους δυοκαίδεκα.
gulorum brevissimam mentionem excipiunt haec:
ρακλῆς τετέλεκεν δυοκαίδεκα ἄθλους. Omnia autem
untur iisdem verbis, nisi quod ter additum est δέ,
ν ἐφελκυστικὸν demtum in τετέλεκεν, in *Leonis Al-
ii* libro, qui inscribitur: *Excerpta varia Graeco-
m Sophistarum ac Rhetorum* Romae. 1641. p. 321.
mirum in limine opusculi Anonymi (vel, ut Allatius
bitratur, Ioannis Pediasimi. vid. illius praefat.) de
uodecim certaminibus Herculis. Additi sunt versi-
ili latini. Caeterum nostro, praeter ea, quae Hey-
ius ad Apollod. p. 142 seqq. laudavit, adhibe etiam
Eudociam in Violeto pag. 208 seqq. Quod idem ille

ἆθλα pariter atque ἄθλους de certaminibus dixit, dudum eum loquendi usum idoneis exemplis confirmarunt interpretes Hygini fab. 30. p. 81. Staver.

Fol. 180. vers. med. *Σημείωσαι τὰς τῶν ζώων φωνάς.* Jungamus huic loco locum geminum, obvium in *codice Palat. Nr.* 45. membranaceo (qui Odysseam cum Batrachomyomachiâ habet). Is in fol. 234. rect. exhibet: *Ζηνοδότου Φιλεταίρου διαφοραὶ φωνῶν καὶ ἤχων.* Sic enim diserte ibi legitur. Quo ipso firmatur suspicio *Valckenaerii* ad Ammonium III. 18. p. 228. et frangitur opinio *Piersoni* (praefat. ad Moer. p. 48.) fingentis, libello fuisse nomen *Φιλέταιρος*, quod potius hominis erat. Atque hunc ipsum Zenodoti locum ibidem edidit ex codice Leidensi Valckenaerius et postea *Iriarte*, una cum aliis locis similibus, quales jam Aldus Manutius et postea magnus *Casaubonus* collegerant. Vid. etiam *Polluc.* Onomast. V. 86-89. et confer Fabricii B. Gr. Vol. I. p. 725. VI. p. 353. et p. 381. Harles. Nuper autem, quo tempore *Sturzius* sex prolusiones edebat de *vocibus animalium* (Grimae 1805-11.), e codice Dresdensi nr. 156. hac de re fragmentum eruit (simillimum nostri in cod. Palat. nr. 132.) vulgavitque *Tittmannus* in praefat. ad Zonarae Lex. gr. p. XIII. *Hardtius* e cod. Monac. nr. 263. tantummodo pauca verba excerpsit in Catalog. t. III. p. 110. Ego continebo me ut plurimum in annotandâ varietate lectionis, ita ut utraque fragmenta Palatina cum Leidensi itemque cum Dresdensi componam. [4])

---

4) Caeterum de vi, quam hic locus de vocibus animalium ad judicandam Graecae linguae pronuntiationem habeat, cum antea disputaverunt eruditi, tum nuper admodum doctissimi duumviri *Anast. Georgiades* Graecus in libro de Elementor. graecc. pronuntiat. §. 20 seq. p. 46 seqq. et *C. J. C. Reuvens* Batavus in Collectann. literarr. Sect. IV. p. 167 seqq.

*Fragmentum Codicis* 45. *ὁμοτάζειν* (sic videtur; sunt enim evanidae litterae) *ἄρκτων καὶ παρδάλεων*. Cod. Leid. *ἐπὶ ἄρκων καὶ παρδάλεων ὀμάζειν*. Etiam cod. Pal. 132. *ὀμάζειν*. Dresd. 156. *ὠμάζειν*.

Cod. 45. et Dresd. *τετρυγέναι ἁμαξῶν*. Cod. Leid. *τετριγέναι*. Sic etiam Pal. 132. et Ald. Manut.

Cod. 45. *κλάζειν ἀέτων*. Cod. Leid. *ἐπὶ ἀετῶν καγκλάζειν*. cf. Valckenaer.

Cod. 45. *βρυχᾶσθαι προβάτων* (sic videtur voluisse vitioso accentu). Cod. Leid. *ἐπὶ προβάτων βληχᾶσθαι*. Ald. Manut. *βρηχᾶσθαι*. Sed Codic. Palat. 132. et Dresd. 150. *βληχᾶσθαι*.

Cod. 45. *βρωμᾶσθαι καὶ ὀγκᾶσθαι ὄνων*. Cod. Leid. *ἐπὶ ὄνων βρωμᾶσθαι, λέγουσι δὲ ἄλλα σπάνιον*. Ald. Manut. *βρομᾶσθαι, λέγουσι δὲ καὶ ὀγκᾶσθαι*. Cod. Palat. 132. *βρομᾶσθαι*.

Cod. 45. *κακκαβίζειν περδίκων*. Cod. Leid. *κακκαβάζειν*. cf. Valck.

Cod. 45. *κακκίζειν γλαυκῶν*. Cod. Leid. *κακιβάζειν*. cf. Valck.

Cod. 45. — *φωνὴ καὶ ὡ σκύλαξ*[5]) *ὠρυοίμην* — *γὰρ ἐπὶ λύκων*. Cod. Leid. *φωνὴ, καὶ ὠρύεσθαι, ὡς λύκος ὠρυοίμην — γὰρ ἐπὶ λύκων εἶπεν*.

---

5) Voluit *ὡς σκύλαξ*. — *Fronto* epistoll. graecc. I. p. 394. ed. princ. *ὁποῖαι θηρῶν ἢ βοσκημάτων ὑπὸ ἔρωτος βρυχωμένων ἢ χραιμετιζομένων* (leg. *χρεμετιζομένων* et cf. Valcken. ad Ammon. p. 226.) *ἢ μυκωμένων ἢ ὀρυομένων*. Extremum emendavit Majus V. C. *ὠρυομένων*. Verbi medii in *χρεμετίζειν* exemplum aliud equidem desidero; et videri possit Fronto reliquorum similitudini h. l. tantum tribuisse, ut novaret. Sed tamen Kuhnius ad Pollucem V. 87. p. 523. loco gemino, Salmasii nomine adposito, laudat: *χρεμετίζεσθαι*. — Illud *ὀρυομένων* non sollicitandum erat. Nam etsi Hesych. a Majo laudatus *ὠρύεται* exhibet: idem nec minus agnoscit *ὀρύεται* (vid. Tom. II. pag. 790. Alb.). Veteres, qui de hac voce, laudavit Tittmann. ad Zonar. L. G. p. 1894. (add. Theocrit. II. 35. ubi Scholiast. cod. Schellersh. plane explicat ut Hesych. *ὑλακτοῦσι*.) e recentioribus Bochart. Hieroz. III. p. 730. (qui in Jesaj. V. 29. pro *ὀργιῶσιν ὡς λέοντες* emendabat *ὠρύονσιν*, probante Bie-

*Fragm. Codicis* 132. — ἐπὶ ἀηδόνος τερετίζειν (ut cod. Monac. Leid. et Ald. Manut.). Cod. Dresd. τερεττίζειν.

— Cod. 132. ἐπὶ χελιδόνος, τιττυβίζειν καὶ ψυθιρίζειν. (Leid. τετιβίζει. sed τιτυβίζει corr. Valck.) Cod. Dresd. ψιθυρίζειν καὶ τιττυβίζειν et alio loco. Caeterum adhibe Valckenaerium. Post κρίζειν cod. 132. inserit ἐπὶ κορώνης, κρώζειν, quod abest a Dresd. — Ald. M. post κορώνης addit καὶ κοράκων. Sic etiam cod. Leid.

— Cod. 132. — βομβεῖν· ἐπὶ πυρὸς βρόμος· ἀνέμων, πάταγος· κάλων συριγμός· τράγων, φρυμαγμός· καὶ φριγμός. Cod. Dresd. — βομβεῖν· πυρὸς δὲ βρόμος — πάτταγος· κάλων συριγμὸς καὶ φριμαγχμός. Ald. M. ἐπὶ πυρὸς βρῶμος — πάταγος, κάλων συριγμός. Igitur codex Palat. plenior utroque. Caeterum cf. Valckenaer. ad Ammon. p. 226. et ad Herodot. III. 87. et Schaeferum ad Dionys. de Compos. p. 114. p. 194. et Goeller. ad eundem scriptorem p. 103 seq. et quae supra ad hujus loci lectionem e cod. Palat. et Darmstad. exhibuimus.

— Cod. 132. κυρίως δὲ καὶ ἡ τῶν κυνῶν φωνὴ ὠρυγή. Sic etiam Ald. M. Sed Dresd. omittit καί.

— Cod. 132. ἐπὶ βοῶν μηκᾶσθαι. Dresd. μυκᾶσθαι. Sic etiam Ald. M. et cod. Leid.

— Cod. 132. ἐπὶ ἵππων. Dresd. ἐφ' ἵππ. Sic etiam ἐπὶ ὄνων. ut Ald. Man. Sed Dresd. ἐπ' ὄν. Post ὀγκᾶσθαι in Palat. 132. deest: ἀλλὰ σπανίως τοῦτο, ἐπὶ καμήλου μωκᾶσθαι. quod est in Dresd. et Leid.

---

lio in Thes. II. p. 442. coll. III. 638. At cum alii codd. ibi exhibeant ὀρμῶσιν, lenius poterat: ὀρύουσιν, licet omega in hoc verbo usitatius sit.) et Wetsten. N. T. II. p. 697.

*Fragm.* Cod. 132. ἐπὶ ὄφεων συρίζειν, et, pluribus interjectis, in fine: ἐπὶ δρακόντων συρίζειν. Dresd. junctim: ἐπὶ ὄφεων συρίζειν καὶ δράκοντος. Ald. Man. ἐ. ὄφ. κ. δρακόντων συρίζειν. Leid. δράκων καὶ ὄφις συρίττει.

— Cod. 132. ἐπὶ ἀετῶν κλαγκάζειν (ut Ald. M.). Dresd. ἐ. ἀ. καγκλάζειν ἢ κλαγγάζειν. Monac. ἐ. ἀ. καγκλάζειν ἢ κλαγκάζειν ἢ καὶ ἐπὶ γεράνων. Leid. καγκλ. Dresd. addit: ὡς καὶ ἐπὶ γεράνων, quod abest a Palat. 132. et Ald. Manut.

— Cod. 132. addit: ἐπὶ ἀλεκτρυόνων, κοκκύζειν καὶ ἠχεῖν. sic etiam Ald. M. — Cod. Leid. ἀλεκτρύων ᾄδει, κοκκύζει. Neutrum agnoscit Cod. Dresd. Continuo in cod. Palat. 132. sequitur: ἐπὶ κοράκων κρώζειν. Tum: ἐπὶ χοίρων γρυλίζειν καὶ γρύζειν (ut Ald. M.). — Dresd. et Leid. γρυλλίζειν (cf. Valcken.). Monac. γρυλλίζειν καὶ δρύζειν.

— Cod. 132. ἐπὶ περδίκων κοκκυβάζειν. (sic Ald. Man.) Dresd. κακκαβάζειν. Sic etiam Mon. et Leid. (vid. supr.). Cod. 132. et Ald. M. ἐπὶ γλαύκων κακκιβάζειν καὶ κλώζειν. Dresd. et Monac. ἐπὶ γλαυκῶν κακκιβάζειν, omissis extremis. Sic etiam Leid. qui tamen κακιβάζειν. (cf. supr.) — (Addam h. l. his μιμητικοῖς hoc unum: *Proclus mscr.* in Platonis Cratylum ita: αὐτῶν δὲ τῶν ἐτυμολογουμένων τὰ μὲν λέγεται κατὰ μίμησιν, οἷον σίζειν, nimirum hoc de aquâ bulliente.) — Sequuntur in cod. Palatino nr. 132. Διαφοραὶ τῶν τοῦ σκόληκος (sic) ὀνομασιῶν. Vid. supra.

Fol. 181. recto fere med. Ἐπίθετα τοῦ διός. Sequuntur duodecim deorum dearumve epitheta. Idem opusculum e cod. *Monacensi* bombycino saeculi XIII. nr. 263. meam in gratiam descripserat *Werferus*. Antea ex eodem codice Dresdensi ejusdem partem vulgaverat *Tittmannus* in Prolegg. ad Zonarae Lex. gr. p. XIV seq. Neque tamen ipse integrum edidit; atque *Hardtius* in Catalogo Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Regiae *Bavaricae* Tom. III. pag. 111. nonnisi inscriptionem publicavit. Etiam in codice Florentino Biblioth. *Riccardianae* videtur hoc opusculum inesse. Vid. quae posuimus infra not. 20. Discrepat autem Palatina et lectio et dispositio haud mediocriter a Dresdensi et Monacensi. Quo magis faciam, ut haec viri haud indocti lucubratiuncula, quae argumento suo me adverterat, integra in lucem prodeat, additâ notatione lectionis et epithetorum, inprimis haud ita vulgarium, quae haud pauca inesse res ipsa docebit. Jam primum, ut de ratione opusculi eiusque auctore videamus, codex Dresdensis habet opus grammaticum varii generis, XV foliorum, hoc titulo: Τοῦ τοῦ σεῤῥῶν πόνημα νικήτα τόδε. Monacensis hanc exhibet inscriptionem. Τοῦ μακαριωτάτου ἡρακλείας κυροῦ (Hardtius κύρου) νικήτα (Hardt. νικητᾶ) τοῦ σερῶν εἰς τὰ ὀνόματα τοῦ διός (τῶν θεῶν Hardt.). Initium in cod. Dresd. sic habet: κάθ (i. e. κανὼν θ, ut conjicit Tittmannus) ἦχος ᾱ πρὸς τὸν τάφον σου σωτήρ. ἐπίθετα Διός. Atque etiam Monacensis in sequentibus adscriptum habet illud ἦχος, additâ notâ numeri, licet Hardtius, conficiendo Graecorum librorum Catalogo parum idoneus, eam rem alto silentio oppresserit. Eadem distributionis singularis nota comparet etiam in *codice Vaticano* (vid. Tittm. l. l.). Ejusdem scriptoris nomen ita describitur in codice CXC. Biblioth. Coislinianae in Montefalconii Cata-

logo p. 244. *Τοῦ μακαριωτάτου μητροπολίτου Ἡρακλείας Νικήτα συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ ψαλτήριον, ἐξηγηθεῖσα παρὰ διαφόρων πατέρων.* Et fuit satis clarus hic ipse *Nicetas* cum honorum amplitudine tum librorum multitudine utilitateque. Nimirum et alia haud pauca composuerat ex ecclesiastico genere, ut catenam Patrum modo laudatam vidimus, et vero ex grammatico etiam. Distinguitur autem ab aliis Nicetis cognomine Serron, s. Serrariensis (non item Serronii, neque magis Sterrarum). Floruit seculo undecimo exeunte circa ann. 1080, primum episcopus Serrarum in Macedoniâ primâ, postea metropolita Heracleae Ponti in Thraciâ. Haud pauca fuere ejus opera pertinentia ad literas, partim versibus composita, partim soluta oratione, in his commentarius in sedecim orationes Gregorii Nazianzeni. Neque improbabile est (si codices conferas), quae adhuc ex hoc libro Palatino nr. 152. recensuimus ex grammatico genere, horum partim ipsius Nicetae esse. Nobis tamen sufficiat nostri codicis Palatini libellum hunc exemisse *ἀνωνύμοις*, et suo auctori vindicasse. Qui plura de illo homine discere aveat, consulat quos laudavit *Fabricius* Bibl. Gr. Vol. VI. p. 346. praesertim VII. p. 750 seqq. et Saxium in Onomastico lit. II. p. 192.

Distributio autem illius lucubrationum grammaticarum licet nostro in Cod. Palatino obliterata sit, tamen, aliorum codicum caussâ, breviter aperienda est. Videlicet episcopus, quo fortasse declararet orbem studiorum in literis suorum omnium quodammodo ad religiones pertinere, dispertierat diatribas suas grammaticas certo quodam ordine eoque ecclesiastico, ut singulos locos a se explicatos in libris etiam per *κανόνας* et *ἤχους* insignes faceret. Constat enim, *canones* fuisse genus hymnorum, qui tribus, quatuor et novem etiam interdum odis con-

tinerentur. Ἦχος vero in Graecorum ecclesiâ dictus „*tonus*, ad quem canebantur cantica, nec in Liturgiâ solummodo, sed in omnibus aliis Officiis. Nihil enim in illis concinitur, quod non sub aliquo echo seu tono decantetur, et plura quam duo genera supra memoravimus.“ Sunt verba *Leonis Allatii de libris ecclesiasticis Graecorum* (p. 66.) p. 48 seq. ed. Fabric. cf. antec. p. 47. et p. 244 seq. Et dividebatur cantus ecclesiasticus in octo tonos, unde libellus octoechus dictus erat. Singulae autem hebdomades habebant suos ἤχους, id est vel primum, vel secundum, vel tertium, reliq. Vid. *Cangium* in Glossar. med. et infim. Graecit. I. pag. 481 seq. pag. 581. et Append. p. 80.

His explicitis subjiciamus libellum ipsum. Habet autem ita: *Ἐπίθετα τοῦ διός.* (Quid aliis in codicibus huic titulo praemittatur, proxime explicui. Neuter vero, nec Dresd. nec Monac. agnoscit articulum ante *διός*.)

*Ἱκέσιος·* [6]) *ἐφέστιος· ὅρκιος· δωδωναῖος·* (Tria illa non agnoscunt Dresd. et Monac. incipiunt a *δωδων.*)

---

6) Schol. Sophocl. Ajac. vs. 487. *Ἐφέστιον Δία προτείνουσιν οἱ συνοικοῦντες, οἱ δὲ ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες ὅρκιον, οἱ δὲ δεόμενοι ἱκέσιον.* Cf. Schol. Eurip. Hecub. 345. et universe interprr. ad Lucian. Timon. §. 1. p. 322. Bip. et inprimis Hemsterh. adde Epimetr. ad Socraticorr. epistoll. p. 444. ed. Orell. Proclus mscr. in Platon. Alcib. I. — *ὅτι καὶ* (al. *δὲ*) *ἐπὶ τὸν Δία ταύτην ἀναφέρειν εἰώθασιν τὴν ἐπωνυμίαν· ὡς* (al. *καὶ*) *γὰρ ξένιον αὐτὸν καὶ ἱκέσιον, οὕτω καὶ φίλιον ἐπονομάζουσιν.* Homero est *ἱκετήσιος* Odyss. XIII. 213. ibiq. Eustath. p. 513. 20. Basil. Apion gloss. Hom. mss. *ἵκω, ἱκετεύω· παραγίνομαι.* add. Aeschyl. Supplem. 347. Apollon. Rhod. IV. 747. — *ἐφέστιος.* Gramm. mscr. cod. Darmst.: *ἐφέστιος· ὁ οἰκῶν ἐν ἀλλοτρίᾳ οἰκίᾳ· καὶ ὁ ἔχων οἰκίαν· καὶ ὁ ἁπλῶς ἐν οἰκίᾳ ὤν.* De Jove *ἐφεστ.* vid. locum classicum Herodoti I. 44. Quo etiam pertinet *Z. ξένιος*, de quo vid. Odyss. IX. 271. Pindar. Nem. XI. 9. Atque cum *ἱκέταις*, tum *ξένοις*, tum vero etiam *ἑταίροις* dicebatur Jupiter *μάρτυς* Eustath. ad Odyss. XVI. 423. (p. 612.) — *ὅρκιος.* Euripid. Medea 170. Pausan. lib. V. 24. 2. et quae reliqua laudat

ἰδαῖος· ἑρκεῖος· [7]) πολιεύς· ἑταιρεῖος· (Cod. Monac. ἑταιραῖος·) κηναῖος· [8]) μειλίχιος· [9]) (Monac. μιλίχιος·) κεραύ-

---

Hemsterh. ad Lucian. Timon. l. c. — δωδωναῖος pertinet ad locum primarium Iliad. XVI. 233. ubi vid. Schol. Venett. Valcken. ad Ammon. calc. p. 246. et in opuscull. Tom. II. p. 128 seq.

7) Odyss. XXII. 534 seq.: Διὸς ἑρκείου. Pherecydes ap. Schol. Apollon. IV. 1091. (cf. Fragmm. ed. Sturz. p. 78-80.): Ἑρκίου. Schol. Platon. p. 98. Ruhnk.: Ἕρκιος. Pausan. VIII. 46. 2: Ἑρκείου, qui locus conciliari potest cum altero ejusdem scriptoris II. 24. 5. certe inter se comparari debebat uterque locus. Altero enim idem Jupiter dicitur πατρῷος. cf. etiam Euripid. Hecub. vs. 22 seq. ibiq. Schol. Ἑρκεῖος Ζεὺς etiam cum κηναίῳ conjunctus. vid. Sophocl. Trachin. 755 seq. vel potius πατρῷος ad multos locos potest pertinere. Caeterum de ἑρκείων, μυχίων cet. genere universe diximus in Dionyso p. 158. Etiam Latini nonnunquam *Herceum* dicunt. Serv. ad Aeneid. II. 469. Ovid. Heroid. VII. 11. ibiq. Heins. — πολιεὺς Pausan. I. 24. 4. I. 28. 11. cf. Mytholog. nostr. IV. p. 137 seqq. — ἑταιρεῖος Herodot. I. 44. Schol. Sophocl. Aj. 487. Tzetz. ad Lycophr. ibiq. Mueller. p. 525. De accentus ratione, itemque in ἑρκεῖος, consule Henr. Steph. Thes. gr. ling. Vol. I. p. 1280. F. Caeterum quae differentia intercedat inter Jovem ἑταιρεῖον et eum, qui postea dicitur φίλιος, cognosci debet e rationibus diversis φίλου et ἑταίρου. Qua de re haud vulgaria profert Eustath. ad Odyss. II. 212. (p. 91. 43. Basil.), cui junge Olearium Praefat. ad Philostrat. p. XXXVII.

8) Sic tres codd. recte. Contra plurimum exercuerant criticos in Steph. Byz. in Κάναι et in Fragm. de Dodone illa similia: καναῖος, καιναῖος (καὶ ναῖος), κηναῖος, κιναῖος ex parte vitiosa. vid. Gronov. Thes. VII. p. 292. Valcken. de Scholiis Homerr. (opuscc. II.) p. 129 seq. Jupiter κηναῖος pertinet ad Euboeae promontorium Κήναιον, ubi Hercules Jovi sacra fecerat. Sophocl. Trachin. 243. 763. 995. ibiq. Scholiast. Ante Sophoclem hujus Jovis mentionem fecerat Aeschylus. vid. Strabon. p. 686. cf. Hermanni Dissert. de Aeschyli Glaucis p. 12. add. Strabo X. 5. ibiq. Tzsch. p. 16. de scripturâ Κήναιον. Ex Diodoro IV. 37. fin. et 38. init. itemque Scholiast. Sophocl. sua violeta irrigavit Eudocia p. 210.

9) Xenophont. Anab. VII. 8. 2. 3. Pausan. I. 37. 3. coll. II. 9. et II. 20. 1. Schol. Aristoph. Nub. 407. 862. Pollux X. 38. Athenis ei celebrata Διάσια. Thucyd. I. 126. ibiq. Duker. Luciani Timon. §. 7. ibiq. Schol. et inprimis Hemsterh. I. p. 350. Bip. Videntur hujus Jovis sacra paullo propius accessisse ad ea, quae in sacris Jovis καθαρσίου spectarentur. De hoc vid. Herodot. I. 44. Adde Eustath. ad

νιος· αἰγιοῦχος· καὶ ἤπιος· πῖος· (Leg. ex Dresd. et Monac. ἤπιος πίκος·[10])) ξένιος· σωτήριος· ἀγκυλομήτης· (Dresd. φίλιος·[11]) ἀγκυλομήτης·[12]) et plane sic Monac.) πισαῖος· (Dresd. et Monac. πισσαῖος·) μήστωρ·[13]) φύξιος· (Dresd.

---

Odyss. VII. 121. (p. 275.) qui docet a ficubus, quibus expiationes fiebant, Jovem καθάρσιον dictum etiam fuisse συκάσιον. De Jove μειλιχίῳ, ut de aliquot aliis ejus dei cognominibus, adde Boettigerum in libello germanico *Kunstmythologie des Zeus* p. 47 sq. et passim.

10) Simile mendum invasit Suidam III. 109. ubi est πῆκος, jam correctum a Kustero. De ἤπιος vid. Etymolog. M. p. 434. 20. coll. Zonar. L. Gr. p. 1001. De re vid. Suidam l. l. et Callimachum h. in Jov. vs. 8. ibiq. Interprr. et quae plura disputavimus in Mytholog. IV. p. 457 seqq.

11) Vid. supr. laud. Schol. Sophocl. Ajac. 487. ubi etiam ὁμόγνιος alio epitheto dicitur. consule Ruhnk. ad Tim. p. 193. et cf. quae posuimus sub ἑταιρεῖος. add. Plat. Phaedr. p. 234. e. p. 211. Heindf. ibiq. Interprr. Alcib. I. p. 125. Buttm. et ad eum Proclus comm. mscr. qui et alia et haec: ἔξεστι δὲ καὶ τὸν ἔρωτα φίλιον λέγειν θεὸν, τῆς γὰρ φιλίας αἴτιος ὁ ἔρως· παίδων δὲ μᾶλλον (al. καλῶν) ἔφορος ὤν, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ Φαίδρῳ λέγει· κάλλιον δὲ συνάπτειν ἀμφοτέρους τοὺς λόγους· ἐν γὰρ τῷ Διῒ ὁ ἔρως ἐστίν. καὶ γὰρ μῆτις ἐστὶ πρώτως γενέτωρ καὶ ἔρως πολυτερπής· καὶ ὁ ἔρως πρόεισιν ἐκ τοῦ Διός· καὶ συνεπέστη τῷ Διῒ πρώτως ἐν τοῖς νοητοῖς· ἐκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς ὁ πανόπτης ἐστίν· καὶ ἁβρὸς ἔρως, ὡς Ὀρφεύς φησι (Fragmm. p. 508. ed. Herm.). συγγενῶς οὖν (al. αὖ) ἔχουσιν πρὸς ἀλλήλους, μᾶλλον δὲ ἥνωνται ἀλλήλοις· καὶ φίλιος αὐτῶν ἑκάτερος ἐστίν. — Z. σωτήριος sive σωτήρ. Pausan. IV. 31. 5. Aristoph. Plut. 878. 1176. ibiq. Interprr.

12) Est Κρόνου epitheton. Iliad. II. 205. IV. 59. ibiq. Schol. Venet. Hesych. I. 51. nec minus Promethei. Hesiod. Ἔργ. 48. ubi consule Proclum et Tzetz. p. 23. qui etiam de scripturâ vocabuli. Utriusque autem filius Jupiter. (De Prometheo vid. Joh. Lyd. de mens. p. 96.) Aut igitur dicendus erit *Nicetas* scriptorem secutus, qui ipsum Jovem eo epitheto ornarit, aut, quod malim, nimium festinasse, cum legeret Homeri locum, quem primum posuimus. *Proclus* mscr. in Platonis Cratyl.: Τὸν δὲ Κρόνον οὔτ' ἐνεργοῦντα οὔτε τι φθεγγόμενον εἰσάγει (Ὅμηρος), ἀλλ' ὄντως ἀγκυλομήτην, ὡς εἰς ἑαυτὸν ἐπεστραμμένον. Caeterum qui conjecturis de voce ἀγκυλομήτης h. l. indulgere velit, possit vel de Jove Ἀγαμέμνονι cogitare, vel de Jove Ἀγησιλάῳ. Utrumque epitheton explicat Valcken. ad Herodot. VI. 56. p. 462.

13) Pertinet μήστωρ ad Iliad. VIII. 22.; ad quem locum adhibe Apollonii Lex. Hom. p. 669. et Heynii observ. —

ξίφιος· male) κελαινεφής· καταιβάτης· (Monac. καταιβας) βηλαῖος· φυτάλμιος· ἐλευθέριος. (Extremum epitheton non agnoscit Dresd. In Monac. pro eo legitur Ζεύς.[14]))

---

Πισαῖος — Πισσαῖος. Frequens varietas. Sic, ut hoc utar, in Herodoto II. 7. Wesselingius restituit Πίσαν pro Πίσσαν et Πεῖσαν. Atque illud primum diserte exhibet codex Schellershemian. quem nunc cum maxime in manibus tracto. Idem praecipit Eustath. ad Perieg. 410. p. 185. Quam legem plerique hodieque sequuntur viri docti, ut Sylburgius et Kuhn. ad Pausan. p. 917. 921. Hemsterh. ad Hesych. II. p. 980. Heynius not. crit. ad Apollodor. p. 206. Fischer. ad Palaeph. 30. p. 122. (laudans Phavorinum, qui πίσεα loca aquosa pro etymo habeat — sed idem ibidem *Pissam* dictam urbem prodit: ἀπὸ τῆς Πίσσης τῆς ἐνδημίωνος — leg. Ἐνδυμίωνος — θυγατρὸς —) Tzschuck. ad Strabon. VIII. p. 36. Wernsdorf. ad Himerium Orat. V. 2. p. 474. Contra Corayus in Aeliani V. H. IX. 2. p. 108. retinuit Πίσσης de urbe. Et in eâ lectione persistit codex Palat. nr. 155. Atque in Himerii Eclog. XIII. 7. Πισαῖον de Alpheo habent omnes libri. In Themistio XV. p. 185. editur Πίσα. Sed tamen ibidem XVI. p. 202. B. Πισσαίῳ de Jove. In ejusdem Themistii oratione nuper inventâ, de praefecturâ, XI. p. 40: ἐπὶ τῷ Διῒ τῷ Πισίως attendere nos jubet Cl. Angel. Majus ad illud Πισίως. Possis: Πίσης vel Πισάτιδος, nisi malis Πισαιεῖ ex Steph. Byz. in voce. — Caeterum Πίσα de urbe agnoscit etiam Zonaras L. Gr. p. 1549. Atque haec sufficiant commendandae h. l. lectioni Palatinae codicis 152. — Caeterum τὸν Πίσης Ζῆνα appellat Philo poëta ap. Galenum, qui de Creta cogitat, notatus hoc nomine a Salmasio Exercitt. Plinian. p. 147. qui de *Phidiae Jove eburneo* accipit.

14) Κελαινεφὴς videtur sumtum ex Iliad. I. 397. — Ad φύξιος consule Paus. III. 17. 8. coll. II. 21. 1. Schol. Apollon. II. 1151. IV. 699. unde profecisse videtur Tzetzes ad Lycophron. 288. ubi cf. doctiss. Muellerum p. 525. — Καταιβάτης Eustath. ad Odyss. XIII. 110. (p. 508. 22.) Schol. Aristoph. Pac. 42. et quae congessit Burmannus in libro cognomine. — βηλαῖος. Sic tres codd. quorum lectiones suppetunt. Jovis Βουλαίου mentionem facit Pausanias I. 3. 4. Ζεὺς Ἠλεῖος est in Steph. Byz. p. 382. Berkel. unde Doriensis scriptor Βηλεῖον poterat excudere. vid. Etymolog. M. p. 426. 13 seqq. Sed tamen malim admonere Διὸς Βήλου apud Herodot. I. 181. quem respexit Eudocia in Violeto p. 90. De hoc Jove cf. Salmasii Exercitt. Plinian. p. 872. Adde Hesych. I. 723. ed. Alberti: Βῆλος οὐρανὸς καὶ Ζεύς. Atque cum a βηλὸς, coelum, effectum sit βηλαϊνὸς, coelestis (vid. Interprr. ad Hesych. l. l.): quidni etiam βηλαῖος? De scriptura vocis βηλὸς consule

*Ἐπίθετα διονύσου·* (In Dresd. et Monac. sequuntur epitheta *Martis* et *Vulcani*, quibus haec praecedunt: *Ἄλλο ἦχος β̄ πρὸς τὸν ζωοποιὸν σταυρόν*. Monac. omisit *ἄλλο* et *πρός*. Idem h. l. sic: *Ὀνόματα διονύσου ἦχος Γ. θείας πίστου*. Dresd. *ἑτέρως ἦχος θείας πίστεως*.) *Αἴας* (sic etiam Monac. sed *Εὔϊος* Dresd. recte. [15])) *βρόμιος καὶ*

---

Phavorinum p. 364. et quos Heynius laudat Grammaticos ad Iliad. I. 591. — *φυτάλμιος*. Hesych. II. 1532. *φυτάλμιος Ζεύς· συγγενὴς ἢ ζωογόνος*. quae descripsit Phavorinus. Orph. Hymn. XV. (14.) vs. 9. ubi tamen nunc pro *φυτάλμιε* legitur *φυτάλιε Ζεῦ*. Est autem hic ipse hymnus Orphicus vel maxime adhibendus ad plura Jovis epitheta, quae Nicetas enumerat. — *ἐλευθέριος*. Pind. Olymp. XII. 1. ibiq. Schol. et praesertim Pausan. IX. 2. 4 et 5. (p. 715. p. 8 seq. Fac.) coll. Jacobs. ad Simonid. epigramm. Animadvv. ad Antholog. Tom. VI. p. 227.

15) Vid. *Moserum* ad Nonni Dionys. IX. 18. p. 207. ibiq. Eurip. Bacch. 141. Athen. VIII. p. 563. b. Schol. Aristoph. Thesmoph. p. 841. C. Ad *βρόμιος* consulatur Moserus ibid. p. 204. et Goellerus ad Dionys. Halic. de Compos. §. 22. p. 103. Nobilitatum epitheton Pindari Dithyrambis. vid. ibid. Quod ibi Werferus protulerat scholion e cod. Darmst., idem totidem verbis legitur in *cod. Palatino nr.* 129. fol. 44. vers. — *ἡμερίδης*. Plutarch. de esu carn. p. 131. ubi *μειλίχιος* jungitur. Idem de virt. mor. jungit *φυτάλμιος*. Ex ejusmodi locis Plutarcheis, quod semel monitum velim, multa sumserunt Joh. Lydus de mensib. p. 81 seqq. et p. 126 seq. atque Eudocia in Viol. p. 118 seqq. Proxime autem cogitanda est e vitibus ea, quae dicta *ἡμερίς*. De qua, ut aliis generibus, disputat Eustathius ad Odyss. V. 69. (p. 208. 30. Basil.). — Ad reliqua consule Mythol. nostr. III. 138 sqq. 236 sqq. Apponam duo Scholia mss. Videlicet Scholiastes brevior Aristidis ad Panath. p. 185. Jebb. in cod. Monac. sic habet: *οὐ μόνον τὴν ἄμπελον ὁ Διόνυσος Ἀθηναίοις παρέσχεν, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄλλα ἥμερα δένδρα:* longior in cod. Leidensi et Apographo Mon. sic: — *εὐεργετεῖν φησι τὸν Διόνυσον, καὶ δοῦναι ἀνθρώποις· δηλοῖ δὲ καὶ Φερεκύδης καὶ ἐπ' ἐκεῖνον Ἀντίοχος, λέγοντες καὶ διὰ τοῦτο κεκλῆσθαι Διόνυσον· ὡς δὲ* (l. *δὴ* Wyttenb.) *Διὸς εἰς νύσας ῥέοντα. νύσσας γάρ φησι ἐκάλουν τὰ δένδρα. εἶτ' ἐπεξιᾶσι φυσικωτέρῳ τῷ λόγῳ λέγοντες Ἶσιν μετωνομάσθαι τὴν γῆν ἀπὸ τῆς περὶ τὴν θέσιν τὴν κατὰ μέσον ἰσότητος· ταύτης δὲ ἀδελφὸν Ὄσιριν καθ' Ἕλληνας καὶ Διόνυσον τὸν ἐκ Διὸς ἐπὶ γῆν ῥεόμενον.* — Sic Ms. lineolâ interposita. *Βρόντου παῖδα τὸν ὧρον τὸν ἄριον ἤδη*

ἡμερίδης (ὄνομά ἐστι τῷ Διονύσῳ addunt Dresd. et Mon.) βακχειάδης· σειληνός· διμίτριος (Dresd. et Monac. καὶ διμήτριος·[16])) εἰραφιώτης· θηλύμιτρις (Dresd. θηλύμητρις) πρίηπος· (Dresd. πριήπις) αἰολόμιτρις (καὶ αἰωλόμ. Monac. Copulam agnoscit etiam Dresd. [17])) γύνης (Dresd. γῦνις, Monac. γύνις [18])) ὠμάδιος· σφάλτης· φύ-

καρπόν. — cf. Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 365. A — E. — Plura enim apponere de loco impedito non vacat.

16) Recte, nam διμίτριος ad Martem pertinet, ut infra videbimus. Proprie tamen Bacchus διμήτωρ. Diodor. IV. 4. cf. Moser. ad Nonn. IX. 10. p. 195. Et fortasse δημήτριον potius h. l. Bacchum significare voluit Nicetas, tanquam Δήμητρος vel genium vel puerum. vid. Pind. Isthm. VII. 3 sq. Sophocl. Antig. 1108 sqq. cf. Mythol. III. p. 544 sqq. — εἰραφιώτην Bacchum dicit Orpheus hymn. XLVIII. (47.) 2. Qui hymnus, una cum reliquis ex hoc genere huc facientibus, ut XXX. (29.) et XLIV. (43.) — LII. (51.), his Epithetis omnino adhibendus est.

17) θηλυμίτρης sive θηλύμιτρις ap. Lucian. Dialogg. Deorr. II. p. 51. Bip. ubi vid. Hemsterh. p. 297. et Interprr. ad Bacch. 4. Itaque Palatini et Monac. codicis lectione firmatur emendatio, quam in Suidâ jam proposuerat Henr. Stephanus et *Zonarae* L. Gr. p. 1040 seq. item adhibuit Tittmannus, quem confer. Nam utrobique antehac legebatur θηλύμητρις. — αἰολομίτρης s. αἰολόμιτρις est in Iliad. V. 707. ubi vid. Heynii observv. et sic nuper emendatum in Zonarâ p. 81. nec minus in Theocriti Idyll. XVII. 19. Est autem vel maxime Orphicum epitheton, et Bacchum Orpheus αἰολόμορφον dicit Hymn. L. (49.) vers. 5. ut alios locos taceam. De Baccho mitrato adde Heyn. ad Aeneid. IV. 216. et Millin. ad Vasa antiqq. II. 9. p. 20. Χρυσεομίτρην eundem deum dicit poëta hymni in Anthol. gr. Vol. III. p. 216. Jacobs. vs. 25. Quod carmen ad Bacchi epitheta universe adhibendum. — πρίηπος item ex Orphicis videtur fluxisse. vid. Hymn. VI. (5.) 9. Tamen et alibi frequentatum hoc Bacchi epitheton. vid. Moser. ad Nonn. IX. 18. p. 216. adde Mureti Schol. in Tibull. Tom. II. p. 884. ed. Ruhnk.

18) γύνης antea etiam in Thom. Mag. legebatur p. 63. nunc recte emendatum γύνις. De voce vid. ibid. Interpp. cf. Interprr. ad Hesych. I. p. 867 seq. adde Zonar. p. 457. ibique not. et Phrynichi Προπαρ. in Bekkeri Anecdott. I. p. 11. Ad rem cf. Philochori Fragmm. p. 21 seq. ibiq. interprr. — *Nonnus* Exeges. in Gregor. Nazianz. Orat. εἰς τὰ φῶτα in cod. mscr. Mon. nr. 131. — ὁ οὖν Ζεὺς θάττον τὸ ἔμβρυον τὸ ἐν τῇ σεμέλῃ λαβὼν καὶ τοῦ ἑαυτοῦ μηροῦ ἀναπτύξας λαβὼν ἔῤῥιψεν, ἕως οὗ γένηται μηνῶν ἐννέα (leg. λαβὼν ἐν τῷ

*ξηλις· καὶ μαινόλης·* (*καὶ* abest a Dresd.) *ληναῖος· μειλίχιος* (extremum non est in Dresd.) *ὕϊς· ἄττις·* (Dresd. et Monac. *ἐφ᾽ ᾧ καὶ ἄδεται τό· ὕϊς ἄττις τε*). [19])

*Ἐπίθετα ἀθηνᾶς* (Monac. *Ὀνόματα ἀθηνᾶς:*
*θι*
*ἦχος δ᾽ ὁ ὑψω᾽ιν:*)

*Γενετιάδος* (Monac. *Γενετυλίδος· ἀθηνᾶς·* [20])) *ἰλιείας·*

---

*ἑαυτοῦ μηρῷ ἔῤῥαψεν·* et sic reliqua corrige ex Eudociae Violeto p. 118.). *ἦν δὲ οὗτος ὁ Διόνυσος, ἀτελὲς ὢν κύημα· λέγει τὸ ἔμβρυον τοῦτο· θεὸν δὲ ἀνδρόγυνον αὐτὸν καλεῖ· ὡς ποτὲ μὲν γυναικιζόμενον, ποτὲ δὲ ἀνδριαζόμενον* (leg. *ἀνδριζόμενον*). — *ὠμάδιος.* Orphicum vid. Hymn. XXX. (29.) 5. LII. (51.) 7. et quae monui in Mytholog. III. p. 342.

19) *σφάλτης* respicit Lycophron 206 seq. *Σωτῆρα Βάκχον — Σφάλτην κ. τ. λ.* ubi Tzetz. p. 473. ed. Mueller. *τὸν Διόνυσον, φησὶν, ἀνυμνοῦντες, ὅτι αὐτοὺς ἔσωσεν τὸ πρὶν ἐν Μυσίᾳ ὑπὸ Τηλέφου μέλλοντας ἀπόλλυσθαι, ἀναδοὺς ἐξ αὐτομάτου ἄμπελον καὶ σφήλας τὸν Τήλεφον δι᾽ αὐτῆς, ὅθεν καὶ Σφάλτης ἐκλήθη.* — *φύξηλις* occurrit Iliad. XVII. 143. ubi Porphyrius explicat *δειλός*. vid. Valck. ad calcem Ammon. p. 246. coll. Heynii observv. ad l. l. adde Lycophron. vers. 943. In Baccho respicitur pugna cum Lycurgo Iliad. VI. 135. ubi *Διόνυσος φοβηθεὶς*, et in eâdem re ap. Nonnum XX. p. 552. 4. *φυγών.* — *μαινόλης* et *ληναῖος*. De his epithetis vid. Hymn. Orph. LII. (51.) 1. 2. Diodor. Sic. III. 62. IV. 5. — *μειλίχιος* attigimus supra. — *ὕϊς* (sic aliquot codd. Demosth. de Coron. cap. 79. cf. Taylor. sic etiam Suidas I. p. 370. Kust. *ὕης* tamen usitatius) *ἄττις*. Tu vid. Demosth. c. Ctesiph. p. 568. Tayl. Plutarch. de Iside p. 493. Wyttenb. Valck. ad Euripid. Phoeniss. 654. De scripturâ vid. Interprr. ad Lucian. II. p. 283. Bip. cf. Lanzi Saggio di ling. Etrusc. II. p. 229. Mythol. nostr. III. p. 137. 373. adde *Συναγωγ. λέξ.* in Bekkeri Anecdott. Graec. I. p. 461. Apponam hoc loco haec ex *Damascio* comment. inscr. in Platon. Parmenid.: *αὐτίκα πρὸς τὸ πρῶτον ἔχομεν καὶ παρὰ τοῖς θεολόγοις, ὅτι εἰσὶ θεοὶ ἐν ὑπερτέρᾳ μὲν τάξει τὴν λῆξιν ἱδρυσάμενοι, τοῦ δὲ ἑξῆς διακόσμου προϊστάμενοι κατ᾽ ἰδιότητα· οἷον ὁ ἄττις* (leg. *ἄττις*) *ἐν τῇ σεληναίᾳ καθήμενος λήξει, δημιουργεῖ τὸ γεννητόν· οὕτως ἔχοντα καὶ τὸν ἄδωνεν εὑρίσκομεν ἐν ἀποῤῥήτοις· οὕτω πολλοὺς θεοὺς παρ᾽ Ὀρφεῖ τε καὶ τοῖς θεουργοῖς.*

20) Illud *γενετυλλίδος* (hoc voluit cod. Monac.) nemo nescit proprie ad Venerem pertinere, et videri possit, h. l. turbatum esse, praecipue cum idem cod. repetat *Ἀθηνᾶς*. Possit Pallas *Γεφυριστὴς* huc revocari ex Servio ad Aeneid. II. 166. Possit quoque *Γιγαντοφοντίδος* conjici, quod epithe-

τριτογενείας (Monac. τριττογ.) καὶ δεινῆς λαοσσόου· ἀτρυτώνης· ἐρυσίπτολις· (Monac.: καὶ ἀτρυτώνης, ἥκω μνησθησόμιος — leg.: μνησθησόμενος — νῦν· ἢ καὶ ἐρυσίπτολις·) ἰτωνία (Mon. addit καλεῖται·) ἱππία[21]) ἀγρε-

---

thon Minervae tribuit Cornutus de N. D. cap. 20. p. 189. Galei. cf. Eudoc. p. 5. — Sed fortasse avocare nos debent a conjectando et dea γενεῖτα Plutarchi eaque quae de diis γενεθλίοις et sacris *gentilitiis* Atheniensium traduntur, praesertim de *Minervâ Atheniensi*, *Apollinis* πατρῴου *matre* (vid. modo Cic. de Nat. Deor. III. 22. 23. et quae Ruhnken. congessit ad Tim. p. 192 seq. cf. Fischer. ad Aeschin. p. 165.). De quibus nos plura dicemus alias. — Nunc hoc solum volo monitum: sicut ex Ὀρέστης fit Ὀρειστιάς, ita ex γενήτης γενητιάς, igiturque legendum videri γενητιάδος. E codice Dresdensi ad hanc deam nihil editum est. — ἰλιείας. Vide quatenus Suidae patrocinetur qui ante Suidam scripsit Nicetas. Ille enim II. p. 114. Ἰλίεια Ἀθηνᾶ. ἡ παρ' Ἰλιεῦσι τιμωμένη. Sed cum Eustath. ad Iliad. XI. p. 829. ἑορτὴν dicat Ἰλίεια, Meursius ἰλιείας epitheton adimendum censuit Minervae, eique suffragati sunt Kusterus l. l. et Alberti ad Hesych. II. p. 43. Verumtamen uterque codex Nicetae agnoscit. Et Apollo Ἰλιεὺς est ap. Steph. Byzantium p. 415. Berkelii. Utut est, Minerva, sive Ἰλίεια sive Ἰλιάς, pertinet ad locum Homeri Iliad. VI. 269 seqq. quem expressit Virgilius Aen. I. 479 seqq. — τριτογ. Apollon. L. Homer. p. 655. Toll. Sic item in hymno Orph. XXXII. (31.) 13. quem integrum adhibe, nec minus Homericos XI. et XXVIII. et Eudociae Violarium p. 4 seq. Sequentia: δειν. λαοσσ. ἀτρυτ. nemo nescit Homerica esse. Vide modo Iliad. II. 157. XIII. 128. et Apollon. L. H. p. 174. 432. — ἐρυσίπτ. hymn. Homer. XXVIII. 3. adde Scholia Venet. ad Iliad. VI. 305. unde discimus, alios ῥυσίπολιν maluisse. — δεινὰν velut ex hymno Palladem dicit Aristides Sophist. T. II. p. 162. sed vid. ibi Schol. edit. et inedit. et cf. Schol. Aristoph. Nub. vs. 966. Caeterum haec lectio codicis Monac. caussam aperit, cur in hoc epitheto ad casum rectum fiat transitus.

21) Ἰτωνία. Pausan. III. 9. 7. Bacchylides ap. Dionys. de Compos. p. 240. p. 400. ed. Schaefer. ibiq. Upton. Strabo IX. p. 283. Schol. Apoll. Rhod. I. 551. Spanh. ad Callimach. Pallad. vs. 61. Cerer. 75. — ἱππία. Pind. Olymp. XIII. 115. Pausan. VIII. 47. 1. et passim. Harpocration in voc. p. 199. ibiq. Mnaseas. adde Androtion. ap. Schol. Sophocl. Oedip. Colon. 744. (Fragmm. p. 115.) Gramm. Biblioth. Coislin. p. 604. coll. Wesseling. ad Diodor. V. 69. et Lexic. rhetor. in Bekkeri Anecdott. grr. I. p. 207. p. 350. — Eadem Minerva dicta Ἀλέα; de qua alias a me dicetur.

κύδοιμος· εὐλῆνία· γλαυκῶπις· [22]) ἐλεφαντίνη· πότνια· χρυσῆ· σκιῤῥάς· στρατία· παλλάς· χαλκίσηκος (Monac. καὶ χαλκίοικος). [23])

---

22) Orpheus Lapid. 580. *γλαυκὴν δ' ἐγρεκύδοιμον ἀταρβέα τριτογένειαν.* — *εὐλῆνία.* leg. *εὐλενία.* Sic dicta ea Minerva, cujus templum in Italia condiderat Philoctetes. Orus in Etymolog. Magn. p. 298. quem locum valde truncatum exhibent Phavorinus et Zonaras L. Gr. p. 629. — *γλαυκῶπις.* Adde iis, quae notiora exhibent Apollonius L. Homer. p. 208. Toll. ibiq. laudati, Joh. Lydum de mensibus p. 48. 66. 84. et Eudoc. p. 3 seq.

23) *ἐλεφαντίνη.* Syncellus diserte: *Φειδίας τὴν ἐλεφαντίνην Ἀθηνᾶν ἐποίησε.* vid. Scaliger ad Euseb. Chron. p. 105. a. et Heynii *Antiquar. Aufsätze* I. p. 199. Plura de ea Philochorus in Schol. Aristoph. Av. 604. (cf. Fragmm. ed. Lenz. et Siebelis. p. 54.) et Pausan. I. 24. 5. coll. V. 11. Eadem dicta *χρυσελεφαντίνη.* — De epitheto *πότνια,* pluribus deabus communi, vid., ne plura, Apollon. L. Hom. p. 563. Toll. ibiq. laudd. — Venus autem et ipsa dicta *ἐλεφαντίνη,* nimirum ab urbe cognomine in Aegypto, ut putat Gyraldus. Refragatur Olearius ad Philostrati Icon. II. 1. p. 810. — *χρυσῆ.* Dicta Minerva *χρύση* in cognomine insulâ (Chryse) prope Lemnum. vid. Valcken. Diatrib. Euripid. cap. 11. et 12. p. 126 seqq. *χρυσῆ* si scriptum fuit, videtur ad eandem Phidiae Minervam, quae eadem *ἐλεφαντίνη,* pertinere. Alii tamen in ejus cognominis rationem subtilius inquisivere, ut Platonici. *Proclus mscr.* in Platon. Cratyl.: — *ἀπὸ τῆς δεσποίνης Ἀθηνᾶς·* — — *χρυσῆ μέντοι, καθάπερ φασὶν, ἐνδεικνύμενοι τὴν νοερὰν αὐτῆς καὶ ἄχραντον οὐσίαν καὶ ἄϋλον καὶ ἀμιγῆ πρὸς τὴν γένεσιν.* — Scholiast. mscr. Aristid. Panath. p. 187. Jebb. *τρία ἦσαν ἀγάλματα ἐν ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς· ἓν μὲν τὸ ἀρχαῖον καὶ διϊπετές· ἕτερον δὲ* (sic cod. Leid. *δὲ* abest ab Apogr. Monac.) *τὸ χαλκοῦν, ὃ ἀνέθεσαν μετὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον· τρίτον τὸ* (*τὸ* neglexit Monac., qui item male *'φεισίου*) *τοῦ Φειδίου τὸ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατεσκευασμένον.* Ibid. cod. bombyc. Monac. addit et alia et hoc: *τὸ δὲ* (*ἄγαλμα ἐκ*) *χαλκοῦ κατεσκεύασε Πραξιτέλης.* — Minerva *σκιρὰς* et ipsa Attica erat. vid. Strabo IX. p. 347. Tzsch. Pausan. I. 1. 4. I. 36. 3. cf. Philochori Fragmm. p. 103 seq. Eustath. ad Odyss. I. 107. (p. 28.) et quae hac de re disputavimus in Mythol. IV. p. 490 seq. — *στρατία,* i. e. militaris, ap. Lucian. dialogg. meretricc. Alii etiam *ἀστρατείας* epitheton ei tribuebant, quod Dianae tribuit Pausan. III. 25. 2. — *Παλλάδος* epitheton notissimum; de quo quantum inde a Platone in Cratylo (p. 407. p. 80. Heindf.) ad Apollonium (in L. Homer. p. 526.) et ad Tzetzam usque (in Lycophron. vs. 355. p. 553 seqq. Muelleri) disputarint et philosophi et grammatici, non est necesse h. l. attingere. Unum adjiciam

*Κλήσεις δημήτερος·* (Monac. *Ὀνόματα δήμιτρος* — sic — *καὶ τῆς ἀφροδίτης.* In margine: *ἠχ πα λΙ τὸν συνάναρΧ).* Est *ἦχος πλαγίου ά.* Tonus obliquus primus i. q. tonus quintus. cf. Cangium l. l. p. 481. Idem Monac. in ipsa linea denuo addit: *αἱ τῆς δήμιτρος* — l. *δήμητρος* — *κλήσεις.*)

*Βότειρα·* *ζείδωρος* (*ζήδωρυς* Mon.) *ὀνησιδώρα* (Mon. *ἀνισιδῶρα.* leg. *ἀνησιδώρα.*) *βοτιάνειρα·* (leg. ex Gramm. Riccard. et Monac. *βωτιάνειρα.* Idem codex: *καὶ αἶα· καὶ βωτιάνειρα γῆ καὶ φυσιζ.*) *φυσίζωος·* *δηώ·* (*καὶ* addit Mon.) *ζωοδότειρα.* 24)

---

utpote ineditum. *Proclus mscr.* in Platon. Cratylum (cod. Mon. fol. 144. vers.): *αἱ δὲ τάξεις αὐτῆς (τῆς Ἀθηνᾶς) τρεῖς παραδίδονται· μία μὲν ἡ πηγαία καὶ νοερὰ, καθ' ἣν ἵδρυσεν ἑαυτὴν ἐν τῷ πατρί. καὶ ἔστιν ἀνεκφοίτητος ἐκεῖθεν· δευτέρα δ' ἡ ἀρχικὴ, καθ' ἣν τῇ κόρῃ σύνεστι καὶ πᾶσαν αὐτῆς περατοῖ τὴν πρόοδον καὶ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτήν· τρίτη δ' ἡ ἀπόλυτος, καθ' ἣν πάντα τὸν κόσμον τελειοῖ καὶ φρουρεῖ καὶ περικαλύπτει ταῖς ἑαυτῆς δυνάμεσι, πάσας συνέχουσα τὰς ἐγκοσμίους ἀκρότητας, καὶ πάσας ὑφιστᾶσα τὰς ἐν οὐρανῷ λήξεις αὕτη καὶ τὰς ὑπὸ σελήνην προελθούσας· νῦν ὁ σωκράτης τὴν μὲν φρουρητικὴν διὰ τοῦ τῆς Παλλάδος ἀνυμνεῖ ὀνόματος, τὴν δὲ τελεσιουργὸν διὰ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς.* (Platon. Cratyl. p. 79. Heindf.) — *Χαλκίοικος.* Palatinam lectionem immutare noluerim, licet solemne sit *χαλκίοικος.* Dicitur etiam *χαλκίναος.* vid. Phavorinum in voce. Utut scribas, referendum est ad Minervam Lacedaemone coli solitam. Pausan. X. 5. 5. et III. 17. 2. ubi eadem dicitur *πολιοῦχος.* adde Meursii Miscell. Lacon. I. 3. Aelian. V. H. IX. 41. ibiq. Perizon. Nepot. Pausan. cap. 5. ibiq. Interprr. Euripid. Helen. 231. ibiq. Barnes.

24) Cereris epitheta plurima suppeditant hymni Homeri, Callimachi, Orphicus XL. (39.) et quae posuimus in Mythologia IV. 327 sqq. Quae Nicetas h. l. exhibet, breviter laudandis potioribus locis firmabimus. Igitur ad *βότειρα* — *βωτιάνειρα* vid. Apollon. L. H. p. 200. 201. et quae Eustath. ad Iliad. I. 155. (p. 53. 38.) disputat. *Βότειρα* eodem redit quo *παμπανω, omnes pascens,* ap. Hesych. II. p. 848. si lectio sana. vid. ibi interprett. — *ζείδωρος.* Odyss. V. 463. ubi tamen additur *ἄρουρα.* vid. Apollon. L. H. p. 319. ubi explicatur *ἡ τὸ ζῆν δωρουμένη γῆ.* Sic etiam in Lexico Coislin. p. 459. adde Heynii Observv. ad Iliad. II. 548. Ex ejusmodi etymologiâ fluxisse videtur lectio Monacensis, quam equidem amplecti noluerim, licet eadem dea *βιόδωρος* dicatur et *φερέσβιος* et *ζωοδότειρα·* et *ζείδωρος* est

*'Επίθετα ἀφροδίτης*· (Mon. *τῆς δ' ἀφροδίτης τῆς χρυσῆς*·) *χρυσῆ*· (abest h. l. a Monac.) *κωλιάς*· *φιλομειδής*· *κυθαίρεια* (Monac. *κυθέρεια*· recte) *τροιζηνία*· *καὶ παφία*· *μυχία*· (Monac. *πρὸς δὲ μοιχεία*·) *διωναίη*· *καὶ διώνη*· (Monac. solummodo *καὶ διωναίη*·) *καὶ ζηρινθία*· (Monac. *ζηρυνθία*· recte. Idem addit: *θεά*.) [25])

---

in Gramm. Riccard. de quo proxime dicam. Caeterum quod idem codex Monac. *αἶα* *) et *γῆ* his epithetis interposuit, hactenus utique recte fecisse putandus est, quod plurima proprie ad *terram* pertinent. Atqui *terrae* ac *Cereris* notio mature inter se coaluerat. cf. Mytholog. IV. 331 seqq. Empedocles epitheton *ζειδώρου* tribuerat Veneri. Plutarchi Erot. p. 756. adde Sturz. ad Empedocl. p. 537. — *ἀνησιδώρα*. Pausan. I. 31. 2. In pago Attico erant arae: — *καὶ Γῆς* — *καὶ Δήμητρος 'Ανησιδώρας*, ubi igitur Terra et Ceres *ἀνησιδώρα* sejunctae erant. Quo in loco Sylburgius id ipsum *ὀνησιδώρα* reponi jubebat, et reapse hoc exhibet Grammaticus mscr. bibl. *Riccardianae* ap. Ruhnk. ad Homeri h. in Cer. vs. 122. Sed ibi rescripsit Ruhnk. *ἀνησιδώρα*, laudato Berglero ad Alciphron. I. 3. adde Wagnerum ibid. p. 26. qui tamen *ἀνεισιδώραν* intactum reliquerant. Profert autem ille Grammaticus Cereris epitheta prorsus eadem eodemque ordine; ut *hunc ipsum Nicetam* esse conjicias. — Invocabant Attici Cererem tanquam *κουροτρόφον καὶ ἀνησιδώραν* in suis hymnis. Plutarch. Sympos. Quaestt. VIII. 14. p. 745. A. p. 1078. Wyttenb. Proclus in Platon. Tim. p. 238 seq. In quibus hymnis iidem Attici invocationem doricam: *ὦ Δάματερ* praeferebant communi: *ὦ Δήμητερ*. Eustath. ad Iliad. I. p. 9. l. 49. et ad Odyss. XX. p. 735. l. 18 seq. *φυσίζωος* rursus pertinet ad terram. Iliad. III. 243. ubi additur *αἶα* illudque fortasse respexit librarius codicis Monacensis. De voce cf. Apollon. L. H. p. 701. — *δηώ*. Eurip. Helena 1369. Eustath. ad Odyss. XI. 115. (p. 421.) Spanhem. ad Callim. Cer. 133. Interprr. ad Homeri H. in Cerer. vs. 47. 122. et Mythol. IV. 297 seqq. — *ζωοδότειρα*. cf. quae supra monui ad *ζείδωρος*. adde Eudociae Violet. p. 110. Sic autem appellatam Cererem esse testatur idem Grammaticus mscr. in Catalogo Bibl. Riccardianae p. 38. Eam in rem multa etiam disputat Proclus mscr. in Platonis Cratyl. quorum extrema haec sunt: *οὐ μόνον οὖν τὴν ζωὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς ζωῆς τελεσιουργίαν ἀπογεννᾷ ἡ δέσποινα ἡμῶν δημήτηρ ἀπὸ τῶν ἄνω μέχρι τῶν ὑστάτων κ. τ. λ.*

*) Alio in loco promtum foret *'Αχαία*. Epitheton agnoscit Aristophanes in Acharn. laudatus a Grammatico in Bekkeri Anecdott. grr. I. p. 473. Agnoscit etiam Herodotus V. 61. ubi cf. Wesseling. Sed h. l. manum abstineo.

Ἐπίθετα ἀρτέμιδος·

κελαδεινή· ἑκάτη· ὀρειβάτις· ταυροπόλος κυνηγέτις· (Mon.: ἦχος πλ β΄. — i. e. ἦχος πλαγίου δευτέρου· Tonus obli-

---

25) χρυσῆ. Iliad. III. 64. Odyss. IV. 14. ubi vid. Schol. et Apollon. L. H. p. 715. κωλιάς. Paus. I. 1. 4. Schol. Aristoph. Nub. vs. 53. ubi etiam de *genetyllide*, de qua consule Bentlejum ad Horat. Carm. saecul. vs. 16. Alciphron. epist. III. 11. 8. p. 49. ibiq. Bergler. et Wagner. Harpocrat. in κωλ. ubi codex Palat. nr. 375. ita: κωλιάς· ἐπιθαλασσία ἄκρα τῆς ἀττικῆς ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κώλου ὠνομασμένη· καὶ ἔστιν αὐτόθι ἀφροδίτης ἱερὸν κωλιάδος. φιλομειδής. Iliad. III. 424. Apollon. L. H. p. 689. Sed Hesiodus in Theogon. vs. 200. φιλομμηδέα dixit. Cujus epitheti rationes reddunt Grammatici. Tu consule Lennep. ad Coluth. II. 4. p. 93 seq. Ei junge quae *Werferus* ὁ μακαρίτης Orphica protulit ex Cod. Mon. in Actis Monn. philoll. II. 1. p. 150. ibiq. attende ἐγερσιγέλωτ' Ἀφροδίτην. — κυθέρεια. Homer. Hymn. IX. 1. coll. Lennep. l. l. et praesertim Ruhnken. Epist. crit. I. p. 51. Herodot. I. 105. Pausan. I. 14. (cf. Wessel. ad Herodot. l. l.) et Joh. Laur. Lydus de mensib. p. 89. qui cum Cicerone de Nat. D. III. 23. ad plurima Veneris epitheta adhibendus est. Heynii *Antiqq. Aufss.* I. p. 135. τροιζηνία. Euripid. Hippolyt. vs. 32 seq. ibiq. Valck. Tzetz. ad Lycophr. vs. 610 seq. (p. 697. Mueller.) Eustath. ad Iliad. II. p. 287. Strabo VIII. p. 343. ubi de Venere κατασκοπίᾳ. De *Paphia* vid. supra ad κυθέρ. et confer, ne plura, Pausan. VIII. 5. 2. Adde de utraque scholia in Gregorii Naz. carmina p. 35. ed. Gaisford.: κυθήρεια καὶ γαρ τὸ αἰδοῖον ἔπεσε τοῦ κρόνου φα. παφεία καὶ γὰρ ἐκεῖσε τέθαπται μετὰ κινύρου τοῦ ταύτης ἐραστοῦ. Quae facile expediri possunt. — μυχία. Quod Monac. dedit μοιχεία, debebat certe μοιχεύτρια, vel μοίχαινα, quod posterius est in Tzetz. ad Lycophr. vs. 1109. (p. 932.). Itaque Nicetas putari poterat respicere ad Odysseae VIII. 332. ubi est — μοιχάγρι' ὀφέλλει, et ad quem locum Eustathius p. 310. 40. ita: διὸ καὶ λάθρα καὶ ὡς εἰπεῖν μοιχικῶς τῇ τοῦ Ἡφαίστου Ἀφροδίτῃ Ἄρης — σύνεστιν —. Sed μυχία est praestantior et doctior lectio, vel potius μυχεία, si Suidam sequaris, qui II. p. 592. ita: καὶ Μυχεία, ἡ Ἀφροδίτη, quae descripsit Phavorinus. In Orphei h. LXIX. (68.) 3. μυχίαι textus nunc exhibet: cod. Voss. μύχειαι. Deos μυχίους in priscis Graecorum religionibus agnoscit Dionysius Halic. celeberrimo loco de Penatibus veterum Romanorum Antiqq. lib. I. cap. 67. p. 169. Reisk. — διωναίη — διώνη. Cic. de N. D. III. 23. Statii Sylv. I. 1. 84. ibiq. Interprr. Joh. L. Lydus de mensib. p. 89. et Mythol. IV. p. 178. seqq. Adde *Proclum mscr.* in Platon. Cratylum (cod. Monac. fol. 144. rect.) de duplici Venere: διαφέρουσι μὲν οὖν ἀλλήλων αἱ θεαὶ, κατά τε αἴτια καὶ κατὰ τὰς τάξεις καὶ κατὰ

quus secundus, sive tonus sextus. — *κελαδεινῆς· ἑκάτης καὶ ὀρειβάτιδος· καὶ ταυροπόλου.* Incipit nova linea: *ἀγγελικαὶ δυνάμεις:* † *ἀρτέμιδος καὶ ἥρας: καὶ κυνηγέτιδος·* [26])) *λοχία· ἐνοδία· χελύτις· ἰοχέαιρα· τελεφρία· δι-*

---

*τὰς δυνάμεις. ἡ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὑπερκόσμιός ἐστι καὶ ἀναγωγὸς ἐπὶ τὸ νοητὸν κάλλος· καὶ ἀχράντου ζωῆς χορηγὸς καὶ γενέσεως χωρίζει· ἡ δὲ διαιωνία* (leg. *διωναία* et cf. Platon. Sympos. cap. VIII. 2. p. 26. ed. Wolf.) *ἐπιτροπεύει πάσας τὰς ἐν τῷ οὐρανίῳ κόσμῳ καὶ γῇ συστοιχείας καὶ συνδεῖ πρὸς ἀλλήλας, καὶ τελειοῖ τὰς γεννητικὰς αὐτῶν προόδους διὰ τῆς ὁμονοητικῆς συζεύξεως.* — *ζηρυνθία.* Etymol. Magn. p. 411. 25. Sylb. coll. Suid. in voc. et Zonara L. Gr. p. 957. ubi est *Ζηρυνθᾶ· ἡ Ἀφροδίτη.* — *Ζηρυνθίαν* exhibet Lycophron vs. 449. ubi vid. Tzetz. p. 617 seq. ed. Mueller.

26) Haec confusiora facile expediri queant ope alicujus codicis, qui et ipse *τοὺς ἤχους* annotatos praestet. E Dresdensi ad h. l. nihil est enotatum. — *κελαδεινή.* Iliad. XX. 70. cf. Apollon. L. H. p. 392. Hymn. Homer. XXVII. 1. — *ἑκάτη.* Dianam *ἑκάταν* novit Aeschylus in Supplic. 677. sicut Homerus *Ἕκατον* pro Apolline. vid. Heyn. ad Iliad. l. l. cf. Hymn. Hom. IX. 1. adde Cornutum de N. D. 32. p. 223. — *ὀρειβάτις.* Dianam *ὀρείαν* explicat Hesych. II. p. 70. *ἀγροτέραν.* Eadem dicta *ὀρειλόχη.* vid. Perizon. ad Aelian. V. H. II. 25. Hemsterh. ad Polluc. IX. 12. p. 982. Eodem redeunt haec cognomina: *οὐρεσίφοιτος, ὀρεστιάς, ὀρειάς.* Apud Alcaeum Messen. nr. 12. in Anthologia Pan dicitur *ὀρειβάτης.* Quam vocem etiam Suidas explicat II. p. 711. Ad Dianae illud epitheton adhibe Homer. Hymn. XXVII. 4. Orphic. H. XXXVI. (35.) 10. — *ταυροπόλος.* Apollodori Fragmm. p. 402. Heyn. Spanheim. ad Callim. Dian. 187. et Mytholog. II. p. 121 seqq. — *κυνηγέτις.* Orph. H. l. vs. 5. Etiam *κυνηγός.* Aristoph. Lysistr. 1275. cf. Sophocl. Electr. 556. Spanh. l. l. vs. 206 seqq. et Valcken. ad Euripid. Phoeniss. 11. ad Hippol. 1092. — *λοχία* sive *λοχεία.* Orph. Hymn. l. vs. 3. cf. Aesch. Suppl. 77. Euripid. Hippol. 161. ibiq. Valck. Platon. Theaet. p. 149. b. 305. Heindf. Spanhem. ad Callim. Dian. vs. 23. Hemsterh. ad Lucian. p. 345. T. II. Bip. Adde Orphica excerpta ex Proclo in Cratylum ed. *Werferi* in Act. philoll. Monn. Tom. II. fascic. I. p. 144 seqq. — *ἐνοδία.* Vide quanto plenior h. l. sit codex Palatinus Monacensi. De hoc epitheto consule Cornutum d. N. D. cap. 34. p. 232. qui etiam de consimili *τριοδῖτις.* — *χελύτις.* Clemens Alex. Protrept. p. 11. *καὶ χελύτιδα δὲ Ἄρτεμιν Σπαρτιᾶται σέβουσιν, ἐπεὶ τὸ βήττειν χελύττειν καλοῦσιν.* cf. Hesych. II. p. 1549. ibiq. Interprr. adde Zonar. L. Gr. p. 1851. Foësii Oecon. Hippocr. p. 407. Nimirum a tussiendo sic dicta fuit. — *ἰοχέαιρα.* Iliad. V. 53. Odyss. XI. 172. Homer. Hymn. IX. 6. Orph. H. l. vs. 7. cf. Apollon. L. H. p. 365. — *τελεσφρία.* Lege ex Monac.

κτυνήνη· καὶ δίκτυννα· χρυσολάκατος θεά. (Monac. ἰοχεαίρας τε λαφρίας· δικτυήνης· χρυσηλακάτου θεᾶς.)[27])

Ἐπίθετα ἥρας·

Ἀργεία· φηρωνία· ἀνθήρα· λευκώλενος· ῥειώνη· ἥρα· συζυγία. (Monac. ἱρῶ περὶ τῆς ἀργείας καὶ φηρωνείας· ἀνθείρας· λευκωλένου· ῥειώνης ἥρας ζυγίας τε.)[28])

---

λαφρία. De hoc vid. locum classicum Pausaniae VII. 18. 6. Minervam λαφρίαν canit Lycophron 356. 985. 1416. ubi cf. Tzetz.

27) In δικτυήνη congruit uterque codex. Possit quispiam conjicere ΔΙΚΤΥΝΝΑΙΑ ex Pausania X. 36. 3. quamquam haec ipsa parum placuerit Spanhemio ad Callim. p. 320. Itaque manum abstineo, praesertim quum per allegoricas etiam rationes mirifice variarint haec epitheta philosophi. Sic Cornutus cap. 34. p. 230. Δίκτυναν (hanc formam agnoscunt etiam numi Cretensium. vid. Wesseling. ad Herodot. loc. proxime laudand.) δὲ αὐτὴν λέγουσι, διὰ τὸ βάλλειν δεῦρο τὰς ἀκτῖνας· δίκειν γὰρ τὸ βάλλειν. quae pro more, ut reliqua fere omnia, Eudocia descripsit p. 10 seq. Caeterum de Diana Dictynna sive Dictyna vid. Hymn. Orph. l. vs. 3. Herodot. III. 59. (ubi est τῆς Δικτύνης) Diodor. V. 76. ibiq. Interprr. praecipue Spanhem. ad Callim. Dian. vs. 190 seqq. Fischer. ad Palaeph. Indic. sub voc. ibiq. laudd. — χρυσηλάκατος. Sic rescribendum ex Monac. De epitheto vid. Il. XVI. 183. XX. 70. Odyss. IV. 122. Homer. Hymn. XXVII. 1. Apollonii L. H. p. 714 seq. ibiq. Villoison. et Toll.

28) Ἀργεία. Pindar. Nem. X. 1. Euripid. Iphigen. Aul. 739. Iph. Taur. 221. Herodot. I. 31. Aelian. H. A. IX. 65. Palaeph. 43. 51. quem descripsit Eudocia p. 208. Spanhem. ad Callim. H. in Del. vs. 74. Boettigeri libell. vernac. qui inscribitur *Kunstmythologie der Juno* V. p. 129 seqq. — φηρωνία. φηρωνείας. In locis Dionysii classicis Antiqq. Romm. II. 49. p. 340. et III. 32. p. 595. Reisk. item variatur φερώνειαν et φερωνίαν, ut taceam φορωνείαν codicis Vaticani. In breviore vocali persistunt Dionysii libri omnes, sed tamen Virg. Aen. VII. 800. Horat. Serm. I. 5. 24. Sil. Ital. XIII. 84. producunt primam. Atque cum Dionys. ibidem eandem deam postea φαρωνίαν dictam prodat, equidem nil mutaverim. Et fortassis hinc aliquis Dionysium corrigendum censeat. A quo tamen consilio avocare illud nos videtur, quod idem eandem etiam φερσεφόνην appellatam tradit. — De hoc numine vid. praeter ll. ll. Liv. I. 30. XXII. 1. XXVI. 11. XXVII. 4. Heynium ad Virgil. l. l. Fabrettum Inscriptt. p. 451 seqq. et Patin. numism. famil. Romm. p. 205. — ῥειώνη. Etymol.

*'Επίθετα ἀπόλλωνος·* (Monac. *ὀνόματα ποσειδῶνος· ἀπόλλωνος καὶ ἑρμοῦ.* In margine *π δ* — i. e. *ἦχος πλαγίου δ'* sive tonus *octavus* et ultimus — *τὴν σοφίαν καί*: Sequuntur Apollinis epitheta, deinde Neptuni, ultimo loco Mercurii.)

*'Εκηβόλος· λυκηγενὴς· λητοΐδης* (Mon. addit *καὶ*) *φοῖβος· πύθιος·* (*τε* addit Mon.) *λοξίας·* (*καὶ* addit Mon. quod item sequentibus interponitur usque ad *δελφ.*) *δήλιος· ἀφήτωρ· λύκιος· ἑκατηβελέτης·* (Mon. *ἑκατηβέλης·*) *δυςφόνιος* (Mon. pro eo *δελφίνιος*) *σμίνθιος· ἀκειρεκόμης: ἰήϊος*: (duo extrema non habet Monac.) [29])

---

Magn. p. 703. 10. ubi Euphorion citatur. Quae, aucteris nomine omisso, repetunt Suidas, Zonaras, Phavorinus. -- *ἀνθήρα.* Etiam de homine dicitur *ἀνθηρός*, nisi malis ex vestigiis lectionis Monac. reponere *ἀνθεία.* Hoc enim nomine templum apud Argivos conditum (*Ἥρας -- Ἀνθείας*) fuisse prodit Pausanias II. 22. 1. Dionysius autem Hal. Antiqq. III. 32. p. 595. tradit eandem illam Feroniam ab aliis *ἀνθηφόρον*, ab aliis *φιλοστέφανον* dictam. -- *συζυγία* sive *ζυγία.* Dionys. Hal. Vol. V. p. 235. Reisk. Pollux III. 38. Virgil. Aen. IV. 59. ibiq. Interprr. Appulej. Metamorph. lib. VI. p. 389. ed. Oudendorp. ibiq. not. Boettiger. l. l. §. 12. p. 103. et *Aldobrand. Hochz.* p. 162. sqq.

29) *'Εκηβόλος -- ἑκατηβελέτης.* Il. I. 14. ibiq. Scholl. Sophocl. Oedip. Tyr. 162. Homeri H. in Apollin. 134. et passim. Orph. Hymn. XXXIV. (33.) 6. coll. Apollonii L. H. p. 251. Cornut. d. N. D. cap. 32. p. 223. indeque Eudocia p. 8. Tzetz. Exeges. in Iliad. p. 76 et 117. *Proclus ms.* in Platon. Cratyl. -- *καὶ ἀναιρεῖ μὲν πᾶσαν τὴν ἀταξίαν (Ἀπόλλων), πληροῖ δὲ πάντα τῶν δημιουργικῶν δόσεων· διὸ καὶ ἑκατηβελέτης προσαγορεύεται, ὅτι χωριστὸς ὢν καὶ ἐξῃρημένος ἐπὶ πάντα φθάνει ταῖς ἐνεργείαις.* -- *λυκηγενὴς* -- *λύκιος.* Iliad. IV. 101. ibiq. Interprr. Paus. II. 19. ibid. 31. Heraclid. Allegorr. Homerr. cap. 7. p. 24. Schow. Schol. et Triclin. ad Sophocl. Oedip. Tyr. 203. Eustath. ad Odyss. XIV. 161. (p. 538.) Macrob. Saturn. I. 17. adde Mythol. II. p. 125 seqq. -- *λητοΐδης.* Pind. Pyth. I. 23. et saepissime. Orph. de Lapid. vs. 8. 392. etiam *λατῷος.* Paus. I. 44. 14. -- *φοῖβος.* Apollon. L. H. p. 693 sq. ibiq. Interprr. coll. Heracl. Allegorr. Homm. p. 23. -- *πύθιος.* Orph. Hymn. l. vs. 3. Spanhem. ad Callim. Apollin. vs. 36. 100. et passim. Fischeri Ind. in Aeschin. Socrat. ibiq. laudd. -- *λοξίας.* Pind. Pyth. III. 50. Orph. Hymn. l. vs. 7. Cornut. p. 226. indeque Eudocia p. 9. Schol. Aristoph. Plut. vs. 8. Macrob. Sat. I. 17. -- *δήλιος.* Homeri

*Ἐπίθετα ποσειδῶνος·*

*Γαιοῦχος·* (Monac. *ποσειδῶν δὲ γεοῦχος*) *ἀσφάλιος·* (Mon. *ἀσφάλειος*) *ἵππειος· ἐνοσίχθων· κινησίχθων· σεισίχθων·* (Mon. *ἔτι ἐνοσίχθων· κινησίχθωνος· σεισίχθωνος*) *αἰγαίων·* (Mon. *αἰγαιωνος·*) *γαιήοχος· ἐνοσίγαιος· ταύρειος· φοίταλμιος* (Mon. *καὶ φοιταλμιος μάλιστα*:).[30])

---

Hymn. Apoll. 25 seqq. Pind. Pyth. I. 74. Olymp. VI. 101. Orph. Hymn. l. vs. 8. cf. Spanhem. ad Callim. Apollin. vs. 9. et ad h. in Del. vs. 280. -- *ἀφήτωρ*. Iliad. IX. 404. ibiq. Heynii observv. cf. Apollonii L. H. p. 184. et Perizon. ad Aelian. V. H. VI. 9. -- *σμίνθιος* et *σμινθεύς*. Iliad. I. vs. 39. Orph. H. l. vs. 4. Pausan. X. 12. 3. cf. Apollon. L. H. p. 607. ibiq. Interprr. praecipue Heyn. observv. ad Homeri l. l. adde Tzetz. Exeges. in Iliad. p. 96 seq. -- *δυσφόνιος* licet in Apolline explicari queat vel ex Iliade prima, quatenus etiam *λοίμιος* dictus, nec rationi repugnet vocabulum: tamen, quod sciam, certâ caret auctoritate: *δελφίνιος* notissimus vel ex hymno Homerico. Vid. praesertim vs. 494 seqq. ibiq. Interprr. cf. Pausan. I. 19. 1. Callimach. Apoll. 101. ibiq. Spanhem. Apollodor. VI. 1. 3. ibiq. Heyn. et inprimis Tzetz. Schol. in Lycophron. vs. 208. ubi variae cognominis rationes exponuntur. Adde ibi Mueller. p. 476 seqq. et junge Tzetz. in Iliad. p. 117. -- *ἀκειρεκόμης*. Iliad. XX. 39. *ἀκερσεκόμης*. vid. Polluc. II. 35. ibiq. Hemsterh. cf. Apollon. L. H. p. 76. et Hesych. I. 188. ibiq. Interprr. Hanc formam vulgo retinuerunt poëtae. vid. v. c. Orph. de Lapid. vs. 394. et Dionys. in Anthol. Gr. II. p. 230. ed. Jacobs. Coluthus, qui Baccho attribuit, de Rapt. Hel. vs. 40. Tamen illam formam tuetur locus Pindari Isthm. I. vs. 8. et e solutae orationis scriptoribus Cornutus d. N. D. p. 225. et hinc Eudocia p. 9. Huc facit epitheton *βαθυχαίτης*, ei deo tributum in oraculo apud Porphyr. de vita Plotini vs. 10. -- *ἰήιος*. Sic Orph. hymn. laud. vs. 2. De voce ejusque discrepante scripturâ vid. Interprr. ad Iliad. XV. 365. et ad Homeri H. in Apollin. vs. 120. coll. Apollonii L. H. p. 359. ibiq. Interprr. Hesych. II. p. 31. ibiq. Alberti, Apollodori Fragmm. p. 390. ed. Heyn. Eodem alii alia referebant ejus dei epitheta, ut *ἰατρὸς, παίων, οὔλιος, ἤπιος, σωτήρ, ἀκέστωρ*. cf. Spanh. ad Callim. Apollin. vs. 40 seqq. et ad Del. vs. 214. *Proclus* in Cratyl.: *καὶ ταῖς παιονικαῖς ἐνεργείαις πᾶσαν τὴν ὑλακὴν* (l. *ὑλικὴν*) *ἀμετρίαν ἐκκαθαίρει* (*Ἀπόλλων*).

30) *Γαιοῦχος, γηοῦχος, γεοῦχος, γαιήοχος*. Iliad. XIII. 43. Homeri hymn. in Neptunum (XXII. 6.), Orphei h. in Nept. (XVII. -- 16. -- vs. 1.), qui universe conferendi. coll. Apollon. L. H. p. 203. ibiq. Interprr. Pausan. III. 20. 2. Spanh. ad Callim. Del. vs. 30. Cornut. d. N. D. cap. 22.

*Ἐπίθετα ἑρμοῦ·*

*Λύγιος* (Mon. *λόγιος δ' Ἑρμῆς·*) *ἀργειφόντης·* (Mon. *ὁ σοφὸς ἀργειφόντης·*) *νόμιος· κυλήνιος·* (*κουλήνιος* Mon.)

---

p. 194. et hinc Eudocia p. 343. -- *ἀσφάλιος, ἀσφάλειος·* utrumvis probum, etiam *ἀσφαλίων.* Heliodor. Aethiop. VI. p. 232. ibiq. Coray p. 207. Contra pro *ἀσφαλιαῖος* in Pausan. VII. 21. codex Moscov. tuetur *ἀσφάλιος*, quod apud eundem scriptorem legitur III. 11. 8. ubi cf. Facium p. 378. Sic idem deus dictus est a Rhodiis, teste Strabone I. (p. 57.) p. 155. ed. Tzsch. Itemque Plutarchus in Theseo extremo (cap. 35. 3. p. 87. Leopold.) jungit Neptunum *ἀσφάλιον* et *γαιήοχον.* adde Schol. Aristoph. Acharn. 509. 683. et Suid. I. p. 363. Kuster. ubi Oppianus laudatur. -- *ἵππειος* sive *ἵππιος.* vid. Wesseling. ad Diodor. V. 69. p. 386. etiam *ἱππηγέτης.* Tzetz. ad Lycophr. 767. Illud epitheton valde frequentatur et varie explicatur ab ipsis veteribus. vid. Aristoph. Nub. 83. ibiq. Interprr. Euripid. Phoeniss. 1701. Rhes. 187. Orph. Hymn. l. vs. 2. coll. Homeri Hymn. laud. vs. 5. Pausan. loco class. VII. 21. 3. Cornut. p. 195. indeque Eudocia p. 343. Eustath. ad Odyss. I. 174. (p. 43.). adde Boettigeri *Kunstmytholog. des Neptun* p. 155 seq. et Mythol. nostr. II. p. 386 seqq. -- *ἐνοσίχθων* -- *κινησίχθ. σεισίχθ.* Iliad. XIII. 10. et pluribus locis. cf. Apollonii L. II. p. 246. ubi est *ὁ κινητὴς τῆς γῆς.* Callim. Hymn. Del. 30. ibiq. Spanh. Hom. Hymn. laud. vs. 4. ubi est *ἐννοσίγαιος*, similiter in Orphico Hymno vs. 4. adde Herodot. VII. 129. ibiq. Wesseling. Cornut. p. 193. Eudocia p. 342. *κινησίχθων* est in Schol. Sophoclis, qui poëta *τινάκτορα γαίας* Neptunum dicit in Trachiniis vs. 503. Pindaro autem dicitur Isthm. IV. 32 seq. *ὁ κινητὴρ γᾶς.* Proclus mscr. in Plat. Cratyl. cod. Mon.: *τὸν δὲ μέσον (Ποσειδῶνα) φασὶν αἴτιον εἶναι κινήσεως ἅπασιν, ὡς καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀκινήτοις· διὸ καὶ ἐ ν ν ο σ ί γ α ι ο ς καλεῖται ὡς κινήσεως ἐξάρχων· καὶ ἐν τοῖς κληρουμένοις τὴν τοῦ Κρόνου βασιλείαν ὁ μέσος κλῆρος καὶ ἡ εὐκίνητος θάλασσα αὐτῷ ἀνάκειται.* -- *αἰγαίων.* Sic dicitur a Lycophron. 135. Cujus nominis rationes alii aliunde duxerunt; nimirum ab Aegis Achaiae (Iliad. VIII. 203. ubi consule Heynii Observv. Homeri Hymn. l. vs. 3. Pausan. VII. 25. 7.), ab Aegis Euboeae Strabo VIII. p. 386. coll. Iliad. XIII. 21. ibiq. Heynii Obss. -- ab *αἰγαῖον*, h. e. *πέλαγος*, Tzetz. ad Lycophron. l. l. -- sive a fluctibus, qui caprae instar, *δίκην αἰγὸς*, exsultant, Tzetz. l. l. adde Eudociam p. 341. infr. Quomodo Pherecydes hoc nomen acceperit, non satis certo constat. vid. Schol. Apollon. I. 831. et cf. Sturz. ad Pherecyd. Fragmm. p. 215. et Muellerum ad Tzetz. l. l. p. 400 seq. -- *ταύρειος.* Hesiod. Scut. 104. *ταύρεος Ἐννοσίγαιος*, ubi Scholia respiciunt locum Homericum Iliad. XXI. 237. ad quem consule Scholia Veneta et Heynium. Etiam *ταῦρος* dictus Neptunus. vid. Hesych. II. p. 1353. Nominis ratio nunc

*ἐριούνιος·* (Mon. *καὶ ἐρ.*) *σῶκος· κερδῷος· χρυσόῤῥαπις.* (Hoc loco desinunt haec Deorum Epitheta in Monac. Quae in Palatino h. l. sequuntur, videlicet Martis et Vulcani, in eodem alio loco posita sunt, nimirum eodem quo in cod. Dresdensi, adscripto *Tono secundo.* Vid. supra ad Epitheta Bacchi.) [31])

---

a fluctuum figurâ, nunc a sono et mugitu (unde idem *μυκητὰς*, mugitor, dictus. Cornut. p. 193. Eudoc. p. 341.), nunc abs tauris Neptuno immolari solitis repetitur. vid. locos laudd. — *φοιτάλμιος.* Sic uterque codex. Atque, si haec manus ipsius Nicetae, secutus est eos grammaticos, qui sic distinguerent, *φυτάλμιος Ζεύς· φοιτάλμιος δὲ Ποσειδῶν, ὁ ἐν τῇ ἅλμῃ φοιτῶν, δίφθογγον.* ut est ap. Zonaram L. Gr. p. 827. cf. Suid. III. p. 641. quod ad Hesych. II. p. 1532. etiam annotavit Isaac. Vossius. In Cornuto p. 192., ubi alii codd. *φυτάλιον*, alii *φιτάλιον* dant, vulgatam lectionem satis firmare videtur Eudociae auctoritas, quae p. 342. *φυτάλμιον* exhibet. Neptuno autem hoc epitheton *φυτάλμιος* diserte vindicat Plutarchus Sympos. VIII. 8. p. 730. p. 1013. Wyttenb. tum praecipue Pausanias loco classico II. 32. 7. ubi Argivi Neptunum *φυτάλμιον* coluisse dicuntur, quod *οὐκέτι ἅλμην ἀνῆκεν εἰς τὴν γῆν.* quem locum Tittmannus Zonarae l. l. adhibuit. De re diximus et ipsi in Mythol. IV. p. 87 sq. Neque tamen de nihilo esse arbitror, quod idem Neptunus *φοιτάλμιος* dictus fuisse traditur; sed potius in exemplis habendum esse censeo, quantopere consueverint prisci homines in deorum appellationibus ea sectari, quae variam interpretationem admitterent, et quantopere varius pronuntiandi modus adjuverit eam consuetudinem.

31) *Λύγιος.* Mercurius *πολύγιος* cognitus Pausaniae II. 31. 13. Nemini, quod sciam, *λύγιος.* Contra *λόγιος* celeberrimus. Plato Phaedr. p. 272. p. 340. Heindf. coll. Euseb. P. E. I. 9. p. 31. et Hermia ad Platon. l. l. Cic. de N. D. III. 22. Diodor. Sic. V. 75. ibiq. Interprr. Luciani Apolog. p. 170. (III. Bip. ibiq. Interprr. p. 571.) Orphei Hymn. XXVIII. (27.) vs. 4. et 10. Joh. Laur. Lyd. de mensib. p. 103 seq. Schol. Aristidis Orat. pro Quatuorvir. Tom. II. p. 173. Jebb. *Ζητεῖται, πῶς λέγει τὸν Πᾶνα λόγον, ἢ λόγου ἀδελφόν. λέγομεν, ὅτι τὰ πάντα διὰ λόγου συνέστη· τὰ δὲ πάντα ἐστὶ ὁ Πάν· ἀδελφὸς ἄρα ὁ Πὰν τοῦ λόγου. μᾶλλον δὲ ὁ Πὰν λόγος, διὸ καὶ Ἑρμοῦ υἱὸς ὁ λόγος ὁ ἔντεχνος, καὶ παρὰ θεοῦ διδόμενος εἰς παίδευσιν.* Exhibui locum, ut eum in notis mss. ex cod. Leidensi correxit Valckenaerius. *Ἑρμῆς ὁ λόγος* est etiam apud Porphyrium. Vid. annotat. nostram ad Proclum de Un. et Pulcr. p. 105 seq. In fragmento eleganti codicis Darmstad. opponuntur inter se *ὀλυμπικοὶ πένταθλοι* ac *λακωνικὰ παγκράτια* et *Ἑρμοῦ λογίου καὶ Μουσῶν*

*'Επίθετα ἄρεος·* (Mon. *ὀνόματα ἄρεος καὶ ἡφαίστου·*)

*Τειχισεπλήτης· ἐνυάλιος· δημήτριος· δίζωνος·* (Mon. et Dresd. *τοῦ τειχεσιπλήτου δὲ ἐπίθετα ἄρεος, ἐνυά-*

---

*ἀγωνίσματα.* — *ἀργειφόντης.* Iliad. II. 103. ibiq. Heynii observv. Iliad. XVI. 182. Odyss. I. 38. ubi tamen consulendus Porson. p. 11. ed. Lips. Homer. Hymn. in Mercur. vs. 73. ibiq. Ilgen. coll. Hymn. XVIII. 1. Apollon. L. H. p. 159 seq. Orph. Hymn. in Mercur. laud. vs. 3. Cic. de N. D. III. 22. qui ita: quintus, quem colunt Pheneatae, qui et Argum dicitur interemisse, ob eamque caussam Aegyptum profugisse, atque Aegyptiis leges et literas tradidisse. Sic Cicero; unde intelligi potest, cur idem Mercurius in cod. Monac. dicatur *ὁ σοφός.* — *νόμιος.* Homeri Hymn. l. passim. Hesiodi Theogon. vs. 444. ibiq. Scholia p. 270. ed. Heins. Eurip. Ion. 1-4. Aristoph. Thesmoph. 986. Apollodor. III. 10. 2. ibiq. Heyn. A pascuis alio alii traduxerunt hoc epitheton. vid. Cornut. de N. D. cap. 16. p. 165. coll. Eudociae Violet. p. 154. — *κυλλήνιος* (sic enim scribendum). Eustath. ad Iliad. II. 603. et ad XV. 618. Odyss. XXIV. 1. coll. Apollon. L. H. p. 423. Apollodori Bibl. III. 10. 2. ibiq. Heyne p. 273. Fragmm. p. 399 seq. Strabo VIII. p. 595. Pausan. III. 17. 1. adde Spohnii Dissertat. de extrem. Odyss. parte p. 38 seq. — *ἐριούνιος.* Iliad. XX. 72. ibiq. Heyn. Obss. coll. Apollon. L. H. p. 299. et praecipue Etymol. Magn. p. 374. ibiq. Phoronidis fragmentum. Homeri Hymn. in Mercur. vs. 3. ibiq. Ilgen. coll. vss. 28. 145. 551. et Hymn. XVIII. 1. Orphei Hymn. laud. vs. 8. Aristoph. Ran. vs. 1144. ibiq. Schol. Cornutus p. 164. et hinc Eudocia p. 154. — *σῶκος.* Iliad. XX. 72. ubi *ἐριούνιος* adjunctum. vid. ibi Heynii observv. adde doctam disputationem Apollonii in L. H. p. 628. ibiq. Tollium. Sophocl. Electr. vs. 119. Cornutum d. N. D. p. 164. ibiq. Galeum, coll. Eudocia p. 154. — *κερδῷος.* Homeri H. laud. passim. Spanhem. ad Callimach. Dian. vs. 68. Idem ad Aristoph. Plutum 1156. Hemsterh. ad Luciani Timon. §. 41. p. 407. Bip. Bergler. ad Alciphron. III. 47. p. 148 seq. Wesseling. ad Diodor. Sic. V. 75. Heliodori Aethiop. VI. ibiq. Coray p. 206. Cornutus p. 169. indeque Eudocia p. 155. Proclus mscr. in Platon. Cratyl. *ὅτι τῆς ἑρμαϊκῆς δόσεως τὰ μὲν ἐστι νοερὰ καὶ πρῶτα ἀγαθὰ, τὰ δὲ δεύτερα καὶ τῆς διανοίας τελεσιουργά. τὰ δὲ τρίτα καὶ τῆς ἀλογίας καθαρτικὰ καὶ διαφερόντως τῶν φανταστικῶν κινήσεων μετρητικά· τὰ δὲ τῶν τῆς φύσεως λογων ὑποστατικά· τὰ δὲ καὶ τῶν ἔξω πορίμων δυνάμεων καὶ τῶν κερδῶν χορηγά· ταῦτα γάρ ἐστι* (al. *εἰσὶ*) *τὰ ἔσχατα τοῦ θεοῦ δῶρα καὶ ἔνυλα, ἅπερ, ὡς φασιν οἱ ἀστρολόγοι, ἐν ταῖς ἀδόξοις διαθέσεσιν ὁ θεὸς δίδωσιν.* — *χρυσόῤῥαπις.* Odyss. X. 277. 331. cf. Apollon. L. H. p. 715. Orph. Argon. vs. 138. de Lapid. 15. Cornut. p. 165. Eudoc. p. 154. coll. Virgil. Aeneid. IV. 242. ibiq. Interprr.

λιος ἐστὶ καὶ διμίτριος· δίζωνος. Dresd. tamen ἐνυάλιος — δύζωνος·) δεξιόδειρος· ἀνδροφόντης· (Monac. ἀνδρειφόντης·) βροτολοιγός· βριήτιος· (Dresd. et Monac. πλέον βροτολοιγὸς καὶ βριήπιος·) μιαιφόνος. (Extremum non est in Dresd. et Mon.)[32]) — Ἐπίθετα ἡφαίστου

---

32) *Τειχεσιπλήτης* (sic leg.) pertinet ad Iliad. V. vs. 31. ubi vid. Heynii Observv. quem miror non meminisse hymni Orphici in Martem (LXV. — 64. —) vs. 2. ubi item est *τειχεσιπλῆτα* de Marte, licet unus ibi liber item exhibeat *τειχεσιπλῆκτα*. — *ἐνυάλιος.* Frequentatur Homero aliisque. Iliad. II. 651. Ad epitheti usum praecipue tenendus locus primarius Iliad. XVII. 211. ubi Scholion in *Cod. Palat. nr.* 40. explicat *πολεμικὸς* pariter atque Zonaras in Lex. Gr. p. 720. aliique grammatici, quos Heynius laudavit ad utrumque locum. cf. etiam Apollon. L. H. p. 156. Postea varie distinxerunt Martem inter atque Enyalium; qua in re plurimum sibi indulserat Alcman, poëta lyricus. vid. Schol. Aristoph. Pac. 456. et cf. *Welckeri*, viri elegantis, editionem fragmm. Alcm. p. 55. Liebel. ad Archiloch. fragmm. p. 152 seq. ibiq. laud. Plutarch. Ἐρωτ. p. 35. ubi nos advertunt illa: *ὅπλα — ἐστί τις ἐφορῶν καὶ βραβεύων θεὸς Ἐνυάλιος καὶ στράτιος.* De *Jove στρατίῳ* monuimus in Mythol. IV. p. 72 seq. H. l. pauca addam: Cognitus fuit in orientalium hominum religionibus *Ζεὺς Ἐνυάλιος.* Histiaeus ap. Joseph. Antiqq. Jud. I. 4. p. 19. extrem. Havercamp. Idem *Βῆλος Ἄρεῖος* dictus Ctesiae Ioannis Antiocheni. — *Fragmentum codicis Palat.* 129. ita: *μετὰ νῖνον ἐβασίλευσε Θούρρος· ὃν ἄρεα ὠνόμασαν· ἦν δὲ σφόδρα δεινὸς καὶ πολεμικός· καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ ἀσσύριοι ὡς θεῷ, ὀνομάσαντες αὐτὸν βὴλ ἤτοι ἄρεα πολεμικὸν θεόν.* Quae maxime congruunt traditis a Cedreno p. 16. Sed de his alias plura ad Herodotum. — De Marte adde Sophocl. Ajac. vs. 179. (ubi codex Palat. nr. 40. in vulgatâ persistit.) ibiq. Scholiast. et Interprr. recentt. Cornut. d. N. D. 21. p. 190. Caeterum formulis solemnibus deinceps frequentatum hoc nominis, ut *ἀλαλάζειν τῷ Ἐνυαλίῳ* (vid. praeter l. l. Aristophanis, Xen. Anab. I. 8. 12. Cyropaed. VII. 1. 3. Dionys. Hal. A. R. II. 48. Arrian. Exped. I. 14. 10. Hist. Ind. 24. 7. indeque Suidas) et *θύειν τῷ Ἐνυαλίῳ.* Pausan. III. 14. et Munker. ad Albricum pag. 900. (in Mythogrr. ed. Staver.). — *διμίτριος· δίζωνος.* Sic ex Monac. legendum. Nam *δημήτριος* potius Bacchi est epitheton; vid. supra ad Bacchum not. 12. Suidas I. p. 591. *διμίτριος· ὁ ἔχων δύο μίτρας.* ubi tamen Toupius Emendatt. in Suidam I. p. 90. ed. Lips. reponi jubet *δίμιτρος*, etenim a *μίτρα* fluere *ἄμιτρος, εὔμιτρος, δίμιτρος*, neque vero *εὐμί-*

Ἐπίθετα ἡφαίστου (Monac. et Dresd. τοῦ Ἡφαι-

τριος κ. τ. λ. laudatque Callim. Dian. 14. ubi est ἀμίτρους et Plutarch. Demetr. (cap. 41.) p. 909. ubi διμίτροις, atque hunc ipsum locum ante oculos fuisse Suidae. Quod secus videtur. Nam diserte Nicetas Marti attribuit hoc cognominis, et in terminatione ipsius terni codices congruunt. Accedit insuper Zonarae auctoritas p. 507. qui item διμίτριος dat absque ulla varietate. Atque ex Suidâ certe de eâ formâ lectores suos admonere debebant recentiores Lexicographi, qui nec δίζωνος exhibent. Hactenus de vocabulo. Videamus de re, in qua non minus videtur ambigi posse. Apud Plutarchum l. l. Demetrii describitur mollities, qui pileum duplici fasciâ redimitum gestabat. Huc enim pertinere illud καυσίαις διμίτροις (ubi tamen *codex Palat. nr.* 283. διαμίτροις.), docet Duris ap. Athenaeum XII. 50. p. 490. Schw. ubi de eodem Demetrio: μίτρα δὲ χρυσόπαστος ἦν, ἣ καυσίαν ἁλουργῆ οὖσαν ἔσφιγγεν. Et ipse Mars sic introducitur a Nonno Dionys. V. vs. 93:

Μιτρώσας πλοκαμῖδας ἀναιμάκτοισι κορύμβοις.

ubi est Mars inermis et χλαμύδα ἔχων ac Veneri junctus Bacchique quam bellatoris similior. De quo habitu Martis vid. Lennep. ad Coluth. cap. 9. p. 40 seq. et Locellam ad Xenoph. Ephes. p. 157. Atque in Bacchicis rebus mitra varie locum habet, etiam ubi virorum mentio fit. cf. Moser. ad Nonn. VIII. 214. p. 179 sqq. Cave tamen putes, ejusmodi locum respici a Nicetâ, ubi Mars delicatulus describatur. Potius cogitandi sunt ejusmodi loci, ut hic Homericus de Marte vulnerato Iliad. V. 857. ὅθι ζωννύσκετο μίτρην; quem respexisse videri potest Photius L. Gr. p. 200. ubi: μίτρα, διάδημα, ἢ ζώνη. cf. Schol. Leidens. ap. Valcken. in Opuscc. II. p. 131. aut ille de Agamemnone Iliad. II. 478. qui dicitur similis Ἄρεϊ δὲ ζώνην, ubi vid. Heynium in obss. et Apollon. L. H. p. 320. ibiq. Interprr. -- aut Iliad. IV. 132 seq. 186 seq. aliique, quos respiciunt Graecorum Grammatici. *Apionis Excerptt. mss. gloss. Homerr.*: ζῶμα, τὸ περίζωμα· καὶ ὅλος ὁ θώραξ· ζώνη· ζωστήρ, μίτρα· ὁ τόπος καθ' ὃν ζωννύμεθα. ζωστήρ, ὁ ἐπὶ τοῦ θώρακος χαλκός· καὶ ζῶμα· καὶ θώραξ. Quae singula non moramur. Otium enim fecerunt Heynius l. l. et praesertim ad Iliad. IV. 132. (Observv. p. 579 seq.) et Boettigerus ad Vasa pict. P. II. p. 84. 85. Illud videndum, quid utrumque in Marte sit et διμίτριος sive δίμιτρος et δίζωνος. Facem praefert Zonaras in Lex. Gr. p. 507. loco luculento, quem adscribam: Διμίτριος· ὁ δύο μίτρας ἔχων, ὅ ἐστι, πολεμικὰς ζώνας ὑφαινομένας διὰ μίτου. ἐφοροῦντο δὲ αὗται ἐσώτερον τῆς λαγόνος χάριν ἀσφαλείας, ἢ χαλκαῖ λεπίδες. Igitur zonae bellicae dicuntur vel textae διὰ μίτου, h. e. per filum aut licium (vid. Polluc. VII. 31. p. 709. Hemsterh.), vel aeneae. Ad sequentia maxime facit locus Antipatri Thessalonicensis in Anthol. Gr. nr. 26

στου δὲ,) χωλός· ἀμφιγυήεις· σίντιος· λήμνιος (Monac. λίμνιος). [33])

---

Tom. II. p. 102. ed. Jacobs., quem locum et alii grammatici laudant et ipse Zonaras in Ἄρης (p. 289.), de matre Lacaenâ, quae filium suum ipsa interfecerat, ubi est: βαψαμένη κοίλων ἐντὸς ἄρη λαγόνων· ἄρη *ferrum. Apionis excerptt. mss.* ἄρης ζ· (σημαίνει) τὸν δαίμονα· τὸν πόλεμον· τὸν σίδηρον· τὴν εἰς πόλεμον ὁρμήν· τὸ τραῦμα· τὸ ἐν ψυχῇ κατάστημα· τὸν θάνατον. Subjiciuntur exempla Homerica. Charax ap. Scholiast. mscr. Aristid. Panath. p. 107. de Areopago: — ἐλέγετο πάγος ὡς ὑψηλὸς, ἄρειος δὲ διὰ τὸν φόνον, ὃς σιδήρῳ ἀποτελεῖται· Ἄρης ὁ φόνος, ἀφ' οὗ καὶ ἔναρα ὅπλα, καὶ ἔναροι οἱ πεφονευμένοι. Quae ex parte congruunt Scholio in Platon. p. 55. ed. Ruhnk. Adde Gregor. Corinth. p. 537. ubi ἐνάρεις (al. ἐνάρεες οἱ ὁπλῖται). Itaque, ut illuc redeam, Ἄρης et διμίτριος et δίζωνος sit: Mars *duplici cingulo circa ilia tectus*, sive illud textum sit, sive squameum (aeneum aut coriaceum). Nam quod Zonaras aliique Grammatici, ut Etymol. Magn. in voce μίτρα, a μίτος ducunt: noli credere, mitram usquequaque textam esse ex linteis aut laneis filis. Vetat ipse ille Zonaras, vetant Grammatici alii. Sic, ut hoc utar, Apollonius in Lex. H. p. 461.: μίτρῃ· λεπὶς χαλκῆ, ᾗ ζώννυται· ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ θώρακος. Qui locus in memoriam revocat locum supra laudatum Sophoclis in Ajace 179. ubi est χαλκοθώραξ. — Ἐνυάλιος, quod in *Cod. Palat.* 40. explicatur στερροθώραξ. Ex his efficitur, nil impedire, quo minus idem Mars dicatur et δίμιτρος et δίζωνος, nimirum si alterum accipias de *textâ* zonâ, alterum de *squameâ*. Haec ego epitheta, ut a nemine, quod sciam, explicata, aliquanto uberius exponere volui. -- δεξιόδειρος. Sic tres codd. nostri, et tamen corrigendum videtur, si quidem ductum est ex Sophoclis Antigona vs. 140., ubi nunc legitur Ἄρης δεξιόσειρος (antea δεξιόχειρος), quod Hermannus de Marte impetuoso explicat, respectu habito dextri equi; quem quidem posterior aetas *dextrarium* appellabat. vid. Cang. in Gloss. med. Lat. in voc. et Gloss. Graec. I. p. 279. eamque lectionem in suo codice habuerat Eustath. vid. Erfurdt. ad l. l. — At dicat fortasse quispiam, sic in suo Sophocle legisse Nicetam, aut alium locum respexisse. Nec ratio respuit vocabulum, ut quae eadem sit atque in δολιχόδειρος, ταναόδειρος. Et huc revocavit e nostris commilitonibus aliquis Pindaricum Olymp. IX. 165. εὔχειρα, δεξιόγυιον, ut fortasse Mars cogitetur agili praeditus cervice, vel ad evitandos ictus vel ad speculandum. Et analogiae caussâ admoneat quispiam δεξιολάβων posterioris Graecitatis, speculatorum vel satellitum (vid. Actor. XXIII. 23. ibiq. Interprr. adde Zonar. L. Gr. p. 476.). Ego nil decerno. — ἀνδροφόντης, ἀνδρειφόντης. Posterius legitur in Homero, Iliad. II. 651. ad

Haec hactenus. Reliqua, quae Codex habet, brevissime indicabo, cum quia edita videntur, tum quoniam alio fortasse tempore de his dicetur.

---

quem locum Heynius de lectione monuit. — βροτολοιγός. Iliad. V. vs. 31. 846. Odyss. VIII. 115. ubi *cod. Palat. nr.* 45. adscriptum habet ἀνδροφόνῳ, atque hoc vulgatius esse dicit Eustath. ad Iliad. l. l. cf. Apollon. L. H. p. 198. et adhibe Apion. Excerpt. mscr. βρότος, τὸ ἅμα κόνει αἷμα ἐκ πολέμου γινόμενον· βροτὸς, ἄνθρωπος, φθαρτός. Hesiodi Scut. 333. Aeschyl. Supplic. 665. Hinc mares vorantem Martem ridicule effinxerunt nonnulli. Albric. ibiq. Munk. p. 900. Orpheus Hymn. l. vs. 2. βροτοκτόνον dicit. — βριήπυος (sic legendum). Iliad. XIII. 521. ubi Scholion *codicis Palat.* 40. explicat ὁ μεγάλως βοῶν. cf. Apollon. L. H. p. 198. et 334. quocum facit Zonaras L. Gr. p. 404. adde Eustath. Etymol. M. Hesych. in vocab. et cf. Iliad. V. vs. 860. — In Cornuto cap. 21. p. 191. pro μυώπιος alii exhibebant βριήπιος. Sed illi lectioni patrocinatur Eudocia p. 12. et res ipsa. Nam si μυώπιος ab oestri genere (Schol. Apollon. I. 1265. III. 276. ubi ὁ μύωψ et oestrus quodammodo distinguuntur) dicatur Mars, fuerit *impetuosus;* si a calcari vel flagello (quod item μύωψ est. Xenoph. Equestr. VIII. cf. Hesych. in voc.), fuerit Ἄρης ἵππιος, de quo Pausanias V. 15. 4. — μιαιφόνος item pertinet ad Iliad. V. 31. ad quem locum vide Grammaticos laudatos Heynio; adde Cornut. p. 191. Eudoc. p. 12. Zonar. L. Gr. p. 1360.

33) χωλός. Ita se ipse dicit Vulcanus Iliad. VIII. 397. Quo de nomine disputant philosophi: Cornutus cap. 19. p. 182. indeque Eudocia p. 225. et qui plures laudantur Heynio in Obss. ad Iliad. l. l. — ἀμφιγυήεις. Sexcenties legitur per Homeri carmina. Nominis ratio ducitur ex Iliad. l. l. et praesertim ex Iliad. I. fin. ubi v. 607. Schol. brevius *Cod. Palat.* 40. explicat: ἑκατέρωθεν χωλός. cf. Apollon. L. H. p. 102. 109. et quae de harum vocum genere disputavit Heynius ad Iliad. XIII. 157. in observv. cf. Hesiod. Theogon. 570. 578. Ἔργ. 70. Scut. 219. cum Moschopul. ad Ἔργ. p. 28. b. et Graevio in Lectt. Hesiod. 3. p. 518. ed. Loesn. — σίντιες· λήμνιοι. Istud λίμνιος codicis Monac. solemne vitium. Sic, ne longe abeam, in Apollon. L. H. p. 601. in Σίντιες legitur τὴν λίμνην pro τὴν Λῆμνον. Idem mendum obsidet codicem Medic. Strabonis XII. p. 92. Tzsch. — Bina autem epitheta originem certe suam traxerunt ex Homero, Iliad. I. 593. seq. κάππεσον ἐν Λήμνῳ — ἔνθα με Σίντιες ἄνδρες — κομίσαντο, ubi cod. Palat. laud. hoc scholion exhibet: οἱ λήμνιοι φθαρτικοὶ, quod congruit cum aliis scholiis. cf. Odyss. VIII. 294. Caeterum de hoc populo quam multa antiquitus disputata fuerint, docere potest Heynius ad Iliad. l. l. ab eoque laudatus Gattererus, cui nuper

Sequitur nimirum fol. 182. rect. Herodiani disputatiuncula de numeralibus notis (*ἀριθμοῦ σημείων*). Editum, ad calcem Apollonii de Syntaxi, Venet. 1495. cf. Fabric. Bibl. Gr. Vol. VI. p. 278. Harl.

Huic fragmento subjiciuntur fol. 184. rect. sqq. usque ad finem *Variorum epistolae*, e quibus haud paucae, ex hoc ipso codice, editae esse videntur in Corpore *Commelini*, videlicet eo, quod prodiit 1601. cum interpretatione lat. *Lubini*. (cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 686.) Sed tamen, *epistolarum caussâ*, cum hic liber tum alii Palatini nuper Parisini accuratius inspiciendi erunt iis, qui hoc agere volent. Videntur enim plura inesse, quam et Sylburgianus indicat et Francogallorum catalogus et vero is, qui

---

in nonnullis rebus oblocutus est Larcherus ad Herodot. VI. 137. 140. et in tabul. geogr. p. 294. 477. Pertinet enim haec res ad antiquitates Pelasgorum, et jam explicuerat Hecataeus Milesius (vid. Fragg. p. 41.) itemque Hellanicus (Fragg. p. 142.) ac Philochorus (Fragg. p. 14.), alii ad Strabonem usque (vid. l. l.) et posteriores (ut Scholiastes Apollonii I. 608.). Quos locos qui conferat, reperiat simul insignem discrepantiam scripturae: *Σίντιες*, *Σίνται*, *Σίντοι* (distinguendi a *Σιντοῖς* Asiae, qui et *Σινδοί*, nonnunquam confusi cum Indis, vid. Is. Voss. ad Scylac. p. 74. seq.); et vocabulum etiam alio tractum a Grammaticis; vid. Heynium l. l. adde Photium L. Gr. p. 379. *σίντης· βλαπτικός*. cf. Zonar. L. Gr. p. 645. et Hesych. II. p. 1190. qui formas *σίνται* et *σίντιες* sic distinguit, ut illa sit adjectiva et nocentes significet, haec populum illum. In Zonarae L. Gr. p. 640. loco memorabili est *Σίντος*, malus genius, in aquis insidias struens, ubi Tittmannus *σίντης* vel *σίντις* corrigit. Sed idem Zonar. p. 645. *σίντη*, *βλαπτική*. vid. Tittmanni not. Jam, ut finem faciam, formam *Σίντιοι* unus, quod sciam, agnoscit Scholiasta Thucydidis II. 98. qui eos homines dicit *Σιντίους* vocatos, dum Lemnum habitarint, posteaquam vero excesserint in Thraciam, dictos esse *Σίντους*, quem locum teneri jussit jam Henr. Stephanus in Thes. Tom. III. 786. Strabo quidem l. l. eadem narrans pro *Σίντιοι* exhibet *Σίντιες*. Sed Scholiastae tamen patrocinetur fortasse Nicetas. Utut est: *σίντιος* est pro vetere Vulcani epitheto habendum: *λήμνιος* pro recentiore. Hinc Anacreon *λημνίας καμίνους* vocat Vulcani fornacem Od. XLV. 2. Hinc Vulcania Lemnos, Valerius Flacc. II. 78. IV. 440. ne plura addam in re satis clarâ.

manu scriptus et per folia sparsus nuper huc adlatus una cum ipsis codicibus est. Quod ipsum nunc indicasse sufficiat, et argumento comprobasse, quod proxime proferam.

Igitur fol. 184. rect. sequuntur: Ἀλκίφρονος ῥήτορος ἐπιστολαὶ ἁλιευτικαί: εὔδιος φιλοσκάφῳ. Sequitur epistola prima libri primi. Post Philumenes ad Critonem epistolam subjicitur *Sectionis alterius* nota; cujus initium ducitur ex Lamiae epistolâ ad Demetrium, ut in editis. Absolutâ Glycerae ad Menandrum epistolâ, quae est quarta et ultima libri secundi (cf. p. 329. ed. Wagner.) leguntur haec fol. 208. rect.: μέλισσα κλεαρέτᾳ χαίρειν, quae fugerunt oculatissimum ceteroqui Sylburgium, neque a reliquis indicata sunt. Est enim integra Melissae, feminae Pythagoricae, ad Clearetam epistola, quam post Aldum haud pauci ediderunt, in his J. Chr. Wolfius in Mulierum graecarr. fragmentt. pros. p. 130, quem vide, et superiore anno Orellius in Socratt. et Pythagorr. epistol. p. 62. Eam excipit, quae item in editionibus excipere solet (vid. l. l. p. 132. p. 63.) Myiae ad Phyllidem epistola non magis annotata a Sylburgio*) et reliquis. — Sed, quod significavi, haec singula penitius dispicienda sunt futuro editori.

Sequuntur fol. 209. vers. Theanûs epistolae, tres scilicet, nam quas reliquas quatuor numero e cod. Vaticano (alio) protractas a Leone Allatio exhibent editiones (p. 234. Wolfii. p. 60. Orell.) eas non habet hic liber.

---

*) *Sylburgii*, ne forte quis calumnietur, quae maxima sunt plurimaque in rem literariam merita ipse adumbravi in qualicunque Oratione, insertâ *Novor. Actorum Societatis Latinae Jenensis* Volumini primo p. 79 seqq., alias plura dicturus, si vita suppetet, et prolaturus epistolas etiam ipsius aliquot ineditas, quas mecum communicavit *Batt* Philos. Doctor, Vir eruditissimus mihique amicissimus.

Fol. 215. vers. Cratetis epistolae. — Fol. 215. vers. Hippocratis epistolae, in quibus etiam Democriti ad eundem epist. — Fol. 232. vers. Heracliti epistolae, editae, sed variantes lectionibus. De quibus videbimus alias. — Fol. 240. rect. Diogenis Cynici epistolae. Tu confer corpus Commelinianum ann. 1601, quod eorundem virorum epistolas junctas exhibet.

Celeberrimus editor animadversiones priori editioni additas in hac iterata non solum maximam partem retractavit, sed etiam multis novis auxit. Accessit notarum Appendix, quae complectitur partim res maxime memorabiles excerptas e libellis Hermanni aliquot academicis argumenti grammatici, qui cum Vniversitati litterarum Lipsicae scripti essent, in paucorum apud exteros manus venerunt, partim alia non pauca, inprimis Syntaxin Graecam in universum spectantia, quae tirones egregie docebunt, a doctoribus diligenter expendentur.

Xenophontis quae exstant, ex librorum scriptorum fide et virorum doctorum coniecturis recensuit et interpretatus est Jo. Gottlob Schneider. VI Tomi. 8 maj. 1815.

Praestantissimus Schneiderus cum Opuscula Politica, Equestria et Venatica nunc ediderit, absoluta est Schneideriana Xenophonteorum librorum editio. Quae ut pro integra Xenophontis editione haberi emique posset, curatum est etiam novis titulis, tomos indicantibus, excudendis. In his tomis Opuscula illa sextum eumque postremum efficiunt.

Virgilii, Publ. Maronis, Opera in tironum gratiam perpetua adnotatione novis curis illustrata a Chr. Gottl. Heynio. Editio quarta emendatior et locupletior. 2 Voll. 8 maj. 1816. 4 Rthlr.

Novae huius editionis, scholarum usibus dicatae, curam suscepit Wunderlichius, Professor Academiae Gottingensis, idque ipsius Heynii, cum adhuc in vivis esset, consilio et auctoritate. Quae ut emendatior et locupletior prodiret, partim usus est schedis Heynianis, partim sua adiunxit.

Horatii Flacci Opera. Recensuit et illustravit Fr. Gottl. Doering. Tomus I. Editio secunda auctior et emendatior. 8 maj. 1815. 1 Rthlr. 12 gr.

Auctam emendatamque hanc editionem vere dici, comparatio eius cum priore facile docebit. Gratum addimus doctoribus scholarum nuntium, celeberrimum editorem nunc in eo esse, ut alterum volumen publici iuris mox faciat.

Excerpta Liviana vel Chrestomathia Liviana, in usum scholarum, castigatius repetita a C. L. Bauero. Editio tertia, emendatior. 8 min. 1813. 1 Rthlr.

Clarissimus Bauerus, Rector Scholae Hirschbergensis longe meritissimus, usibus iuventutis scholasticae mire consuluit, cum haec e principe historicorum Romanorum excerpta scientissime curaret. Integrum enim Livii corpus et carius venditur, quam ut pauperiores discipuli facile emere possint, et multa tenet parum accommodata illi aetati. Ceterum insignem esse utilitatem huius Chrestomathiae Livianae, etiam hinc apparet, quod duae deinceps editiones cupide emtae sunt. Tertia haec nova rursus excellit tum pretii vilitate tum magna impressionis cura, qua cautum fuit a mendis typographicis.

Selectae e profanis scriptoribus Historiae, quibus adiuncta sunt varia honeste vivendi praecepta. Denuo recognovit atque edidit G. H. Schaefer. 8 maj. 1813. 16 gr.

Curavit novam hanc editionem libri usibus scholasticis accommodatissimi G. H. Schaeferus, Professor Lipsiensis. Is primum typothetae errores in superiori editione magno numero obvios diligenter correxit. Deinde laborem subiit lectoribus perquam utilem plerosque locos in ipsis scriptoribus, unde hausti sunt, excutiendi. Quo in negotio usus est illorum editionibus novissimis maximeque probatis. Itaque speramus fore, ut liber, quo tot iam per annos scholarum magistri summo cum emolumento usi sunt, porro puerorum et ingeniis excolendis et moribus formandis insignem utilitatem praestet.

---

## Eiusdem Librariae sumtibus prodierunt:

Aristophanis Nubes cum Scholiis, recens. et adnotat. Jo. Aug. Ernesti suasque addidit God. Hermannus. 8 maj. 1799. 1 Rthlr. 12 gr.

Aristotelis de animalibus historiae libri X. Graece et Latine. Textum recensuit, J. C. Scaligeri versionem diligenter recognouit, commentarium amplissimum indicesque locupletissimos adiecit Jo. Gottl. Schneider, Saxo. IV Tomi. 8 maj. 1811. 16 Rthlr.

Knight, Rich. Payne, Eq., Prolegomena ad Homerum sive de carminum Homericorum origine, auctore et aetate itemque de priscae linguae progressu et praecoci maturitate, ed. Dr. Fr. Ern. Ruhkopf. 8 maj. 1816. 18 gr.

---

# MELETEMATA
# E
# DISCIPLINA ANTIQUITATIS.

---

OPERÂ

FRIDERICI CREUZERI

THEOLOG. AC PHILOSOPH. DOCTORIS ET LITERARUM GRAECARUM LATINARUMQUE IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI PROFESSORIS.

---

## PARS ALTERA.

## COMMENTATIONES
## ET
## COMMENTARII
## IN
## SCRIPTORES GRAECOS.

---

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO
MDCCCXVII.

# Argumentum.

# I.

DE

# ERINNA ET CORINNA

POETRIIS

COMMENTATUS EST

FRIDERICUS THEOPHILUS WELCKERUS.

ADJECTUM EST

## MELINNUS,

VULGO ERINNAE LESBIAE,

CARMEN IN ROMAM.

# *Erinna,*

## *Sapphus familiaris.*

*Suidas* T. II. p. 75. *Ἤριννα·* [1]) *Τεΐα, ἢ Λεσβία. ὡς δὲ ἄλλοι, Τηλία. Τῆλος δέ ἐστι νησίδιον ἐγγὺς Κνίδου. τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν.* [2]) *ἦν δὲ*

---

1) „*Reiskius* in *Anthol. Cephal.* p. 213. censet, nomen *Herinna* debuisse potius efferri: ut enim a *Philon*, *Philinnam;* sic ab *Heron* masculino fieri femininum *Herinna.* (Minime: quum in spiritu ponendo retrahendoque non sibi constet lingua vetusta.) — Nomen vero illius frequentius obnoxium fuit confusioni et stupori librariorum. Sic apud *Propert.* II. 2. 32. p. 226. *Burmannus* II. cum Volscio aliisque restituit:

*Carminaque* ***Erinnes*** *non putat aequa suis,*

ubi permultae in libris scriptis miraeque aberrationes (ut *que lirines*, *quae Lyrines*, *Lirinos*, *liricis*, *Lyrnes;* in quibusdam a Broukhusio collatis est *quae quivis*) atque virorum doctorum hariolationes in scribendo illo nomine a Burmanno proferuntur. A Scaligero autem in multas venit editiones lectio: *Carminaque aequaevis* etc. quam F. G. Barthius (ut et Broukhusius merito reprehensus eo nomine a Burmanno) in sua editione retinuit atque explicare sustinuit." HARLES. *Erinnes* legerunt etiam Aldus in utraque editione, Muretus, Ursinus, Gyraldus, Harduinus, Gronovius, Hemsterhusius in nota lectu dignissima apud Burmannum, multique alii, inter quos et novissimus editor C. Lachmannus; atque ita exaratum est etiam claris litteris in pluribus Codd. Mss.

2) *Stephan. Byz.* V. *Τῆνος· Νῆσος Κυκλάς, ἀπὸ οἰκιστοῦ Τήνου* (MS. *Τήλλου*) — — (*ἔστι καὶ πόλις Λακωνική, μία τῶν ἑκατόν, Τῆνος λεγομένη.*) *ὁ πολίτης Τήνιος, καὶ τὸ θηλυκὸν Τηνία· ἀφ᾽ ἧς* (ne de urbe Laconica acciperes, uti fecerunt Wolfius et quidam alii, uncinos apposui.) *καὶ Ἤριννα Τηνία ποιήτρια.* Insula *Tenus* prope Delum sita,

*ἐποποιός. ἔγραψεν Ἠλακάτην.*[3]) *ποίημα δέ ἐστιν Αἰο-*

---

teste *Schol. Apoll. Rhod.* I. 1300. 1304. cf. *Strab.* X. p. 487. *Clem. Alex. Adm. ad gent.* p. 18. *Plin. H. N.* IV. 18. 22. Berkelius citat *Tzetz.* ad *Lycophr.* p. 96. *Eustath.* ad *Dionys.* p. 76. et numisma apud *Tristanum* T. II. p. 411. cum epigraphe *τηνιων*. *Telum* propter Cnidiam sitam memorat *Strabo* p. 488. Nec omissa est a Stephano. Nummum ejus litteris *τηλι* insignitum invenire est apud *Eckhel. D. N.* T. II. p. 606. Discrepantia scriptorum orta ex litterarum *ν* et *λ* et in dialectis cognatione ac frequenti permutatione et in libris confusione haud minus crebra. Suidae fidem adferre videtur, quod Rhodo aliqui, quae est vicina Teli insula, ortam perhibuerunt Erinnam. Sed a Stephani parte stat Epigramma mox citandum. Quod *Τεΐα* eadem dicta est, falsae lectioni tribuendum videtur, in quam incidisset Grammaticus aliquis, fortasse in Epigrammate vetusto. Lesbum autem migrasse Erinnam, praeter Sapphonis in qua versata est familiaritatem, indicio est Epigramma, cujus in *Cod. Palat.* p. 319. nr. 710. (*Anal.* T. I. p. 58. 2.) titulus est *Ἠρίννης Μιτυληναίας*, quibus verbis in Agathiae collectione adjecta sunt haec: *εἰς Βαυκίδα Μιτυληναίαν Ἠρίννης συνεταιρίδα.* In ultimo hujus Epigrammatis disticho Jacobsius in nova Editione cum Heringa et Pauwio legit *Τηνία*, pro *τηῶι*, quod dat Cod. Palat. Jensius habet *τήνι*. Sensum Pauwius bene indicavit in apographi sui margine: „Dic, quod Tenia sim, ut sciant quoque Epicedium, quod hic conspiciunt, positum mihi esse ab amica Erinna, quae originem ducit ex eadem insula Teno.“ Igitur nostro qualicunque judicio Erinna ortu fuit vel Tenia vel Telia, commoratione Lesbia; nec plures ejusdem nominis poëtrias confudisse Suidam suspicandi ratio sufficit. Quod Jacobsium inprimis concedere mihi velim, qui in Catal. poet. epigr. (*Anthol.* T. XIII. p. 890.) dicit: „Plures fuisse ejusdem nominis poëtrias admodum verosimile est vel ex iis, quae Suidas tradit.“

3) In *Colum*, ut mihi videtur, vel omnino in Erinnae carmina, scriptum est Epigramma *Asclepiadis*, incertum an ejus, qui vixit Cleopatrae et Berenices temporibus, *Cod. Palat.* p. 209. (*Anal.* T. I. p. 218. 35.)

*Ὁ γλυκὺς Ἠρίννης οὗτος πόνος, οὐχὶ πολὺς μέν,*
*ὡς ἂν παρθενικᾶς ἐννεακαιδεκέτευς,*
*ἀλλ' ἑτέρων πολλῶν δυνατώτερος· εἰ δ' Ἀΐδας μοι*
*μὴ ταχὺς ἦλθε, τίς ἂν ταλίκον ἔσχ' ὄνομα;*

Hinc expressum, monente Jacobsio, Ep. *Antipatri Sidonii* 47. et in Ep. *ἀδεσπ.* 523. vs. 3. et 4. Illud est in *Cod. Palat.* p. 320. (*Anal.* T. II. p. 19. 47.)

*λικῇ καὶ Δωρίδι διαλέκτῳ, ἐπῶν τ΄. ἐποίησε δὲ καὶ*

---

*Παυροεπὴς Ἤριννα, καὶ οὐ πολύμυθος ἀοιδαῖς·*
*ἀλλ' ἔλαχεν Μούσας τοῦτο τὸ βαιὸν ἔπος.*
*τοιγάρτοι μνήμης οὐκ ἤμβροτεν, οὐδὲ μελαίνης*
*Νυκτὸς ὑπὸ σκιερῇ κωλύεται πτέρυγι·*
*αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν*
*μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.*
*λωΐτερος κύκνου μικρὸς θρόος, ἠὲ κολοιῶν*
*κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.*

Alterum epigramma, (*Cod. Pal.* p. 387. *Anal.* T. III. p. 261.) Suidam ante oculos habuisse observavit commentator praestantissimus, et probat quodammodo Eustathii allegatio.

*Λέσβιον Ἠρίννης τόδε κηρίον· εἰ δέ τι μικρόν,*
*ἀλλ' ὅλον ἐκ Μουσέων κιρνάμενον μέλιτι.*
*οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ,*
*τῆς καὶ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτευς,*
*ἣ καὶ ἐπ' ἠλακάτῃ μητρὸς φόβῳ, ἢ καὶ ἐφ' ἱστῷ*
*ἑστήκει, Μουσέων λάτρις ἐφαπτομένη.*
*Σαπφὼ δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων,*
*Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.*

„Erinna, dum, matri morem gerens, vel ad colum vel ad telam stabat, tamen Musis, quarum antistes erat, operabatur. Fortasse Erinnae *Ἠλακάτη* nomen traxit inde, quod a puella colum versante concinnatum erat.“ JACOBS. Nisi malimus conjectare, puellam in carmine isto lepide et jucunde conquestam esse de matre ad telam et colum invitam compellente filiam, quae Musarum amore teneretur et Minervae artes in odio haberet; indeque nomen non a poëtria sed a lectoribus carmini inditum. Ducere huc videntur verba *μητρὸς φόβῳ* et Christodori (v. Not. 5.): *οὐ μίτον ἀμφαφόωσα πολύπλοκον.*

*Antiphanes*, *Cod. Palat.* p. 550. (*Anal.* T. II. p. 205. 5.) in Grammaticos acerrime invehitur, qui magna ingenia calumnientur, mediocria ad coelum efferentes,

*τῶν μεγάλων κηλῖδες, ἐπ' Ἠρίννῃ δὲ κομῶντες.*

Ubi Jacobsius: „Non omnes inter antiquos Criticos idem sensisse, (ac Ep. praecedens) hoc loco apparet. Et profecto Erinnam ob paucos versiculos Homero aequare vel etiam anteponere, ridiculum.“ Atqui ille nil nisi vel Homero futuros fuisse dignos voluerat paucos istos versiculos. Cum Homero autem Erinna in alio etiam, ni fallimur, epigrammate copulata erat, cujus reperio vestigia apud *Eustath.* in *Od.* IV. p. 1498. 37. *Ἐγίνοντο γὰρ ὥσπερ ὄνειοι καὶ ἐλάφειοι, οὕτω καὶ νέβρειοι αὐλοί. ὡς δῆλον καὶ ἐκ τοῦ·*

Ἐπιγράμματα.[4]) τελευτᾷ δὲ παρθένος ἐννεακαιδεκέτις.[5])

---

Νεβρείων ὅσσον σάλπιγξ ὑπερίαχον αὐλῶν,

καὶ ἑξῆς. ἐν ᾧ τοιοῦτός ἐστιν ὁ νοῦς· ὅσον ἡ σάλπιγξ ὑπερφωνεῖ τοὺς νεβρείους αὐλοὺς, τοσοῦτον καὶ ἡ ἐμμέλεια τῆσδε τῆς ποιήσεως οἷον τῆς καθ' Ὅμηρον ἢ Ἤρινναν τὴν τοῦ δεῖνος. Idem initium est Epigrammatis Antipatri Sidonii in Pindarum, *Anal.* T. II. p. 19. 48.; sed id, quod Eustathius interpretatur, non de Pindaro loquebatur, sed de Homero, ut videtur, et Erinna.

4) *Meleager* in prooemio vs. 12. coronae suae epigrammatum innectit

καὶ γλυκὺν Ἠρίννης παρθενόχρωτα κρόκον.

In παρθενόχρωτα dilogia est, ut animadvertit Jacobsius. Παρθένια enim dicuntur μύρτα ab *Aristoph. Av.* 1099., i. e. *delicatulae.* Simul poeta respexit ad Erinnae virginitatem. Tria ejus epigrammata adhuc leguntur in *Anal.* T. I. p. 58., quorum primum in *Cod. Pal.* p. 206. nr. 352., secundum p. 319. nr. 710., tertium ibid. nr. 712. Ea Jacobsius observat, *Anthol.* T. XIII. p. 890., non ejusdem videri ingenii; primum quidem priscam spirare simplicitatem, quae in duobus reliquis desideretur. Praeterea nitidum ejus epigramma servavit *Athenaeus* VII. p. 283. D. quod editores ante Schweighaeuserum Corinnae tribuerunt. Fragmenta supersunt nulla.

5) Cf. Not. 3. Ep. primum et tertium. Praematuram poëtriae mortem plangit Epigr. *Cod. Palat.* p. 209. inscriptum *Λεωνίδου, οἱ δὲ Μελεάγρου*, quorum ille Pyrrhi regis Epiri aetate vixit, (*Anal.* T. I. p. 241. 81.)

Παρθενικὴν νεαοιδὸν ἐν ὑμνοπόλοισι μέλισσαν
  Ἤρινναν, Μουσῶν ἄνθεα δρεπτομέναν,
Ἅιδας εἰς ὑμέναιον ἀνάρπασεν· ἦ ῥα τόδ' ἔμφρων
  εἶπ' ἐτύμως ἁ παῖς· Βάσκανος ἐσσ', Ἀΐδα.

„Quod Erinnam μέλισσαν vocat, id imitatus est auctor Ep. inter ἀδέσπ. 524. et Christodorus in Ecphr." JACOBS. Illud est in *Cod. Pal.* p. 209. (*Anal.* T. III. p. 261.) et in Planudea inque Cod. Jani Lascaris Asclepiadae adscribitur. Jacobsio judice, Antipatri Sidonii ingenium refert.

Ἄρτι λοχευομένην σε μελισσοτόκων ἔαρ ὕμνων,
  ἄρτι δὲ κυκνείῳ φθεγγομένην στόματι,
ἤλασεν εἰς Ἀχέροντα διὰ πλατὺ κῦμα καμόντων
  Μοῖρα, λινοκλώστου δεσπότις ἠλακάτας·
σὸς δ' ἐπέων, Ἤριννα, καλὸς πόνος οὔ σε γεγωνεῖ
  φθίσθαι, ἔχειν δὲ χοροὺς ἄμμιγα Πιερίσιν.

*οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἴσοι τοῖς Ὁμήρου. ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς καὶ ἰσόχρονος.* 6)

---

Cum vs. 2. cf. Not. 3. *Antip.* Ep. vs. 7. — Vs. 4. alludit ad Erinnae *Ἠλακάτην*. *Christodorus* v. 108.:

*Παρθενικὴ δ' Ἤριννα λιγύθροος ἕζετο κούρη,*
*οὐ μίτον ἀμφαφόωσα πολύπλοκον, ἀλλ' ἐνὶ σιγῇ*
*Πιερικῆς ῥαθάμιγγας ἀποσταλάουσα μελίσσης.*

Sedentis Erinnae statua admonet *Tatiani ad Graec.* Cap. 51. p. 113. Worth. *Ἤρινναν τὴν Λεσβίαν Ναυκύδης (ἐχαλκούργησεν).* Naucydes teste Plinio XXXIV. 8. floruit Ol. XCV.

6) Ultima quin pariter ut priora ex vetustis poëtarum reliquiis hausta sint, ratio non adest addubitandi. Ex hac vero Erinnes cum Sapphone, poëtria prae ceteris omnibus clara, amicitia explicari poterit, quod plurimi Lesbiam illam maluerint dicere quam Teliam sive Teniam. Mirum est acumen *Reiskii* l. supra c. e nomine depravato de Erinnae aetate opinionem natam suspicantis. „Potuisse enim plures esse Erinnas opinatur, ideoque circa patriam Erinnae auctores discrepare: potuisse tamen ex vitiosa lectione nasci opinionem, Erinnam Sapphus aequalem et familiarem fuisse. A *Maximo* quidem *Tyrio* Sapphus familiarem adpellari *Γυρίνην*, ab *Ovidio* autem *Pyrinonem*, facili literarum confusione. Enimvero apud *Ovid. Her.* XV. 15. pro antiqua lectione:

*Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisve puellae*

ex Ed. Ald. (et Hervag.) Heinsius ac Burmannus (item nunc Lennepius, sed vereor equidem ne injuria, quum *subeunt* in suspicionem venire non possit) reposuerunt:

*Nec me Pyrrhiades Methymniadesve puellae.*

Ibid. ad vs. 17. Nic. Heinsius in loco *Max. Tyrii* XXIV. 9. p. 297. Ed. Dav. II. loco *Γυρίννα*, quod servavit Davisius, sine ulla offensione notave, scribendum docet *Ἤριννα*, (probante *Burmanno* ad *Propert.* p. 227.) idemque a suspicione haud alienus est, duas fuisse Erinnas, alteram Sapphus familiarem, alteram, quam Ol. CVI. claruisse *Eusebius* in *Chronicis* contendit." HARLES. Opinionem ultimo loco propositam probat et Jacobsius in Catal. poetarum epigrammaticorum.

Si teneamus, ut debemus, Erinnam Sapphus fuisse aequalem, Epigramma a *Plinio H. N.* XXXIV. 8. 3. (19. 3.) memoratum vel suppositum ei, vel ab alia Erinna juniore profectum esse debet. *Myronem*, inquit Plinius, *fecisse et cicadae monumentum ac locustae carminibus suis Erinna significat.* Atqui Myro, quem Plinius Ol. LXXXVII., *Heynius* (*Artium inter Gr. temp.* in *Opusc.*

*Eustath.* ad *Il.* p. 526. fin.[7]) *Ἰστέον δὲ ὡς ἡ ῥηθεῖσα Ἤριννα Λεσβία μὲν ἦν, ἢ Ῥοδία, ἢ Τεΐα, ἢ*

---

*Acad.* Vol. V. p. 371.) circa Ol. LXXIV. floruisse contendit, cujus vaccam admodum senex Anacreon duobus Epigrammatis, in Cod. saltem Palat. ipsi tributis, celebravit, ad illam certe aetatem retrudi nequit. Cf. *Boettig. Vorles. über die Archaeol.* p. 129. Minor tamen error est Plinii, cui nomen subditicium fraudem fecerat, (nisi seriorem poëtriam ignobilem a vetere eaque clarissima discernere oblitus sit dicendus) quam eorum, qui eum reprehenderunt. Etenim quum inter Anytes epigrammata unum sit, (*Cod. Pal.* p. 239. *Anal.* T. I. p. 200. 14.) quo poëtriae Myrus celebratur carmen in mortem cicadae et locustae, Plinium cum poëtria statuarium confudisse putarunt Fabricius, Olearius, Harduinus, uti et J. C. Wolfius atque Ursinus*), qui illud Ep. inter Erinnae reliquias receperunt, Brunckius, qui tamen, si Erinna quoque in hoc argumentum, quod et Argentarius expressit Ep. 29., aliquid luserit, id deperditum esse, nec statim Anyten suo carmine spoliandam monet, C. Fea ad Winckelm. H. A. IX. 2. not. b. aliique. Quasi vero Myro sculptor quid fecerit, quid non, nos melius possemus definire, quam Plinius, et quasi Epigramma ejus, quod Brunckius concedit argumenti, periisse possit, illius, quod Plinius significat, non item. Phidiam minutulis operibus, cicada, musca, ape aeneis, inclaruisse in vulgus notum ex *Juliani Epist.* 8. Cur, quaeso, talia non fecerit Myro?

Quibus ita positis respui posse videtur chronographorum auctoritas, quam unam noscunt Erinnam, ad Ol. CVI. ponentium. *Hieronymus* (nam in Graecis Eusebii haec non leguntur) ad Ol. CVI. 4.: *Erynna poëtria agnoscitur.* Ubi bene Jos. Scaliger: „Omnino Erinna non congruit huic seculo." Id tantum errat, quod Plinium in Myronis aetate definienda potius quam in Epigrammate discernendo in vitio esse putat. In sylloge chronologica, Suidam sequens, ut Olearius et Burmannus, ad Ol. XLII. eam ponit cum Sapphone junctam. *Syncellus* p. 260. (207. Ven.) *Ἤριννα ποιήτρια*, ante Dionysium Sicilia expulsum, qui apud Eusebium est Ol. CVI. 1. Quo tempore, Aristotelis scilicet et Demosthenis aetate, si poëtria floruisset digna, quae in chronica reciperetur, ex aliis scriptoribus

---

*) Ursini haec sunt verba: „Miror autem M. Varronem et eum secutum Plinium tam foede lapsos; qui Myroni artifici, quod de Myro poëtria Erinna dixerat, tribuerint."

Τηλία, ἐκ Τήλου νησιδίου ἐγγίζοντος τῇ Κνίδῳ. ποιήτρια δὲ ἦν, καὶ ἔγραψε ποίημα Ἠλακάτην, Αἰολίδι γλώσσῃ καὶ Δωρίδι, ἐν ἔπεσι τριακοσίοις. ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς. καὶ ἐτελεύτησε παρθένος. οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἐνάμιλλοι τοῖς Ὁμήρου. ἀπῆλθε δὲ ἐννεακαιδεκέτις. δήλωσις δὲ τῶν ῥηθέντων καὶ τὸ εἰς αὐτὴν ἐπίγραμμα τοῦτο. v. Not. 5.

---

eam novissemus, quam ex Hieronymo et Syncello. Quare verba illa, non suo fortasse loco inserta, pro non scriptis habebimus.

7) „Videtur Eustathius vel ex Suida sua descripsisse, vel ex eodem auctore, ex quo et Suidas sua hausit." KUSTER. Eustathium exscripsit *Schol.* ad *Anthol.* I. 67. 14. p. 135.

# *Corinna Boeotica,*

## *cognomine Myia.*

*Suidas* T. II. p. 350. [1]) Κόριννα, [2]) Ἀχελοδώρου καὶ Προκρατίας, Θηβαία, ἢ Ταναγραία, [3]) μαθήτρια Μύρ-

1) *Eudocia* p. 270. prima ad verbum descripsit, Ἀχελοδώρου tantum mutans in Ἀρχελοδώρου. Tum pergit: Ἔστι καὶ ἑτέρα Κόριννα Θεσπία· οἱ δὲ Κορινθίαν· λυρική. ἔγραψε καὶ αὐτὴ νόμους λυρικούς.

2) *Eustath.* ad *Il.* II. 825. p. 357. fin. Μυῤῥίνη διπλόην ἔχει τοῦ ν κατὰ τὸ Ἤριννα καὶ Κόριννα. (sic et Ἄρπιννα.) Utrumque illud nomen permutarunt librarii *Athen.* VII. p. 283. D. In prolegom. *Tzetzae* ad *Lycophr.* p. 252. Muell., ubi cum Sapphone Corinna inter decem lyricos claros refertur, Codd. Vitebb. dant κήριννα, κήῤῥινα, unde editori suspicio oritur, num Ἤριννα intelligenda sit. *Phavorinus* tamen, qui alias per totum illum locum Viteb. 3. sequitur, habet Κόριννα, et in veteribus editionibus, teste Oleario, legitur *Ecyrrhina* i. e. ἡ Κύῤῥινα, mendum ex Κόρινα. Nec erat quidem Erinna lyrica poëtria eo sensu, quo utebantur Grammatici Graeci. Jungit utramque *Propert.* II. 3. 19. canens, dominam suam non tam pulchra facie se cepisse,

> — *quantum, Aeolio quum tentat carmina plectro,*
> *Par Aganippeae ludere docta lyrae,*
> *Et sua cum antiquae committit scripta Corinnae*
> *Carminaque Erinnes non putat aequa suis.*

„Ovidius amicam suam Corinnae nomine celebrat, sed, ut ipse testatur *Trist.* IV. 10. 60., *nomine non vero dictam.* Cf. *Savaron.* ad *Sidon.* Ep. II. 10. p. 155. et Carm. 23. p. 186." FABRIC. Saepe penacute scribitur Κορίννα. Sed Aeolicum est Κόριννα, correpto ᾰ in ceteris dialectis longo, ut apud Pindarum ἁ Πέλλανα, ἁ Αἴγινα.

3) *Tanagraea*, utpote quae Tanagrae nata esset et vixisset, quod ex Pausania constat; *Thebana*, quia illustrium ho-

τιδος· [4]) ἐπωνόμαστο δὲ Μυῖα·[5]) λυρική. ἐνίκησε δὲ

---

minum gloriae particeps est non locus tantum natalis, sed civitas tota sive gens, cui ille adscriptus est. Tanagraecam inscripsit Ursinus. Pindarus, Cynocephalis natus, vulgo Thebanus dicitur. *Themist. Or.* XXVII. p. 334. Harduin. *Καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡ Βοιωτία χωρίον μὲν ἀμαθίας εἶναι ἐδόκει· καὶ ὕν τινα οἶμαι Βοιωτίαν ἐκάλουν,* (*Pind. Ol.* VI. 151. *Fragm. Dithyr.* IV. p. 69.) *εἰς ἀπαιδευσίαν τὸ φῦλον ἐπισκώπτοντες. ἀλλ' ὅμως Πίνδαρος καὶ Κόριννα καὶ Ἡσίοδος οὐκ ἐμολύνθησαν τῆς ὑός. Vellejum* I. 18. Corinnae oblitum reprehendit Ruhnkenius.

4) A Myrtide, teste *Suida* T. III. p. 116., profectus etiam Pindarus; sed idem et Corinnae usus est consilio, cum qua in certamen musicum postea descendisse dicitur. *Plutarch. De glor. Athen.* p. 347. E. (Cap. 4.) demonstraturus, res verbis magis necessarias et majoris in poësi momenti esse, post quaedam alia argumenta: *Ἡ δὲ Κόριννα τὸν Πίνδαρον ὄντα νέον ἔτι καὶ τῇ λογιότητι σοβαρῶς χρώμενον ἐνουθέτησεν ὡς ἄμουσον ὄντα καὶ μὴ ποιοῦντα μύθους, ὃ τῆς ποιητικῆς ἔργον εἶναι συμβέβηκε· γλῶσσαι δὲ καὶ καταχρήσεις καὶ μεταφράσεις καὶ μέλη καὶ ῥυθμοὺς ἡδύσματα τοῖς πράγμασιν ὑποτίθεται· σφόδρα οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπιστήσας τοῖς λεγομένοις ἐποίησεν τὸ μέλος·*

*Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,*
*ἢ Κάδμον, ἢ Σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,*
*ἢ τὸ πάνυ σθένος Ἡρακλέος,*
*ἢ τὰν —*

(plenior est locus apud Lucian. *Demosth. Encom.* 19.) *δειξαμένου δὲ τῇ Κορίννῃ, γελάσασα ἐκείνη τῇ χειρὶ δεῖν ἔφη σπείρειν, ἀλλὰ μὴ ὅλῳ τῷ θυλάκῳ· τῷ γὰρ ὄντι συγκεράσας καὶ συμφορήσας πανσπερμίαν τινὰ μύθων ὁ Πίνδαρος τὸ μέλος ἐξέχεεν.* Bene observat *Schneiderus* (*Versuch über Pindars Leben u. Schr.* p. 9.), Plutarchi Boeotii, quique scripsisset librum *περὶ τοῦ Κράτητος βίου καὶ Δαϊφάντου καὶ Πινδάρου*, magnam in iis, quae ad Pindarum pertineant, esse auctoritatem. Graeculus in Vita Pindari vs. 9.:

*Τῷ δὲ λιγυφθόγγων ἐπέων μελέων θ' ὑποθήμων*
*ἔπλετο δῖα Κόριννα· θεμείλια δ' ὤπασε μύθων*
*τὸ πρῶτον.*

5) *Μυῖα, musca.* „Pro Musca, Musam appellatam dicit *G. J. Voss. de poet. Gr.* an typographi vitio, an quod *μοῦσαν* apud Suidam legendum putaret, incertum; ejus interea auctoritatem sequutus videtur Tan. Faber.“ OLEAR. Demonstrare nequeo, sed persuasissimum habeo, nullo alio sensu Corinnam cognominari *muscam*, quam quo

Sappho et Erinna dicuntur *apes*, (*Christod. Ecphr.* 69. *Leon. Tarent.* Ep. 81. cf. *Aristoph. Eccles.* 965.) et Sophocles *apis Attica*, aut quo toties a poetis celebratur ὁ *Μουσῶν τέττιξ* (*Posidon.* Ep. 9.). Nec opus est, ut vocem sensu latiore accipiamus, quo, *Henr. Stephano* teste in *Thesaur.* T. II. p. 986., interdum *μυιῶν* appellatione apes comprehenduntur; sed muscis ipsis proprie sic dictis in antiquitate, erga animalia minus fastidiosa, suus stat honor, ita ut veritatem proxime accedat *Luciani* descriptio in joculari *Encomio musc.* 2. *Καὶ μὴν κἀκεῖνο πρόσεστιν αὐτῇ, τὸ μὴ καθ' ἡσυχίαν, ἀλλὰ μετ' ᾠδῆς πέτεσθαι, οὐκ ἀπηνῶς, οἷα κωνώπων καὶ ἐμπίδων, οὐδὲ τὸ βαρύβρομον τῶν μελιττῶν, ἢ τῶν σφηκῶν τὸ φοβερὸν καὶ ἀπειλητικὸν ἐνδεικνυμένη· ἀλλὰ τοσοῦτόν ἐστι λιγυρωτέρα, ὅσον σάλπιγγος καὶ κυμβάλων αὐλοὶ μελιχρότεροι.* Cap. 5. (*Ὅμηρος δὲ*) *οὕτω πάνυ ἐπαινεῖ καὶ ἀσπάζεται τὴν μυῖαν, ὥστε οὐχ ἅπαξ, οὐδ' ἐν ὀλίγοις μέμνηται αὐτῆς, ἀλλὰ πολλάκις, οὕτω κοσμεῖ τὰ ἔπη μνημονευομένη.* Aliquid tamen discriminis esse inter utrumque cognomen, pro acerrima Graecorum judicandi vi atque judicii significandi solertia, et per se est probabile, et *Statii* loco, *Silv.* V. 3.

— *tenuisque arcana Corinnae,*

confirmari videtur. Siquidem *tenuis* hic valet *mollis*, (ut, *tenues myricae*) *zart*, *weich*, quod apprime appositum est ad muscae epitheton *λιγυρωτέρα* apud Lucianum. *Aristoteli De audibil.* (a *Schneid.* in *Lex.* citato) *λιγυραὶ φωναί* sunt *λεπταὶ καὶ πυκναί.* Minus bene de stili *tenuitate* accipiunt Fabricius et Olearius. *Barthius* contra, ad Statii l. c. plane ut ego sensit: „*Tenuis*, a carminum quadam subtilitate, unde et muscam lyricam dictam ajunt, quo forte allusit Papinius." *Columella* X. 40. *Pierides tenui deducite carmina Musae. Horat.* Ep. II. 1. 225. *Tenui deducta poemata filo.* Cereris aliarumque dearum sacerdotes *μέλισσαι* dicebantur; v. *Creuzer. Symbol. u. Mythol.* T. II. p. 172. T. IV. p. 411 sqq. *Sainte-Croix de Mysteriis veter.* ex vers. Lenzii p. 147 seq. Jam proverbium *Μυίας δάκρυον*, apud *Suidam* T. II. p. 584., de sacrificula Dodonaea, a Boeotiis, quia unius ex legatis amore capta fuisset, in lebetem conjecta, admonet, ut geminam quoque appellationem pariter fuisse usurpatam, et symbolicam utriusque animalis vim in nulla re magis, quam in susurro isto consistere credamus, quo suaviloquentiae fatidicarum feminarum evaderent imagines. Porro, ut ex appellativo *μέλισσα* nomen proprium factum est, sic *Μυῖα* etiam nomen est muliebre satis frequentatum. Nota est Pythagoraea Myia et ejusdem nominis meretrix Attica apud *Lucianum* l. c. 11. *περὶ ἧς καὶ ὁ κωμικὸς ποιητὴς ἔφη·*

*Ἡ Μυῖα ἔδακνεν αὐτὸν ἄχρι τῆς καρδίας.*

Quae vero haec ipsa verba praecedunt: *Ἐγένετο δὲ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ γυνή τις ὁμώνυμος αὐτῇ ποιήτρια πάνυ*

*καλή* (v. supra Pausan.) *καὶ σοφή*, ea ad ipsam Corinnam referre nullus dubito. Quod si concedatur, vereor, ne evanescat poëtria Myia, quam tanta cum confidentia literatores nobis venditant. Nam quae de illa ab aliis quibusdam veterum proferuntur, merae esse tricae videntur, quibus expediendis Olearii quidem et Gyraldi pares non erant, quas vero nostrae aetatis lector paullo nasutior facile dirimet. *Suidas* igitur T. II. p. 584. exque eo *Eudocia* p. 303. sic habet:

*Μυῖα Θεσπιακή, λυρική, μέλη πρὸς λύραν ἁρμόζουσα.*
*Μυῖα Σπαρτιᾶτις, ποιήτρια. ὕμνους εἰς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν.*

Priorem eandem esse, quam supra vidimus: *Κόριννα* (*Μυῖα* sc. cognominata) *Θεσπία, λυρική*; quis dubitet? (cf. not. 9.) Atque ita visum est jam *J. A. Fabricio* in *Bibl. Gr.* T. II. p. 131. Alter locus ex carmine fortasse fluxit aut epigrammate aliquo, in quo quae poetice dicta esset *Μυῖα*, a Grammatico in scholia referretur pro poëtria nova et inaudita. Sed hoc non magis quam par est premamus, nec invideamus Spartanis poëtriam Myiam non aliunde quam ex hoc solo scholio notam. Vestustam Spartanam poëtriam novimus ex *Alcm. Fr.* XXVII.

Enimvero duo veteres scriptores, alter quidem levis, nullius fere alter in his rebus auctoritatis, de Myia tanquam de illustri poëtria et sub hoc ipso nomine per orbem vulgata loquuntur. *Clem. Alex. Strom.* IV. p. 523. B. *Παραπέμπομαι τοίνυν τὰς ἄλλας διὰ τὸ μῆκος τοῦ λόγου· μήτε τὰς ποιητρίας καταλέγων, Κόρινναν καὶ Τελέσιλλαν, Μυῖάν τε καὶ Σαπφώ. Grammat. Leidens.* ad calcem *Gregor. Cor.* p. 639.: *Κέχρηται δὲ αὐτῇ* (*Aeolica* dialecto) *Σαπφώ, Ἀλκαῖος, Μυῖα* (MS. *Μύννα*) *καὶ ἄλλοι.* Atqui Aeolica dialecto usa est Corinna; Myiam Aeolicam, praeter Corinnam ipsam, nec Suidas nec ullus veterum novit: quid ergo haesitamus fateri, hanc a Grammatico intelligi? Itaque solum restat Clementis testimonium, cui quam facile imposuisse potuerint poëtae et Grammatici nostram modo Myiam, modo Corinnam appellantes, non est quod pluribus moneam. Ipsum Pythagoreae illustris nomen apud seriores scriptores Myiae cognomen celebrius reddidisse potest. Nemo contra facile explicabit, quomodo fieri potuerit, ut de poëtria, quae una cum Sapphone, Telesilla et Corinna memorari esset digna, omnis omnino nobis taceat antiquitas. Si quis tamen in fama dubia malit, quam in argumentis probabilibus acquiescere, cum hoc saltem non negaturum fore spero, quin poëtriae Myiae, si qua, Graecia florente, non hic illic ab aliquibus poetico cognomine, maxime post fata, sic appellata, sed sub hoc solo nomine lata sit, nomen ipsum, quod primitus gesserit, oblitteratum cognomenque solum illius loco celebre factum sit, uti contigisse videtur Stesichoro, contigit certe haud paucis ex poetis nostratibus seculi duodecimi et sequentis. Mirificus enim aliquis casus fuerit necesse est,

πεντάκις, ὡς λόγος, Πίνδαρον. [6]) ἔγραψε βιβλία

ut quae post ingenio et arte μυῖα facta sit, id nominis jam a parentibus acceperit.

6) Semel Corinnam vicisse, Pausaniae narraverat Tanagraeus ἐξηγητής, et victoriae documentum indicaverat taeniam, qua deos, heroes, sacrorum ludorum victores personasque sacras insignire consueverunt Graeci; nam diadema regium post Alexandrum demum Magnum regiae dignitatis insigne fieri coepit. Haud raro taenia apotheoseos adeo signum visum est Archaeologis recentioribus, ut *Visconti*o in *Iconographia Gr.* T. I. tab. 9. 3. 4. ubi Solonis protomen Florentinam taenia ornatam illustrat. Cf. *F. A. Wolf.* ad *Platon. Symp.* Cap. 30. p. 96. *Köhlerus* in dissertatione de virtutis praemiis apud veteres in *Morgensterni Dörptischen Beiträg.* 1813. Nr. 19. Quod aetate jam adultum Pindarum cum Corinna puella istud certamen inivisse dicit *Tan. Faber*, fundamento caret, ut plurimae ventosi et insipidi Galli assertiones. — Verba interjecta ὡς λόγος ad numerum victoriarum an ad universam rem referri debeant, haud liquet. Indigna ea certe clarum Pindari nomen spectantibus, et Pausaniae quoque mira visa est, ita ut formam poëtriae dialectumque popularem ad rei veritatem arguendam adhiberet. *Aelianus V. H.* XIII. 25.*) eam hoc modo narat: *Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἀγωνιζόμενος ἐν Θήβαις, ἀμαθέσι περιπεσὼν ἀκροαταῖς, ἡττήθη Κορίννης πεντάκις. ἐλέγχων δὲ τὴν ἀμουσίαν αὐτῶν ὁ Πίνδαρος σῦν ἐκάλει τὴν Κόριννα*ν. De veritate lectionis satis controversae, in cujus locum Olearius quidem Μυῖαν ἐκάλει substituere volebat, dubitari nequit. Narrationis autem fidei, quae ab Oleario, Mattio, Schneidero disputata sunt, quaeque praeterea a magistellis quibusdam nostris contra eam possent proferri, apud me quidem parum detrahunt. Suspicer potius, nec Pausaniam ejusdem fuisse ignarum. Si enim ob Boeoticam Corinnae dialectum inferior discessisse credatur Pindarus, quid mirum, si ἀρχαῖον istud ὄνειδος Boeotiorum in mentem ei recurreret, quo nihil aliud declarare videbatur quidem, quam Boeotice loquentem vicisse de lyrico doctiore et lingua utente poëtarum usu sacrata; nec haec ruditas fuerit, sed merum sal. Ac nescio an hinc, i. e. ex Pausaniae verbis, ὅτι ᾖδεν

*) *Schneiderus* l. c. p. 6. ex Aeliano hausisse ait *Eustathium* T. II. p. 701. Ed. Politi, qui locus nescio num sit p. 327. 8. Ed. Rom. ad *Il.* II. 711. *Εἰ δὲ γυνὴ ἐποποιὸς τὴν Πινδάρου λυρικὴν ἀπήλεγξεν ἡττηθέντος, ἱστόρηται καὶ αὐτό. Βοιωτία δὲ ἦν ἐκείνη τὸ ἔθνος.*

πέντε, 7) καὶ ἐπιγράμματα, καὶ νόμους λυρικούς. 8)

---

ρῦ τῇ φωνῇ τῇ Δωρίδι (seu potius poetica, lyrica), ὥσπερ ὁ Πίνδαρος, ἀλλὰ ὁποῖα συνήθειν ἔμελλον Αἰολεῖς, i. e. Boeotii, (v. *Muncker.* ad *Anton. Lib.* 25.) deduci etiam debeat exceptio ab *Hermanni* (*De dial. Pind.* p. IV.) regula, alioquin verissima, qua praeter comoediam et mimos nullum poëseos genus esse statuitur, quod puram gentis cujusque linguam exprimat. Ipsa certe Corinnae fragmenta observationi nostrae patrocinari videntur, cui et id in auxilium venit, quod Corinnam ab Epigrammatistis illis doctis et severiori grammaticae disciplinae addictis, nempe quibus vulgaris dialectus sorderet, neglectam videmus. Myrtidem a Pindaro fuisse victam apparet ex Corinnae fragmento apud *Apollon. Dyscol. de pronom.* p. 324. C. Becker. e quibus verbis cave argumentum derives, quod facere videtur *Salmasius ad Voss. Ep.* I. 14. contra certamen ab ipsa cum eodem Pindaro initum. Scilicet non iidem sumus omnibus horis.

7) Nomi cum epigrammatis in libris illis quinque comprehensi fuerint. De Partheniis, quorum mentio est apud *Schol. Aristoph. Ach.* 720., non liquet. Ab *Apollonio Alex.* citatur κατάπλους, p. 358. B. 365. B., et Ἰόλαος, p. 373. B. Ab *Hephaestionem* p. 9. ἐν ἔπει dictum est pro ἐν ἑξαμέτρῳ, nec id ad ἐν τῷ πέμπτῳ repetendum, sed ᾄσματι potius supplendum. Perperam Fabricius: „Scripsit Corinna, teste Suida, libros quinque ἐπῶν, ut ex Hephaest. p. 9. colligo." Prae caeteris illustris fuit hymnus ejus aut plura carmina in Minervam. *Antipater* enim in Ep. in novem poëtrias *Cod. Palat.* p. 362. (*Anal.* T. II. p. 114. 13.)

— καὶ σε, Κόριννα,
θοῦριν Ἀθηναίης ἀσπίδα μελψαμέναν.

*Anton. Liberalis* Fab. XXV. laudat Corinnae Ἑτεροίων α'. *Mellmannus* (*De mutat. formis* p. 74.), a quo quae de Corinna disputata sunt, silentio praeterire satius erit, legi vult ἑτεροιουμένων. Mihi quidem, quamvis nec *Verheykium* p. 3. nec *Heinsium* ad Ovidii Metam. initium de tituli veritate dubitare video, certum est, neutrum esse verum, sed μελῶν intelligendum, in quibus carminibus metamorphoses forsan plures tetigerit Corinna. Ἑτεροίων sensu caret, et ex praecedenti ἑτεροιουμένων librarii hallucinatione ortum videtur. Metamorphosium collectionem non dicam omnino istius aetatis poetae, sed lyricae saltem poëtriae adscribere non potest nisi qui ingenium lyricae poeseos et rationem quam minime habeat perspectam. Fragmentis ab Ursino et Wolfio collectis praeter *Antonini*

Κόριννα Θεσπία, [9]) λυρική. οἱ δὲ Κορινθίαν εἰρήκασι. Νόμους λυρικούς.

Κόριννα νεωτέρα, Θηβαία, λυρική, ἡ καὶ Μυῖα κληθεῖσα. [10])

*Pausan.* IX. 22. Κορίννης δέ, ἣ μόνη δὴ ἐν Τανάγρᾳ ᾄσματα ἐποίησε, ταύτης ἔστι μὲν μνῆμα ἐν περιφανεῖ τῆς πόλεως (Τανάγρας)· ἔστι δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ γραφή, [11]) ταινίᾳ τὴν κεφαλὴν ἡ Κόριννα ἀναδου-

---

fab. X. et XXV. *) nihil addere poterimus nisi paucula ex *Schol. Eur. Phoen.* a *Valcken.* ed. p. 602. et ex *Apollonio* p. 366. A. 345. B. Becker.

8) De Nomis egi ad fragmenta Terpandri.

9) Ursin. Θεσπίς. Ortum debere existimo alteram hanc Corinnam Scholio sic fere concepto: Θέσπια· Κόριννα, i. e. pro Θέσπεια usa est Corinna. Fluxerat autem haec glossa ex iis, quae apud *Steph. Byz.* V. Θέσπεια, *Dracon. Straton.* p. 47. et *Eustath.* ad *Il.* II. p. 266. 5. leguntur: Θέσπεια καὶ Θέσπια διὰ τοῦ ῑ καὶ ἐκτείνεται καὶ συστέλλεται παρὰ Κορίννῃ. Jam quum Κόριννα et Μυῖα una eademque essent, alius sciolus inde fecit, quod legimus Not. 5.: Μυῖα, Θεσπιακή, λυρική. Sin prius non sit verum, equidem, quum Thespia Thebis esset vicina, et facile fieri potuerit, ut Corinna aliquandiu ibi degerit, vel statua aliave re honorata sit, ob hanc rem a nonnullis Thespicam eam fuisse appellatam, statuere malim, quam duas ejusdem nominis, aetatis et patriae fuisse poëtrias. Caetera, οἱ δὲ Κορινθίαν, ad etymologicas quisquilias ablego. Sunt haec scholia e diversis locis congesta. Olearius Fabrum ait nonnisi unam Corinnam admisisse. Contraria horum in versione quidem Latina expressa sunt.

10) Brevius hoc scholion, quum semel receptum esset, homo male feriatus interjecta voce νεωτέρα interpolavit. Omisit id Eudocia.

11) *Tatian. ad gentes* 52. p. 114. Worth. Κορίννης Σιλανίων (δημιουργός i. e. ἐχαλκούργησεν αὐτήν). Silanion, sculptor illustris, Alexandri Magni aetate floruit.

---

*) Ad carmen, unde fabula XXV. hausta est, pertinebat fragmentum, quod inter Alcmanica est CXXIX. Quam ibi adoptavi lectionem Οὐρίας, ea *Ovidii* loco stabilitur *Fast.* 535.:

*μένη τῆς νίκης εἵνεκα, ἢ Πίνδαρον ᾄσματι ἐνίκησεν ἐν Θήβαις. φαίνεται δέ μοι νικῆσαι τῆς διαλέκτου τε εἵνεκα, ὅτι ᾖδεν οὐ τῇ φωνῇ τῇ Δωρίδι, ὥσπερ ὁ Πίνδαρος, ἀλλὰ ὁποῖα συνήσειν ἔμελλον Αἰολεῖς· καὶ ὅτι ἦν γυναικῶν τότε ἤδη* (lege mecum *ἦδε ἡ*) *καλλίστη τὸ εἶδος, εἴ τις ἔτι εἰκόνι δεῖ τεκμαίρεσθαι.*

---

*Hunc Hyrieus, quia sic genitus, vocat Uriona;*
*Perdidit antiquum littera prima sonum.*

Cf. *Hygin. Poet. Astron.* II. 34. Inde apud *Schol. Nicandr. Ther.* 15. pro *Ὠριεύς* leg. *Οὐριεὺς δὲ ὁ πατὴρ Ὠρίωνος.* Mox ubi legitur: *Οἱ δὲ πλείους Ταναγραῖον εἶναί φασι τὸν Ὠρίωνα. Κόρινος δὲ εὐσεβέστατον αὐτὸν λέγει καὶ ἀπελθόντα πολλοὺς τόπους ἡμερῶσαι καὶ καθαρίσαι ἀπὸ θηρίων*, emendare ausim *Κόριννα*: siquidem mythicus ille poeta *Κόριννος* apud Suidam neutiquam huic loco convenit. Diphthongus *ου* pro *ῡ* Boeotorum est, monente *Schol. Hephaest.* p. 62.: hinc *λιγουροκωτίλης, οὐμές, οὐμίων, φοῦσα* apud ipsam Corinnam. — Quod olim conjeci *Οὐριεύς*, ut nunc video, Schneiderus in nova editione, ex MSto, ut videtur, edidit, idemque pro *Κόρινος* Corinnam esse ponendam intellexit.

---

## *Melinnus,*

*vulgo Erinnae Lesbiae, ode in Romam.*

Χαῖρέ μοι, Ῥώμα, θυγάτηρ Ἄρηος,
χρυσεομίτρα, δαΐφρων ἄνασσα,
σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς Ὄλυμπον
αἰὲν ἄθραυστον.
σοὶ μόνᾳ πρεσβεῖρα δέδωκε Μοῖρα
κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλῆον ἀρχᾶς,
ὄφρα κοιρανῆον ἔχοισα κάρτος
ἁγεμονεύῃς.
σᾷ δ' ὑπὸ σδεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων
στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
σφίγγεται· σὺ δ' ἀσφαλέως κυβερνᾷς
ἄστεα λαῶν.
πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰὼν
καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ' ἄλλως,
σοὶ μόνᾳ πλησίστιον οὖρον ἀρχᾶς
οὐ μεταβάλλῃ.
ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλως λοχεύεις,
εὔσταχυν Δάματρος ὅπως, ἀνεῖσα
καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν.

Servata est haec oda a *Stobaeo Serm.* VII. p. 87. Gesn. περὶ ἀνδρείας, ubi in margine: *Melinnus, vel potius Erinnae Lesbiae in Romam.* In *Ed. Nic. Schowii* p. 187. inscripta est: *Μελιννῶ ἢ μᾶλλον Ἠρίννη Λεσβία εἰς τὴν Ῥώμην.* Ita, quum nihil adnotatum sit, omnes, quibus usus est, libri habuisse videntur.

Melinnus nomen adeo ignotum est, ut ne obiter quidem ex hoc ipso Stobaei loco, vel qui maxime debuissent, Fabricius, Olearius, aliique memorare dignati sint; quod tum saltem facturos fuisse spero, si animadvertissent, *Photium* in catalogo poëtarum, quorum Stobaeus attulit loca, (p. 194. Hoeschel.) Erinnam quidem ignorare, Melinnoni autem, (*Μελινοῦ* ibi scriptum est nomen) locum adsignasse, unde Gesnerianus index, a Fabricio repetitus, corrigatur. Quae ipsa nominis obscuritas in caussa fuerit, quod tenebrio aliquis, cui magna incessisset hujus carminis admiratio, adspergeret ista: *ἢ μᾶλλον Ἠρίννῃ Λεσβίᾳ εἰς τὴν Ῥώμην*, quae nihil aliud apud ipsum valerent, quam: *quae vel Erinna Lesbia* i. e. *summa quaque poetria esset digna, et scripta quidem in Romam*, in quo de temporum Erinnes et Romae diversitate non laborabat, (nisi tamen majuscula littera a seriore librario fluxit) *non in fortitudinem, ut volebat Stobaeus.* Quod Stobaei judicium magis miraremur, nisi multi quoque post eum, propagato scilicet falso auctoris nomine, quod de urbe Roma cogitare eos non sineret, eodem se errore turpiter dedissent, in quem in posterum quidem neminem amplius incisurum esse spero. Abjecta autem prava interpretatione simul praecidentur, quae ad ejus, quam solam agnoscimus, Erinnae notitiam confundendam, inde deduci possent et a pluribus deducta sunt. Nihil lucramur Reiskii conjectura, apud Eusebium pro Olymp. ϱϛ ponendum esse (vel potius scriptum fuisse) ϱξ h. e. CLX. Vid. supra de Erinna Not. 7. Nam ne huic quidem loco conveniens est nomen poëtriae a nullo nec illius nec proxime sequentium aetatum scriptore memoratae. Quare de ea, quae nostrum scripsit carmen, nihil omnino dici potest, praeter quod ex ipso illius argumento patet,

scilicet florentis imperii Romani tempore eam vixisse, utpote Romam, orbis dominam, celebrantem. Ceterum carmini Erinnes nomen illustre et argumenti splendor majorem aliquanto favorem et celebritatem conciliasse videntur, quam pro poetica ipsius, sive dictionem respicias sive inventionem, vi et virtute. De Roma recte ceperunt *Ursinus*, quippe qui hoc carmen ex Erinnae reliquiis exclusit, *H. Stephanus*, *Lectius* (in *Corp. poetarum* Tom. II.) *Lipsius* (*De magnit. Rom.* I. 2. p. 5. cf. in Not. ad Ed. 2. p. 206.) *J. C. Bulengerus* (*De Imp. Rom.* II. 5.) *Harduinus* (ad *Plin.* XXXIV. 8. 5.) *Barthius* (l. infra citando et ad *Claud. De bello Get.* 600.) *Th. Sitzmannus* (ad *Rutil. Itin.* p. 47.) *Reiskius* (in *Anthol. Cephal.* p. 213.) *Steinheilius* (apud J. C. Wolfium p. 16.) *Purgoldus* (in *Obss. critt.* p. 297.) *Viscontus* (ad *Mus. Pioclement.* T. II. p. 50. et in *Monum. Gabin.* p. 127.) postremo *G. Zoega*, *Anagl. Rom.* T. I. tab. XXXI. not. 35., qui Carthaginis ruina posteriorem auctorem odam prodere monet, et ingeniose advertit, dilogiam quandam ei inesse, qualem in imaginibus Deae Romae, de qua illic fuse disputat, in nummis quibusdam adspiciamus, ubi, nisi epigraphe adsit, vix a Virtute discerni queat. Ceterum sensum digniorem esse judicat, atque compositionem et veluti delineationem magis poeticam, si de Roma intelligatur, Martis filia, Olympi terrestris incola, totque fortium virorum matre, quam si cum *Grotio*, *Floril.* p. 48. — (in versione; nam in notis quidem oppositam amplectitur sententiam: „At mihi tamen, inquit, valde se probat eorum opinio, qui posterioris aevi hoc poema putant urbi Romae dicatum. Certe verba omnia eam in rem quadrant.") — *Fabricio* et *Quadrio*, *Stor. d'ogni poesia* T. VI. p. 75. — de animorum et roboris notione

abstracta accipiamus? Perversae sententiae praeterca subscripserunt *Olearius*, *J. C. Wolfius*, *Rutgersius* (*Var. Lectt.* p. 80.) *Bornius* (in Anacr. Ed.) *Hauptmannus* (ad *Lycurg. c. Leocr.* p. 195. 241.) obiter quidem *Valckenarius* in *Adon.* p. 518. C. tum *Koeppenius* (*Lyr. Blumenlese* T. II. p. 121.) *M. G. Hermannus* (*Handb. der Mythol.* T. II. p. 98. regiam intelligens potestatem) *A. Schneiderus* (in *Sel. poetr. Gr. carm.*) *Volgerus* (*Sapph. Carm.* p. XXX.) *F. H. Bothius* (in *Anacreonticis* p. 84., ubi eidem Erinnae, cujus sunt epigrammata, odam tribuit.). Stobaeum ipsum ab ista allegorico interpretandi ratione, quae illius aetate invaluerat, in errorem inductum esse, notat *Purgoldus* l. c. *Brunckius*, quem de interna carminum indole haud raro parum acute et accurate existimasse haud dissimulandum est, rem in medio relinquit. In *Anacreonticis* haec ejus est nota: „Pulcherrimi carminis fragmentum hoc servavit Stobaeus Tit. de Fortitudine, ῥώμην pro ἀνδρεία accipiens, quomodo accipi debet omnino, si Erinna Lesbia oden hanc fecit. — Si carmen integrum extaret, (v. ad vs. 19.) dijudicari posset, utrum *fortitudo* an *urbs Roma* laudetur, ad quam omnia satis bene referri possunt." — Est hic aliorum etiam error, quod de urbe solummodo cogitarunt, cujus quidem descriptio praevalet in carmine, usitata Deae Romae attributa, vel a Minerva vel ab Amazone mutuata, ne attingente quidem; quae vero vel sic, pro constanti veterum urbes et provincias sub dearum formis repraesentandi consuetudine, propius ad personarum numinumve corporeorum normam accedit et majus aliquid validiusque sapit, quam meram allegoriam, umbrarum instar, incomprehensibilem citoque vanescentem. Non dico, hymnum allegoricum in fortitudinem non nisi frigidum et omni vigore carentem

confingi potuisse. Quandoquidem illius naturae sunt Aristotelis paean egregius in virtutem, Euripidis carmen in necessitudinem, *Alcest.* 966 *ss.* Ariphronis laus salutis, et alia quaedam minime spernenda. Sed ea, quae in nostro quidem carmine alio tendunt, negligi veto, et dudum vetuit *Barthius* ad *Claudian. in Consulat. Probini* 78. p. 27. Ed. alt. „Vel aliorsum, vel plane nihil viderunt, qui luculentum hoc ödarion de Robore sive Vi aut Violentia scriptum suspicari potuerunt. Quomodo enim ea domina terrae et maris, quo titulo nec Martem ipsum indigitatum legere velis? Deinde si Dea est sive Valentia illa, sive alio nomine nominanda, quam poetria celebrat, quid tempori cum Dea, quid Parcae? An solum hoc numen tempori exemtum, ceterae subjaceant? *Θυγάτηρ Ἄρηος.* Victoriis omnes populos memorabiles obtinens, et ex historiis natalium scite vereque sic appellatur. *Χρυσεόμιτρε.* Quis nescit auro inducta aut tincta saltim tecta Romanorum templorum, unde *aurea* tota poetis? (Dilogiam nunc nemo facile in hac voce viderit.) *Ὄλυμπον.* Notum dictum sive dicterium, Romam concilium regum. Haec deos non sine Gratiis fecit; similia apud Dionysium Alexandrinum, Oppianum, Epigrammatarios. (Haec etiam prave accepta.) *Αἰὲν ἄθραυστον.* *Aeterna urbs. Imperium sine fine dedi.* Et hoc genus nota mille alia. Etiam Aeneae regnum ab Homero praesignitum huc pertinet perpetuum. Sic si singula exigantur, paene Romanis dictis compositum videbitur integrum carmen." — Non mutavit sententiam in *Advers.* XXX. 17. p. 1412. De cultu Deae Romae v. d'*Arnald. De diis paredr.* Cap. 26. Encomium Romae scripsit *Aelius Aristides.*

*N o t a e.*

„In Stobaei vulgatis Edd. corrupta est ode Graeca et ejus versus sic distincti, ut nihil minus appareant, quam Sapphici. At vero ut hic est restituta, Sapphici sunt omnes suis numeris constantes, si tantum in fine septimi pro *κράτος* legas *κάρτος*." H. STEPH.

V. 1. Gesn. *Ἄρεος.* Fortitudo, quod acre Graecorum in talibus est judicium, vix Martis filia dici potuisset, cujus perinde mater est ac filia.

V. 2. Aem. Port. H. Steph. et Barth. *χρυσεόμιτρε.* Bothius non debebat mutare hoc epitheton in *χρυσέῳ μίτρᾳ.* Lipsius proposuerat *χρυσέῃ μίτρᾳ,* quamvis fateretur cum Aem. Porto, mediam ob liquidam *μ* produci posse. „Certum est, vetustissimis poetis non solum in compositis, sed etiam in simplicibus vocibus vocalem brevem produci ante liquidam, quae geminatur pronuntiando, nec tamen duplex scribi debet. In *Hes. Op. ἀρόμεναι* secunda longa, ubi minime necesse est, immo est inscitum, scribere *ἀρόμμεναι.*" BRUNCK. *Gnomic.* p. 314. Immo inconstanter facimus, quod duplicamus literam *σ*, ut *πυκάσσας, ὅσσος, μέσσος, ἔσσευε, νήεσσι,* et *δ* etiam, *ἔδδεισαν*, (*Gerhard. Lectt. Apoll.* p. 109 s.) liquidas non item, vel in paucis vocibus, ut in *ἠμέλλησα, Theog.* 259., *ἐλλίσσετο.* In compositis liquidas geminari oportere docuit nuper *Spitzner. de vers. heroic.* p. 17. 79 sq. De frequenti productione brevium syllabarum ante liquidas v. *Hermann. Orph.* p. 702 — 14. Dialectorum etiam ratio est habenda. Aeoles e. g. saepe duplicarent *λ, μ, ρ.* vid. *Sturz.* ad *Maittair.* p. 192 s. 197. Sic *cullus, κύλλος, κοῖλος, ψιμμύθιον* et *ψιμύθιον, πλήμη* et *πλημμυρίς.* — „*Χρυσεομίτρης,* (*taenia aurea instructus*) est cognomen Bacchi in *Anthol.* I. 38.

ep. XI. 23. (*Anal.* T. II. p. 517.) et Dianae in *Oppian. Cyneg.* II. 2." WOLF. Perperam, qui ad fortitudinem hymnum retulerunt, pro βαθύζωνος, εὔζωνος acceperunt; de cingulo militari, de quo vid. *Winckelm. Mon. ined.* Tab. 66. fin. Etenim μίτρα non ζώνην tantum, sed et διάδημα denotat. Hoc divinitatis signum.

V. 3. „In prioribus σεμνὸν ἃ ναίεις. Solus B. ἃ ναίης. Reliqui mendose. W. σεμνὸς ἂν εἴης ἐπὶ γᾶς Ὄλυμπος. Antea (Gesn.) σεμνὸν ἂν αἴης ἐπὶ γᾶς Ὄλυμπον." SCHOW. Gesn. in marg. εἴης, quibus omnibus fundus est ἃ ναίης, quod non est Dorimus, quem fere captat Melinno, sed soloecismus. „Quod autem sequitur de incolatu Olympi in ipsa terra, id vero pulchre ad splendorem et decorem urbis Romae refertur, quae fuit velut coelum in terris. Et est affatus ad ipsam Romam ut Divam, et quae urbem eam templum aut sedem haberet." LIPS. Argutius quam verius. *Terra* potius Romae Olympus dicitur. Sensus igitur, minus commode is expressus: *quae es in terra quod Dii in Olympo, numen terrestre.* Solus Barthius in Latinum bene transfudit: *Quae sacrum in terris habitas Olympum Sede perenni.* Minus recte H. Steph. et Lipsius: *Quae v e l in terra stabiles Olympi Incolis arces.* Toto coelo aberravit Grotius. M. G. Hermannus inscite, Olympum, deorum sedem, habitare dicit τὴν ῥώμην.

V. 4. Gesn. in margine ἄθραυστος, et sic apud Schowium, qui et ipse ob lyricam nescio qualem rationem illud adsumsit, libri B. E. G. W. quae sunt hieroglyphica signa in hac editione quam minime accuratâ. Videsis tamen *Fabric. Bibl. Gr.* T. VI. p. 597. Harles. Reliqui omnes tenuerunt ἄθραυστον, quocum Koeppen. bene confert Homericum θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί, *Odyss.* VI. 42.

V. 5. „W. σοὶ μόνᾳ πρέσβειρα δ. Cum omnibus membranis Brunck. σοὶ μ. πρέσβιστα δ. Antea σοὶ μόνᾳ (Gesn. et Barth. μόνα) πρέσβυς τὰ δέδωκε μοῖρα.“ SCHOW. Gesn. in margine: πρέσβειρα δέδωκε, quod genuinum videtur. Πρέσβιστα autem non a Brunckio invectum, sed ab H. Stephano, egregio hujus carminis restitutore, quem in eo edendo ubique fere secuti sunt Barthius et Wolfius. Wolfius ᾱ finale, quod alias ex η mutatum producitur, Dorice corripi monet, ut in νύμφα *Il.* III. 130. cf. *Eustath.* et in Accus. ᾱν et ᾱς *Theocr.* V. 64. VII. 87. Ad sensum totius strophae cf. *Plutarch. De fort. Rom.* Cap. 2. fin.

V. 6. 7. 8. Gesn. H. Steph. Barth. βασιλήϊον et κοιρανήϊον. Crasin faciendam viderat jam Aem. Portus. Brunckius autem in Anal. βασιλῆον et κοιρανῆον scribi jubet sine ι subscripto, quia Dores ει in η vertunt et ι diphthongi penitus abjiciunt. At Dorismum ubique introduci, quis desideret? Koepp. citat *Il.* I, 279. Σκηπτοῦχος βασιλεύς, ᾧτε Ζεὺς κῦδος ἔδωκεν.—In Stephani textu est κράτος, sed κάρτος receperunt omnes post eum. Sic in *Hom. H. in Merc.* 457. κράνειον mutandum fuit in κάρνειον. Pariter literae transponuntur in κραδία, θράσος, δαρθεῖν, δαρτά et δρατά multisque aliis vocabulis. — Schow. ἁγεμονεύῃς. „Ἡγεμονεύειν et ἡγεμόνα de Praefectis et Proconsulibus Provinciarum ab auctoribus usurpari probat *Spanhem. De pr. num.* T. II. diss. 13. p. 596.“ WOLF.

V. 9. Gesn. σδεύγλᾳ. H. Steph. ζεύγλᾳ. ζεύγλη alias pars jugi, in quam jumenta collum immittunt, *Il.* XIX. 406., *jugum falcatum, Jul. Poll.* I. 253.; hic pro jugo ipso ponitur, ut ap. *Apoll. Rh.* III. 1317. (ubi *Schneid. Lex.* V. Κορώνη, non debebat intelligere *lorum jugale*) et Lucianum ab *H. Steph.* in *Thes. l. G.* citatum, ὑπάγειν τοὺς ἵππους τῇ ζεύγλῃ, unde ζευγλόδεσμον ap. Hesych. ut ζυγόδεσμον ap. *Hom.*

*Il.* XXIV. 270. cf. *Eustath.* p. 460, 32. 665, 31. *Λέπαδνα* sunt *τὰ ἀπὸ τῶν ῥυμῶν ἀπηρτημένα, τὰ ὑπὸ τοὺς αὐχένας τῶν ἵππων ἑλιττόμενα* (*Zugriem*). Vid. *Aesch. Agam.* 226. 246. Verissime igitur Grotius vertit: *Tum tua adductis juga pressa loris Continent terrae sola.* Cum hoc versu compone ex *Agathiae* Ep. in Trojam, *Anal.* T. III. p. 55, 62.:

*Εἰμὶ πάλιν βασίλεια· σὺ δ', ὦ τέκος, ἄτρομε Ῥώμη,*
*βάλλε καθ' Ἑλλήνων σῆς ζυγόδεσμα δίκης.*

V. 10. Gesn. *στέρνῳ.* In marg. *στέρνα.* Vide quantum haec magis apta sint ad Romae urbis quam ad roboris imaginem. *Hes. Theog.* 117. *Γαῖ' εὐρύστερνος*, *Soph. Oed. Col.* 691. *Πολιός* consuetum maris epitheton, *Il.* I. 350. 359. *Pind. Ol.* I. 115. *Archil. Fr.* LV. *Theogn.* 10. ubi vid. *Bekker.* cf. *Wakefield. Sylv. crit.* T. II. p. 39 ss. *Anacr.* Fr. LVIII. 2. *Soph. Antig.* 334. *Lucret.* II. 766. *cani fluctus. Ovid. Her.* II. 16. Pertinet huc Ep. *Alphei Mitylenaei, Cod. Palat.* p. 447.

*Κλεῖε, θεός, μεγάλοιο πύλας ἀκμῆτας Ὀλύμπου,*
*φρούρει, Ζεῦ, ζαθέαν αἰθέρος ἀκρόπολιν.*
*ἤδη γὰρ καὶ πόντος ὑπέζευκται δορὶ Ῥώμης,*
*καὶ χθών· οὐρανίη δ' οἶμος ἔτ' ἔστ' ἄβατος.*

V. 11. Tropi inconstantia hoc quidem loco ingratiuscula. — V. 13. „Antea *πάντα σφαλῶν δ' ὁ μέγ.* Brunck. ob metrum: *πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγ.*" SCHOW. Ita jam H. Steph. et Barth. De hoc sensu vocis *αἰών* inde ab Euripide obvio vid. *Zoeg. Anaglyph. Rom.* Tab. LIX. not. 7. — V. 14. Barth. *μόνα.* Wolf. laudat *Odyss.* XI. 7. XII. 149. *ἴκμενον οὖρον ἵει πλησίστιον.* — Cf. *Argon. Orph.* 755. Tropus geminus verbo *κυβερνᾷς* v. 11. — V. 16. „*Μεταβάλλη* Dorice scribendum pro *μεταβάλλει.* Male

apud Gesn. et Grot. μεταβάλλῃ." BRUNCK. in *Anal.* Reliqui omnes μεταβάλλει.

V. 17. *Julian. Encom. ad Constant.* p. 6. C. (p. 8. Ed. Schaef.) Τῆς Ῥώμης δὲ τὸ κεφάλαιον τῶν ἐπαίνων αὐτός, ὦ βασιλεῦ, συλλαβὼν ἐν βραχεῖ καὶ διδάσκαλον ἀρετῆς προσειπὼν, τῷ δοῦναι τὸ κάλλιστον τῶν ἐγκωμίων, τοὺς παρὰ τῶν ἄλλων λόγους ἀφῄρησαι. Verba σὺ μόνα ἐκ πάντων κρατίστους Latinitatem sapere videntur, *unos omnium optimos.* „Verba ἐκ πάντων σὺ μόνα de Fortitudine prorsus languerent, aut potius inepta forent." PURGOLD.

V. 18. Gesn. H. Steph. Wolf. αἰχματὰς (Gesn. αἰχμητὰς) μεγάλως· Barth. μεγάλῳ. Brunck. ad Dorismum forte non adtendens μεγάλους. Quidam perperam distinxerunt κρατίστους ἄνδρας, αἰχματὰς μεγάλως. Poni possunt virgulae ante et post μεγάλως, ut a Brunckio factum in Anacreonticis. Λοχεύειν non tantum valet *obstetricis munere fungi*, sed etiam τίκτειν, γεννᾶν, quod ob *Schneid.* in *Lex.* moneo.

V. 19. „B. C. E. W. et Brunck. Δάματρος ὅπως συνοίσῃς. Antea Δ. ὅπως συνείσω." SCHOW. Vereor ne non suis oculis viderit editor, sed Brunckii, cujus ex auctoritate magis, quam par erat, pendebat. Ceterum in margine Gesn. συνοίσῃ. H. Steph. Lips. et Barth. ὅπως ἀνεῖσα. Wolf. et cum Brunckio recentiores omnes dederunt συνοίσῃς. *Brunckius* tamen ipse in *Anacreonticis* ita: „Finis desideratur. Scriptura Codicis in penult. v. est ὅπως ἀνεῖσα, quod mutatum fuit forte, ne sensus imperfectus videretur." — Brunckiani apographi lectionem, ad quam prope accedit Gesneriana οπωσσυνεισω, conjectura fortasse a magno H. Stephano emendatam, equidem censeo germanam, sed a Brunckio non intellectam. Tenorem enim hunc esse verborum, sensum unice verum et concinnum fundentem, existimo: σὺ μόνα κρα-

*τίστους ἄνδρας λοχεύεις*, *καρπὸν ἀπ' ἀνδρῶν ἀνεῖσα*, *ὅπως* (*quomodo*, non, ut ab illis accipitur, *at*) *εὔσταχυν Δάματρος* sc. *καρπόν*: sive *ὅπως εὔστ. Δ. καρπόν*, *ἀνεῖσα* (*καρπὸν*) *ἀπ' ἀνδρῶν*. De hoc praepositionis *ἀπό* usu v. *Schaefer.* apud *Seidl. De vers. dochm.* p. 308. *Jacobs. in Athen.* p. 321. *Seidl.* ad *Eurip. Iph. T.* p. 32. *F. Graef.* ad *Meleagr.* I. 11. p. 47. *Hermesian. μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου. Soph. Philoct.* 1088. *λύπας τᾶς ἀπ' ἐμοῦ. Pind. Ol.* VII. 171. *σπέρμ' ἀπὸ Καλλιάνακτος. Hybr. Cret. οἶνον ἀπ' ἀμπέλω. Simon.* in Anacr. *βότρυν ἀπ' ἀκρεμόνων. Theocr.* V. 95. et, ubi interpretes itidem hic usus fugit, X. 14. *Aeque innumerabiles sunt, quos alis, viri fortes; quam fertilissimorum agrorum spicae.* Hunc fere sensum in versionibus metricis expresserunt H. Steph. Lips. et Barthius. Atque in eundem ego quoque ante multos annos, ex conjectura, quia lectio *ἀνεῖσα* tum me latebat, verti: *Gleich Demeters ährenbeladner Frucht auftreibend die Männer.* Alteram lectionem expressit Gesnerus: *Foecundum Cereris ut comportes Fructum a viris*, et Grotius: *Ut boni eventus segetem reportes Fruge virorum.* Contorte et frigide eandem Koeppenius, M. G. Hermannus, et qui hujus animadversiones minori etiam cum judicio, quam quo excogitatae sunt, suas fecit, A. Schneiderus hoc modo interpretati sunt: Fortes gignis viros, quo te favente terrae fruges colligi possint, nec ab hostibus dilapidentur. *Ἀνεῖναι καρπὸν Hom. H. in Cer.* 332. 476. *Ἄνδρας ἀπὸ τῶν ὀδόντων ἀνεῖναι τὴν γῆν. Pausan.* in *Boeot.* Hinc Ceres *ἀνησιδώρα*, *Paus.* I. 31. *Hesych. Wesseling.* ad *Diod.* p. 255. not. 56. *Plut. Symp.* VIII. 14. *Procl.* in *Plat. Tim.* p. 238 s. *Bergl.* ad *Alciphr.* I. 3. *Lucretius: Laetificos nequeat submittere tellus.* *Ἀνίεσθαι evenire*, unde (Bonus) *Eventus*; vid.

*Boettig. Vasengem.* Fasc. II. p. 213. Structurae paullo implicitiores et insolentiores saepissime et librarios et criticos in errores induxisse, neminem fugit. Quorum a nostro quidem loco moliminibus propulsatis, ademta est simul de carminis integritate dubitandi causa.

---

## II.

# Lectionum Plutarchearum Specimen

scripsit

Dr. G. H. Moser, Gymn. Ulm. Prof.

Cum anno superiore *Plutarchi Vitas* aliosque quosdam ejus libros plane aliam ob causam, quam ut de lectionis receptae vel immutatione vel confirmatione cogitarem, relegere coepissem, factum est, ut in complures locos inciderem, qui nondum persanati satis editorum studiis viderentur. Neque vero mihi librorum scriptorum adjumentis destituto in mentem venire potuit, fieri posse, ut meâ qualicunque operâ Plutarchus illis locis sibi ipsi redderetur; ut potius id unum quaererem, ut conjectura, quae mihi commodissimam adhibere medelam videretur, quid potissimum Plutarchus vel scripserit vel certe voluerit, augurarer. Et erat sane notissimum, quam parvi a viris primariis illa, quam dicunt, *critica conjecturalis*, existimaretur, et in ipso Plutarcho satis perspexeram, quot vulnera Reiskii in emendando sive facilitas sive temeritas auctori inflixerit, quamquam ille vir permulta quoque egregie restituisse jure videatur. Illam tamen veniam semper datam petitamque fuisse sciebam, ut suam de locis corruptis sententiam dicerent ii, qui accuratius veterum libros tractavissent enatosque inde esse

complures libros praestantissimos, qui Epistolarum Criticarum, Verisimilium, Animadversionum etc. nominibus maximi semper et habiti sunt et habebuntur. Illud tantum improbatum est a plurimis, si editores, neglecta librorum scriptorum auctoritate, quemcunque locum emendare, quam explicare, mallent, et sui ingenii fetus libris edendis temere obtruderent. Tantum vero abest, ut me illis primariis viris parem existimem, quodque Criticorum principes facere video, pronunciare velim aliquid certi atque statuere, meaeque sententiae trita illa: *tu, si sapis, fidenter pone*, vel: *plorare jube editores et rescribe*, adpingere, ut potius nihil magis exoptem, quam ut veterum libri ab inutilibus editorum conjecturis perpurgentur utque, qui veterum libris operam dant, morum vitaeque regundae praecepta omnemque vetustatis sapientiam ex iis haurire, quam syllabarum apices aucupari et sua commenta libris eorum ingerere malint. Ego igitur illud tantum mihi praestitisse videor, ut nonnullis locis, negligenter potius, quam indocte, ab editoribus tractatis, genuinam redderem scriptionem, in aliis vulnus latere monstrarem; quod, quamvis sanare instituerim, si ab aliis melius fiat vel jam factum sit (nam non multa ad manum fuerunt adjumenta) non gravabor, sed veritatis magis, quam meorum inventorum amans, lubens mea rejiciam. — Ad manum erat Hutteni editio, cui, quanquam haud pauca insint vituperanda, a debita laude nihil detractum volo. Exhibitis certe codicum veterumque editionum plerisque lectionibus et plurimis editorum emendationibus liberum legenti facit eligendi arbitrium. Multa, in *Vitis* praesertim, quae displicebant, notare et in adversaria meas suspiciones conjicere institueram, cum Schae-

feri V. Cl. editio in manus venit, quae infinitis nominibus illi praestat, quaeque, ut fieri solet, plurimorum, quas feceram, locorum emendationes mihi praeripuit, eoque effecit, ut et illis, quae mihi cum viro isto hac in re in principibus habendo communia essent, magis quam prius confiderem, illisque, quae ille non attigisset, diffidere magis etiam inciperem, multaque, iterum excussa atque perpensa, inducenda et reprimenda existimarem. Restabant tamen nonnulla, quorum hoc loco specimen expromo, quae si minus fortasse placuerint, ansam tamen ad meliora excogitanda dare poterunt. Illud praemoneo, neque Schaeferi editionem ita in rebus quoque minutioribus correctum nobis Plutarchum exhibere, ut nihil desiderari queat; in nonnullis eam adeo, quod ad librariorum vel operarum manifestos errores, cum Hutteni editione miro modo *) congruere: cujus rei, antequam ad loca, quae tractare institui, ipsa accedam, quaedam exempla promere liceat. Fieri vix potuit, ut Plutarchus idem ejusdem viri nomen variis modis scriberet. Si igitur forte in codicibus MSS. varie scriptum occurrit, editores certe unum scribendi modum eligere aliosque rejicere vel in annotationem conjicere debuerunt. At *Luculli* nomen in Schaeferi pariter ac Hutteni editione tribus modis scritum legimus, v. c. Cat. min. c. X. *Λεύκολλος*· ib.

---

[ *) Hoc non mirandum: nam operis Lipsiensibus tradita fuit quam sequerentur editio Hutteni. Mea correctoris (hae enim solae partes mihi datae erant) opera in hoc uno substitit, ut textum inter corrigenda typothetarum specimina anxius trepidusque passim refingerem. Conferantur quae monui in editione Lipsiensi Adversariorum Porsoni p. 311. ubi quae notavi de confusione vocabulorum *ἄλλως* et *ἀμῶς*, iis nunc addo exempla Platonica II. 1. p. 99, 14. II. 3. p. 44, 14. Bekker. *G. H. S.*]

c. XXIV. *Λεύκουλλος*, et Luculli init. *Λούκουλλος*.*) Sic Pompej. c. XXXIII. legitur τὸν Ἀράξην ποταμὸν et c. XXXIV. bis τὸν Ἄραξιν. Sic uterque nomen puellae cujusdam vel ancillae Cleopatrae in Anton. c. LX. scribit *Εἰρᾶς* et c. LXXXV. *Εἴρας*· utrumque fortasse perperam pro *Εἰράς*. **) Ita in Artax. c. 23. in utraque editione manifestum mendum, quod operarum facilius, quam editorum, culpa irrepsisse credas, occurrit ὕστερον ἀπαγγελλοῦμεν, cum necessario scribendum sit ἀπαγγελοῦμεν. Eodem modo est in Cat. min. c. II. τοῦ δὲ Κάτωνος οὐδὲν ἀποκριναμένου, καὶ βλέποντες εἰς τοὺς ξένους ἀτενὲς καὶ βλοσυρὸν κ. τ. λ. quod non tantum Hutteni editionem deformat, sed et Schaeferi oculorum aciem effugit, pro βλέποντος. Et, ut finem enumerandi faciam, in Agid. c. I. editio Hutteni, aliis quoque locis non satis accurate expressa, exhibet: ἀλλὰ νόταα καὶ μικτὰ πολλὰ πράττουσιν. Quis non miretur, ne Schaeferum quidem edidisse νόθα? ***) Sed ad propositum veniamus.

---

*) Nam quod ajunt Plutarchum sibi ipsum non semper in nominibus scribendis constare, quippe cum nomen *Varronis* et *Βάῤῥων* et *Οὐάῤῥων* scriptum apud eum occurrat, eam ego differentiam in tali re, quae utroque modo recte se habet, vel librariis deberi crediderim, qui varios variorum scribendi modos confunderent, vel, si Plutarcho, Plutarchum secum ipsum in concordiam esse redigendum.

**) In libro De Fort. Rom. c. V. eadem inconstantia edunt (et Wyttenbachius ipse) *Νόμα*, eundemque genitivum c. IX. (ut fere alibi semper) *Νουμᾶ*. Et sic est ap. Huttenum, ib. c. VI. *νόννων Ἰανουαρίων*, at c. VIII. *νόναις Καπρατίναις*.

***) Bruto c. IL. pro *ἀποδεικνύμενον* uterque vitiose *ἀποδεικύμενον*. Demetrio c. L. fin. vitiose exprimitur *διεθησόμενον*, ubi incertum est, utrum Schaeferus vulgatam voluerit *διαθησόμενον* an, quod Reiskio placuit, *διαφεθησόμενον*.

### Themistocl. c. XII. fin.

(Hutt. T. I. p. 294. Schaef. T. II. p. 18.)

*῎Ετι δ᾽ ὅμως ἀπιστούντων, ἐφάνη Τηνία τριήρης αὐτόμολος, ἧς ἐναυάρχει Παναίτιος, ἀπαγγέλλουσα κύκλωσιν· ὥστε καὶ θυμῷ τοὺς Ἕλληνας κινῆσαι μετ᾽ ἀνάγκης πρὸς τὸν κίνδυνον.*

Non, credo, facile placuerit cuipiam locum accuratius inspicienti lectio *θυμῷ*. Reiskius maluit *θυμὸν*, ut ira una cum necessitate Graecos moverit. Idem jam Amyotus sensisse videtur, qui ita vertit: *tellement, qu'outre la nécessité le despit encore, que les Grecs en conçurent, les incita à vouloir essayer le hasard de la bataille.* Sed parum h. l. me movet horum virorum auctoritas. Nam quomodo *ira* accedere potuit ad necessitatem? Certe tum demum, cum se circumdatos audiissent, neque vero prius, pugnandi necessitas apparebat. Ira igitur si adfuit, non ex necessitate oriri potuit, sed prius adesse debuit. Convenientius sine dubio est rei narratae, Graecos sese circumdatos credentes una cum necessitate perspecta *terrore* esse comprehensos, eumque terrorem una cum necessitate eos impulisse, ut, cum non amplius de discessu cogitare possent, pugnam capesserent. Donec commodius quid se obtulerit, legerim: *ὥστε καὶ δεῖμα τοὺς Ἕλληνας κινῆσαι μετ᾽ ἀνάγκης πρὸς τὸν κίνδυνον.* Certe vocabulum *δεῖμα* aliquoties apud Lucianum hoc sensu occurrit.*)

### Timoleon. c. XXV.

(Hutt. T. II. p. 148. Schaef. T. III. p. 31.)

*Τούτους μὲν οὖν Τιμολέων κέρδος ἡγεῖτο πρὸ τῆς μάχης φανεροὺς γεγονότας, τοὺς δ᾽ ἄλλους ἐπιῤῥώσας*

---

[*) Fort. *ὥστε καὶ ἀθύμους τοὺς Ἕλληνας —. G. H. S.*]

κατὰ τάχος ἦγεν πρὸς τὸν Κρίμησον ποταμόν. Unam ex multis inutilem Reiskii emendationem, cujusmodi innumeras protulit, in medium proferemus, ut appareat, quam parum ille sollicitus fuerit de ea critices lege, quae jubet non tam quaerere, quid scribere potuerit auctor, vel etiam nonnunquam debuerit, sed quid scripserit. Vult igitur R. addi post φανεροὺς γεγονότας vocem ἀπελθεῖν vel tale quid. Ego, quamquam subaudiri hoc possit et addi quoque ab interprete ad explicandum locum, minime tamen aliquid deesse existimo. Est enim φανεροὺς γεγονότας nihil aliud, quam quod nos diceremus: *dass sie ihre wahre Gesinnung gezeigt hatten, ehe es zur Schlacht kam.* Nostro enim loco facillime sensus intelligitur, quamvis nihil addatur. Apud Xenophontem enim et alios plerumque haec verba (φανερὸς γίνομαι) cum participio occurrunt. Cf. Sturzii Lex. Xen. v. φανερός. Lucian. Pisc. 48. Viger. de Id. p. 85. ib. Herm. p. 719.

Aem. Paul. c. V. fin.

(Hutt. T. II. p. 176. Schaef. T. III. p. 54.)

*Ταῦτα μὲν οὖν ἡ ἱστορία λογίζεσθαι καὶ περισκοπεῖν δίδωσι τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις.*

Vix crediderim Plutarchum scripsisse σώζεσθαι. Historiae enim munus eo absolvi dicitur et creditur, ut doceat, utque prudentiores reddat homines, vel, ut Thucydides L. I. c. 22. ait: Ὅσοι βουλήσονται τῶν τε γενομένων τὸ σαφὲς σκοπεῖν, καὶ τῶν μελλόντων ποτὲ αὖθις, κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, τοιούτων καὶ παραπλησίων ἔσεσθαι, ὠφέλιμα κρίνειν, αὐτὰ ἀρκούντως ἕξει. Quem locum Plutarchum respexisse non negaverim. Igitur a Plutarchi manu magis crediderim esse σωφρονίζεσθαι vel potius σοφίζεσθαι, quod vocabulum, quamquam plerumque ut

Medium occurrat, tamen apud Xenophontem *) quoque et alios significatione passiva reperiri constat. Nostro etiam loco hic sensus multo magis convenit. Non enim de *salute* sermo est in praecedentibus, sed *de vita sapienter regenda.* Consentire nobiscum etiam videtur interpres Plutarchi gallicus, Amyotus, qui ita hunc locum reddidit: *Ce sont les beaux exemples, que l'histoire met devant les yeux à ceux, qui les veulent peser et considerer, pour en tirer instruction de bien vivre et se bien gouverner.* Cujus auctoritati ut nonnihil tribuam, facit Wyttenbachii V. Cl. de eo judicium, dicentis Cap. III. Sect. II. §. 5.: „Usu se cognovisse, locos com- „plures corruptos ita versos esse ab Amyoto, ut ap- „pareat, eum emendationes probabiles expressisse, „sive ex conjectura profectas illas, sive ex libris „scriptis petitas. In praefatione *Vitarum* (Amyo- „tus) ipse profitetur, se codicum Italicorum colla- „tiones habuisse. In epistola ad Carolum regem *Mo- „ralibus* praemissa scribit, se usum esse codicibus „manu scriptis et conjecturis virorum quorundam „doctissimorum. Ex his viris praecipuum fuisse „Adrianum Turnebum, ut ab aliis monitum est, ita „ego intellexi comparatione interpretationis Amyo- „tianae cum exemplo Turnebiano. Codices anti- „quos eum accuratissime evolvisse, testatur gravis „sane et aequalis testis B. Brissonius De ritu Nuptia- „rum p. 318.“ Kaltwasserus quoque ad nostrum sensum: *„Dergleichen Züge legt die Geschichte „denen, die sie benutzen wollen, zur Unter- „suchung und näheren Betrachtung vor.“*

---

*) Mem. Socr. I. 2. 46. *τοιαῦτα καὶ ἐμελετῶμεν καὶ ἐσοφιζόμεθα·* quod equidem verti posse credo: De his et ipsi meditati et ab aliis *edocti sumus.*

Ib. c. XXXI.

(Hutt. T. II. p. 213. Schaef. T. III. p. 88.)

"Ἥκοντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ μετὰ τῆς ἀληθινῆς νίκης, ἀφαιρεῖσθε τῶν μὲν θεῶν τὴν τιμὴν, αὑτῶν δὲ τὴν χαράν.

Quamquam fere actum agere videri possit, qui de Reiskii commentis e Plutarcho ejiciendis multum laborare velit, facere tamen non possum, quin alterum hoc loco idque manifestissimum exemplum addam. Vult ille vel ἀφαιρῆσθε vel ἀφαιροῖσθε, vel, cum Iunt. et Ald. exhibeant ἀφαιρεῖσθαι, addi jubet βούλοισθε, nimirum, ut vertamus: *eripere vultis*: suamque sententiam ita profert, ut particulis *aut—aut* utatur, quasi de retinenda lectione vulgata ne cogitari quidem possit, qua tamen nihil certius est. Verti enim debet: *eripitis* (*quantum in vobis est*) *diis honorem*. Cujus usus et graeca et latina lingua haud rara exhibent exempla, qualia utriusque collecta habemus apud Viger. de idiot. L. gr. p. 196 sq. Et pendet praeterea illud ἀφαιρεῖσθε a prioribus, ubi est: οὐ δεινὸν, εἰ—ἐθύσατε; ita ut verti etiam possit: Nonne indignum est, *quod—sacrificastis* et jam—diis honorem, vobis ipsis laetitiam *adimitis?*

Pelopid. c. XXVI.

(Hutt. T. II. p. 263. Schaef. T. III. p. 136.)

Ὡς οὖν ἐστράτευσεν ἐπὶ Θεσσαλίαν μετὰ δυνάμεως, τήν τε Λάρισσαν εὐθὺς παρέλαβε, καὶ τὸν Ἀλέξανδρον ἐλθόντα καὶ δεόμενον διαλλάττειν ἐπειρᾶτο, καὶ ποιεῖν ἐκ τυράννου πρᾶον ἄρχοντα τοῖς Θεσσαλοῖς καὶ νόμιμον. Male se habet hujus loci distinctio. Si enim ἐπειρᾶτο conjungitur cum verbo διαλλάττειν, nihil est, ad quod referatur δεόμενον, neque scimus, quid Alexander petierit. Ita igitur distinguendum

videtur: *καὶ τὸν Ἀλέξανδρον, ἐλθόντα καὶ δεόμενον διαλλάττειν* (pacem inire), *ἐπειρᾶτο καὶ ποιεῖν ἐκ τυράννου πρᾶον ἄρχοντα τοῖς Θεσσαλοῖς καὶ νόμιμον.* Quamquam malim *διαλλάττεσθαι*, tamen non desunt exempla ejusdem significationis formae activae. Sed fortasse fuit *διαλλάττεσθαι*, quod compendio scripturae facile in *διαλλάττειν* transire potuit. Et ad nostrum plane sensum Xylandrum vertisse video: Et Alexandrum ad se venientem, *pacificationemque requirentem, conciliare Thessalis — — — conatus est.* Ita fere Kaltwasserus.

## Marcell. c. VIII. fin.

(Hutt. T. II. p. 293. Schaef. T. III. p. 163.)

*Ὥστε καὶ τῷ Πυθίῳ χρυσοῦν κρατῆρα ἀπὸ λιτρῶν εἰς Δελφοὺς ἀποστεῖλαι χαριστήριον.* Reiskio videtur excidisse numerus inter *ἀπὸ* et *λιτρῶν*, ita ut vel *ο* (70) vel *λ* (30) repetendum sit ex his vocibus. Schaeferus tria puncta ponit post verbum *λιτρῶν*, ubi ego quoque numerum positum fuisse credo, qui sine dubio fuit *ν*, quinquaginta. De hoc usu vocis *ἀπὸ* vide sis Zeunium ad Viger. p. 582. not. 57. 4.

## Ibid. c. XIV.

(Hutt. T. II. p. 303. Schaef. T. III. p. 171.)

*Θαυμάσαντος δὲ τοῦ Ἱέρωνος καὶ δεηθέντος εἰς ἔργον ἐξαγαγεῖν τὸ πρόβλημα, καὶ δεῖξαί τι τῶν μεγάλων κινούμενον ὑπὸ σμικρᾶς δυνάμεως, ὁλκάδα πριάμενος (Ἀρχιμήδης) τῶν βασιλικῶν — — ἐμβαλὼν ἀνθρώπους τε πολλούς, καὶ τὸν συνήθη φόρτον, αὐτὸς ἄπωθεν καθήμενος — — προσηγάγετο..*

Vocem *πριάμενος* Reiskius uncis inclusit, ut plane supervacaneam et absurdam. Cur enim, ait, Archimedes ab Hierone navigium emeret, ad experi-

mentum in eo faciendum, in gratiam Hieronis, quod Hieron ei hunc ad usum gratuito concedere non solum poterat sed debebat quoque? Ego addo: cur vero, si nihil Plutarchus inter ὁλκάδα et τῶν posuisset, librarius de suo addiderit vocem πριάμενος, neque vero commodiorem aliquam? Huttenus substitui vult aliud verbum, e. gr. αἰρούμενος. Poterat etiam αἰτούμενος. Sed haec nimis longe a libris scriptis recedunt. Obtulit se προϊεὶς vel προϊέμενος (dimittens, emittens), quod nondum plane abjicio, quamquam, quod postea cognovi, Schaeferus non male πορισάμενος edidit: uti enim Archimedes potuit Hieronis navibus, ut suis.

### Aristid. c. XIX.

(Hutt. T. II. p. 370. Schaef. T. III. p. 232.)

Τόνδε ποθ' Ἕλληνες νίκας κράτει, ἔργῳ Ἄρηος,
Εὐτόλμῳ ψυχᾶς λήματι πειθόμενοι,
Πέρσας ἐξελάσαντες, ἐλευθέρᾳ Ἑλλάδι κοινὸν
Ἱδρύσαντο Διὸς βωμὸν ἐλευθερίου.

Abest prior pentameter ab omnibus libris MSS., sed additus primum est a Bryano ex Pausania et Plutarcho De malign. Herod.; eum item exprimi curavit Schaeferus. At sine dubio a Plutarcho ipso omissus fuit, neque igitur in textum recipiendus, cum ad ea, quae Plutarchus docere vult, plane nihil conferat. Sic saepius Plutarchus unum eundemque poetae cujusdam locum aliquoties laudat, pleniorem eum in alio libro exhibens, in alio nonnisi quatenus ad rem praesentem pertinet.

### Philopoem. c. V.

(Hutt. T. II. p. 443. Schaef. T. IV. p. 6.)

Ἐκβοηθήσας δὲ Φιλοποίμην, τοὺς μὲν πολεμίους οὐ κατίσχυσεν ἐξελάσαι, καίπερ ἐῤῥωμένως καὶ παραβόλως διαγωνισάμενος· τοὺς δὲ πολίτας κ. τ. λ.

Vix credo fore quemquam, cui κατίσχυσεν ἐξελάσαι sanum videatur: nam verbum κατισχύω hanc constructionem admittere non videtur. Vulcobius exhibet οὐκ ἴσχυσεν, quod et sensus et linguae ratio admittit. Sed non dubito, quin Plutarchus scripserit οὐκέτ' ἴσχυσεν, quod et sequentia postulant et literarum ductus suadent.

C. Mario c. XLVI.

(Hutt. T. III. p. 136. Schaef. T. IV. p. 188.)

Διὸ μηδὲν στέγοντες μηδὲ διατηροῦντες, ἀεὶ κενοὶ μὲν ἀγαθῶν, πλήρεις δ' ἐλπίδων, πρὸς τὸ μέλλον ἀποβλέπουσι, τὸ παρὸν προϊέμενοι.

Triplicem novimus verbi στέγειν significationem: primum, ut sit id quod κρύπτειν, deinde i. q. βαστάζειν, denique ut significet εἴργω. Nullam vero harum significationum in nostrum locum cadere et praecedentia et quae sequuntur monstrant. Fieri potest, ut quis eam, quam altero loco posui, convenire dicat: cui si id donaverimus, fateri eum oportebit, vocem διατηροῦντες tum non ultra esse tolerandam, sed scribi debere διακαρτεροῦντες. Neque vero hoc loco vulnus latere credimus, cum verbum διατηρεῖν optime conveniat praeteritis; illud enim τοῖς ἀνοήτοις vitio vertitur, quod non *memoria teneant*, quae antea acciderint; ita ut ne vocem στέγοντες quidem mutandam censerem, si significationis hujus (recordandi) exempla suppeterent.*) Sed ne diutius praefando lectorem morer, dicam, mihi legendum videri στέργοντες, quod saepius significat *contentum esse*, v. c. Lucian. Bis Accus. c. 4.

[*) στέγοντες bene habet. Comparantur οἱ ἀμνήμονες καὶ ἀνόητοι cum vase rimoso, quod nihil teneat. Vas quod probum est, στέγει καὶ διατηρεῖ τὰ ἐγχεόμενα. Conf. Plutarch. Alexandr. c. ult. *G. H. S.*]

Opp. T. II. p. 796. Hemst. οὓς ἔδει πάλαι τὰ καθ' αὑτοὺς εἰδότας, στέργειν ἕκαστον τοῖς δεδικασμένοις. Sine dativo casu occurrit eadem significatione ap. Sophoclem Trachin. 994. οὐ γὰρ ἔχω, πῶς στέρξαιμι, κακὸν τόδε λεύσσων; ubi bene restituit Doederleinius στέρξαιμι (pro eo quod Brunkius post Valckenarium dederat στέξαιμι) vertens: *quomodo quietus esse possim.* Cf. cens. Speciminis editionis tragg. Sophoclearum a Doederleinio conscripti in Ephemerid. Heidelb. mens. Jul. 1815. p. 643.

### Sulla c. XXII.

(Hutt. T. III. p. 214. Schaef. T. IV. p. 269.)

*Πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες, ὥσπερ εἰς λιμένα τοῦ Σύλλα τὸ στρατόπεδον κατεφέροντο.*

Sic neque Plutarchus neque alii boni scriptores loqui soleat. Schaeferus nihil mutat.*) Huttenus suspicatur: εἰς τὸ τοῦ Σύλλα στρατόπεδον, ὥσπερ εἰς λιμένα. Bene quidem, sed ad codicum scriptionem propius accederet ea, quam nos proponimus, lectio: ὥσπερ εἰς λιμένα εἰς τὸ τοῦ Σύλλα στρ. Fieri potest, ut quidam loci ad defendendam lectionem vulgatam afferantur; cujusmodi locos viri critici nonnunquam singulares et exquisitos dicere solent. Ego vero crediderim, in rebus minime singularibus, imo simplicissimis auctorem etiam consueta et simplici ratione locutum existimari debere.

### Lucull. c. XXIV.

(Hutt. T. III. p. 314. Schaef. T. V. p. 71.)

*Τῇ δ' ὑστεραίᾳ καὶ ταῖς ἐφεξῆς προῆγε διὰ τῆς Σω-*

---

[*) Cur nihil mutaverim, satis docent Iulianea mea p. XIX. sq. quae, si hic locus pateretur, plurimis augere possem. Eidem scopulo impegit Solanus ad Plut. Anton. c. 9. T. VI. p. 76. extr. Hutt. *G. H. S.*]

φηνῆς, οὐδὲν ἀδικῶν τοὺς ἀνθρώπους προσχωροῦντας αὐτῷ, καὶ δεχομένους τὴν στρατιὰν ἁσμένους.

Minime quidem rarus tam Latinis quam Graecis est usus adjectivorum loco adverbiorum; inprimis vero ejusmodi adjectiva, qualia sunt latinis *lubens, laetus* et similia: graecis ἄσμενος, εὐμενὴς et quae sunt ejusmodi, universe ea, quae quasi participii vim habent. Ille tamen usus non tam late patet, ut per omnes illorum adjectivorum casus a bonis scriptoribus adhibeatur, sed *plerumque* casu nominativo et constructione accusativi cum infinitivo continetur. Sic ea constructione Plutarchus quoque utitur; sed inferius (c. XLII.) scribit: ἥ τε χρῆσις (τῶν βιβλίων) ἦν φιλοτιμοτέρα τῆς κτήσεως, ἀνειμένων πᾶσι τῶν βιβλιοθηκῶν, καὶ τῶν περὶ αὐτὰς περιπάτων — ἀκωλύτως ὑποδεχομένων τοὺς Ἕλληνας — ἐκεῖσε φοιτῶντας — καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων χρειῶν ἁσμένως ἀποτρέχοντας. Quibus rationibus adducor, ut et nostro loco ἁσμένως scribendum esse censeam.

## Agesil. c. IV.

(Hutt. T. IV. p. 75. Schaef. T. VI. p. 5.)

Ὁ δ' Ἀγησίλαος ἐπὶ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν ἦλθε· καὶ τὰ πολεμεῖν προσκρούειν αὐτοῖς ἐάσας, ἐθεράπευε, πάσης μὲν ἀπ' ἐκείνων πράξεως ἀρχόμενος. Sic plerique omnes libri et scripti et editi, quamquam manifesto mendum insit. Codex Sangerman. et editio Juntina exhibent καὶ τὸ προσκρούειν, et sic etiam Schaeferus novissime. In eandem sententiam Amyotus: *car au lieu de prendre querelle et de s'attacher à eux* etc. Mihi vero nihil certius, quam vocem προσκρούειν esse additam a quodam librario, qui usum vocis πολεμεῖν hoc loco minus proprium explicare vellet. Delendum igitur potius, quam novo additamento augendum fuit.

## Ibid. c. XXVI.

(Hutt. T. IV. p. 111. Schaef. T. VI. p. 36.)

*Τῷ γὰρ ὄντι Θηβαίους αὐτοὺς ἑαυτῶν πολεμικωτάτους τότε γενέσθαι φασὶ, καὶ πολλαῖς στρατείαις τῶν Λακεδαιμονίων ἐπ' αὐτοὺς ὥσπερ ἐγγυμνασαμένους.*

Nihil est, quod offendat in his verbis, nisi inspiciamus antecedentia et consequentia. Inde vero patet, Plutarchum ita de Thebanis loqui, quasi non *ipsi per se didicerint* bellare, sed *quasi edocti* a Spartanis. Igitur, praesertim cum accedat particula *ὥσπερ*, quae in proprio sermone usurpari non solet, passivum a Plutarchi manu esse crediderim, restituendumque *ἐγγεγυμνασμένους*, quod quam facile cum illo confundi potuerit, scriptionis et literarum similitudo demonstrat.

## Dion. c. II.

(Hutt. T. VI. p. 169. Schaef. T. IX. p. 2.)

*Καίτοι λόγος τις ἐστὶ τῶν ἀναιρούντων τὰ τοιαῦτα, μηδενὶ ἂν νοῦν ἔχοντι προσπεσεῖν φάντασμα δαίμονος, μηδ' εἴδωλον, ἀλλὰ παιδάρια καὶ γύναια, καὶ παραφόρους δι' ἀσθένειαν ἀνθρώπους, ἔν τινι πλάνῳ ψυχῆς, ἢ δυσκρασίᾳ σώματος, γενομένους, δόξας ἐφέλκεσθαι κενὰς καὶ ἀλλοκότους, δαίμονα πονηρὸν ἐν αὐτοῖς εἶναι δεισιδαιμονίαν ἔχοντας.*

Varia varii hoc loco non admodum impedito tentarunt viri docti. Bryanus sanari posse credit locum, si pro *εἶναι* reponatur *ἕνα* vel *ἀεί*. Moyses du Soul suspicatur *καὶ δαίμονα πονηρὸν ἑαυτοῖς εἶναι*. Reiskius, ut solet iste vir esse audacior, locum mancum esse putat, ita forte supplendum: *δαίμονα πονηρὸν ἔκτοσθεν φαντασθῆναι, ἀγνοοῦντας, ἑαυτοὺς τοῦτον ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν, δεισιδαιμονίαν ἔχοντας.* At hoc quidem est scriptorem docere et cor-

rigere, neque vero librariorum errores. Bryanus et Solanus non male quidem quod ad sensum, hujus certe *ἑαυτοῖς* vel *αὑτοῖς* praeferendum videtur vulgato *αὐτοῖς*, et permulta in omnibus scriptoribus occurrunt loca, quibus ista confunduntur, ita quidem, ut non semper facile sit decernere, utrum spiritus lenis an asper quodam loco sit ponendus *). Ego nullam harum rationum probo, et locum fere sanum existimo. Si quid mutandum, scriberem *δεισιδαιμονίᾳ ἐχομένους* vel: *δαίμονα πονηρὸν ἐν*

*) Incidi in plura loca, quibus unum alterumve perperam positum videtur. Sic ap. Xenophontem Agesil. II. 9. *ὅπως ἕκαστοι αὐτῶν ἄριστοι φαίνοιντο*· legendum videtur eleganti graecismo *αὑτῶν ἄριστοι*, ut est ap. Plutarchum loco supra a nobis aliam ob caussam tractato, Agesil. XXVI. *Θηβαίους τότε αὐτοὺς ἑαυτῶν πολεμικωτάτους γενέσθαι φασί.* — Eodem modo Plut. Dion. c. LI. *ἐκέλευσεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ βαδίζειν* scr. *αὑτοῦ*, jubet enim uxorem Dion in *suam* (*Dionis*) domum ire. Plut. De Alex. fort. II. c. IV. *τέλος δ' (ἡ δύναμις) ἀπομαραινομένη — περὶ αὐτὴν οἷον ἐὐλάς τινας ἀνέζεσεν ἀγεννῶν βασιλέων*· scr. *ἑαυτήν*. — Pompej. c. XXXIII. *ἔπεμψε Φραάτης ὁ Πάρθος, ἀπαιτῶν τὸν νεανίσκον, ὡς αὐτοῦ γαμβρόν*· scr. videtur *αὑτοῦ*. — Oth. c. I. *Τοῦ δὲ Κέλσου — φήσαντος, αὐτοῦ τοῦ τρόπου διδόναι τὸ ἔγκλημα πίστιν· ἐγκεκλῆσθαι γὰρ, ὅτι Γάλβᾳ βέβαιον ἑαυτὸν παρέσχεν.* Sine dubio et prius scribendum est *αὑτοῦ*· ipsam accusationem testari mores *suos* (Celsi, qui loquitur). Plut. de Discr. Am. et Adul. c. XXXIII. *περὶ αὐτοῦ δ' εἶπεν οὐδέν* (Wytt. ed. Lips. p. 222. c. XXI.), ubi recte Huttenum edidisse video ex Ald. Bas. Steph. et Gesn. *αὑτοῦ*. Lucian. Hermotim. c. XVII. *οὐ γὰρ δὴ ἐκείνοις ἂν αὐτοῖς ἐπίστευσας ἐπαινοῦσι τὰ αὐτῶν.* Leg. *αὑτῶν*· *sua* laudantibus. — Simili modo pluribus locis in libris editis legimus *ταῦτα*, ubi auctor sine dubio voluit *ταὐτά*· v. c. Xenoph. Anabas. I, 4. in Wyttenb. Sel. Hist. p. 145. *ταῦτα δὲ ἤγγελλον πρὸς Κῦρον οἱ αὐτομολήσαντες, — καὶ μετὰ τὴν μάχην, οἳ ὕστερον ἐλήφθησαν — ταῦτα ἤγγελλον.* Manifesto legendum *ταὐτά*. Ib. L. IV. 3. 13. pro: *διηγοῦνται ταῦτα* scribendum esse *ταὐτά* ex collato §. 11. videmus: ibi enim primum narrant rem, hoc loco repetunt narrationem eandem. Lucian. de Histor. conscrib. c. IL. *κατὰ ταῦτα γὰρ αὐτὸς, ἄρτι μὲν τὰ Ῥωμαίων ἰδίᾳ ὁράτω κ. τ. λ.* Vult Lucianus: *eâdem* (qua Jupiter) ratione jam res Romanorum inspiciat: quod postulare videtur *ταὐτά*. Sed haec hactenus.

αὐτοῖς τὴν δεισιδαιμονίαν ἔχοντας. Sed videtur non-nisi post εἶναι distinctio minor (comma) ponenda et forte pro αὐτοῖς scribendum αὑτοῖς.

### Ibid. c. XXXII.

(Hutt. T. VI. p. 200. Schaef. T. IX. p. 36.)

*Οἱ, τὸ σεμνὸν τοῦ Δίωνος, ὡς βαρὺ δυσπολίτευτον, ἀπεστρέφοντο.*

Similis est ratio hujus loci et ejus quem supra tractavimus ex Agesil. c. IV.; neque vero eadem. Utrobique offendimur duobus vocabulis absque conjungendi particula positis. Ibi vero jure, ut nobis videtur, exulare jussimus alterum, ut librarii interpretantis fetum: hoc vero loco postliminio reducenda videtur conjungendi particula, scribendumque βαρὺ καὶ δυσπολίτευτον. Neque audiendus Vulcobius, qui pro βαρὺ exhibet ταχύ.

### Brut. c. XLIX.

(Hutt. T. VI. p. 275. Schaef. T. IX. p. 121.)

*Τὸ δ' ἕτερον κέρας, ὡς μὴ κυκλωθείη, — — διεσπᾶτο τὸ μέσον.*

Reiskium male habet illud τὸ μέσον et scribi vult κατὰ τὸ μέσον vel, si hoc minus placeat, subaudiri κατὰ, ellipsi consueta. Sed quod ad hanc ellipsin adtinet, ea dudum explosa est ab Hermanno V. Cl. in Commentatione De Ellipsi et Pleonasmo (Museo Antiquit. Stud. V. I. Fasc. I. p. 165 sqq.). Igitur neque addi κατὰ necesse est. Sensit tamen Reiskius, incommodum esse articulum, quem, quamvis defendi possit, facile tamen ex ultima praecedentis verbi διεσπᾶτο syllaba perperam repetita oriri potuisse crediderim, ideoque plane recidendum.

## Demosth. c. XVIII.

(Hutt. T. V. p. 283. Schaef. T. VIII. p. 74.)

*Τὸ μὲν οὖν συμφέρον οὐ διέφυγε τοὺς τῶν Θηβαίων λογισμούς, ἀλλ' ἐν ὄμμασιν ἕκαστος εἶχε τὰ τοῦ πολέμου δεινά.*

Primo adspectu nihil hoc loco sanius esse videtur, neque ego negaverim, si quis pertinaciter tueri velit vulgatam, habere eum, quo defendat lectionem vulgatam. Sunt tamen rationes haud leves illae, quibus inducor, ut Plutarchum *τοὺς τῶν Θηβαίων λογίμους* (*proceres*) scripsisse credam. Primum enim linea post hanc quinta vox *λογισμὸς* iterum et paullo alio sensu, quam nostro loco sumi deberet, occurrit: *ὥστ' εἰς φόβον καὶ λογισμὸν καὶ χάριν ἐκβαλεῖν* (fort. cum Reiskio leg. *ἐμβαλεῖν*) *αὐτούς·* ubi *λογισμὸν* optime se habet. Deinde usitatum fuit vocabulum *λόγιμοι* hoc, quo nos volumus, sensu, et praesertim de viris quorum in re militari praecipua auctoritas est: v. Pollux Onomast. I. 176. p. 112. ed. Hemst. *) Denique, quamquam perpauca de Thebanorum reipublicae constitutione et institutis sciamus, illud tamen, quidquid Ubo Emmius de imperio populari loquatur, certissimum est, *ὀλιγαρχίαν*, quam dicunt, Thebis fuisse, neque universum populum, sed *proceres* tantummodo, de maximi momenti rebus consilia inire solitos esse.

## Solon. c. XIV. fin.

(Hutt. T. I. p. 215. Schaef. T. I. p. 213.)

*Ἤθελε γάρ κεν κρατήσας, πλοῦτον ἄφθονον λαβών —*

*) ubi conjungitur cum vocibus: *ἀριστεύοντες, καταριστεύοντες.*

Versus hic trochaicus octonarius catalecticus scribi desiderat ἤθελεν, ut sibi constet. Nam, credo, jam dudum recessernnt viri docti ab illo, quem Brunkius (v. c. in Apollonio Rhodio) reducere voluit, more, ut in arsi, ante consonantem, ν ἐφελκυστικὸν omittatur: cf. Matthiae Gr. gr. §. 42. Anm. 2. Ceterum si hoc voluissent editores, et κε scribendum fuit. Sed et hoc loco necessariam esse literam ν docet Matth. l. c. ex Porsono ad Eurip. Orest. p. 64. *)

## Pericl. c. I. init.

(Hutt. T. I. p. 378. Schaef. T. II. p. 101.)

*Ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους, κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν, εἰ κ. τ. λ.*

Voces ὡς ἔοικεν ab interpretibus, Xylandro pariter ac Amyoto et Kaltwassero neglectae sunt et omissae. Contra ea Reiskius eas non modo retineri, sed addi quoque vult post Caesaris nomen ἐπιτιμήσεως χάριν (increpandi caussa), quia absque hac adjectione patere non credit, cur addatur ὡς ἔοικεν. Mihi vero neque abundare quidquam videtur, neque deesse. Commode enim verti possunt illae voces: *ut ajunt*, quomodo verti debent apud nostrum Theseo c. XXVII. λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας (Ἀμαζόνας) ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται. quem locum laudavit Vigerus de Idiot. p. 247. Herm.

## Coriol. c. V.

(Hutt. T. II. p. 63. Schaef. T. II. p. 257.)

*Καί τινες μὲν ᾤοντο δεῖν ὑφίεσθαι τοῖς πένησι καὶ χαλάσαι τὸ σύντονον ἄγαν καὶ νόμιμον.*

---

*) Vide sis de eadem re Hermann. De emendanda ratione Gr. gr. Cap. V. Lib. I. p. 13 sqq.

Displicet Reiskio lectio vulgata et reponi jubet ille *ἀπότομον.* Hujus vero viri me non moveret auctoritas, quippe qui rationes mutandi rarissime afferre soleat. At quae paullo ante praecedunt, nempe οὐδ᾽ ἡ βουλὴ προσεποιεῖτο μεμνῆσθαι τῶν ὡμολογημένων (quae certe si secutus fuisset senatus, appellanda fuissent νόμιμα, nam recte *pacta* vertit Xylander, neque vero ea, quae contra fidem populo datam ad priorem suam agendi rationem instituere parabant): ea me movent, ut ad Reiskii sensum, sed facili et consueta mutatione etiam hoc loco pro voce νόμιμον magis sententiae convenire μόνιμον et hoc Plutarcho reddendum esse statuam.*)

## Cat. maj. c. VIII.

(Hutt. T. II. p. 396. Schaef. T. III. p. 256.)

*Δόξετε γὰρ, ἔφη, ἢ μὴ πολλοῦ τὸ ἄρχειν ἄξιον, ἢ μὴ πολλοὺς τοὺς ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι.*

Nihil facilius fuit, quam ut librarii propter verborum similitudinem et sententiae acumen turbarent loci scriptionem primitivam. Igitur et vulgatam habemus parum commodam indeque profectum est Vulcobii πολλοὺς τὸ ἄρχειν et Anonymi πολλάκις et Reiskii commentum, Plutarchum, uti solet, loqui docentis: ἢ μὴ πολλοῦ ἄξιον ἡγεῖσθαι τὸ ἄρχειν, ἢ μὴ πολλοὺς ἔχειν τοὺς ἄρχειν (vel τοὺς τοῦ ἄρχειν) ἀξίους. Sed nihil mihi verius videtur simplicissima Bryani emendatione πολλοὺς τοῦ ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι· digna fortasse, quae a Schaefero pro vulgata lectione horridiore reciperetur.

---

*) V. Hesych. v. μόνιμος et Pollux Onomast. III. 149. ubi pro μονίμως fuit νομίμως. cf. ib. I. 130. quibus locis item significat *firmum* et *pertinacem*. Et Kaltwasserus nostrum vel Reiskii sensum expressit.

## Othon. c. XV.

(Hutt. T. VI. p. 599. Schaef. T. IX. p. 248.)

*Πιστεύσατε πολλάκις, ὅτι δύναμαι κάλλιον ἀποθανεῖν, ἢ ἄρχειν.*

Incommoda visa est fere omnibus haec lectio. Interpretes sicco pede transierunt, quasi illud πολλάκις non adesset. Solanus excidisse suspicatur, Reiskiano fere modo, post πολλ. verba περὶ τούτων διανενοημένῳ. Reiskius h. l. paullo illo modestius addi vult ibidem: διϊσχυριζομένῳ. His vero adjumentis non opus esse videtur. Ego, si compertum haberem vel probi auctoris exemplum suppeteret, Graecos vocabulum πολλάκις cum comparativo composuisse, nil nisi verborum ordinem immutarem scribens: πιστεύσατε, ὅτι πολλάκις δύναμαι κάλλιον κ. τ. λ. Nunc vero necessaria videtur parva admodum mutatio haecce: πιστεύσατε, ὅτι πολλῷ δύναμαι κάλλιον κ. τ. λ.

## Cimon. c. VII.

(Hutt. T. III. p. 253. Schaef. T. V. p. 11.)

*Ἡγεμόνεσσι δὲ μισθὸν Ἀθηναῖοι τάδ' ἔδωκαν*
*Ἀντ' εὐεργεσίης καὶ μεγάλων ἀγαθῶν.*

Nescio quomodo displicet illud ἀγαθῶν: quod enim exprimi potest hoc verbo, satis expressum videtur voce εὐεργεσίης. Quam facile igitur librario cuidam post illud in calamum quasi incidere potuit ἀγαθῶν, tam commode et recte de virtute imperatoria diceretur ἀρετῶν, quod Plutarchi esse crediderim.

## De sera num. vind. c. XI.

(Hutt. T. X. p. 239sq. Wytt. ed. 1772. p. 41. annot. p. 57.)

*Καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο φαίη τις ἂν ἐν τῷ βίῳ καὶ*

τῷ χρόνῳ τῶν πονηρῶν παρέχειν κακὸν, ἀλλ' *) ἐξελεγχομένης (γοῦν add. Wytt.) τῆς ἀδικίας — — — — ἡ αἴσθησις — ἀνατρέπει τὴν ψυχήν.

Vulgatam lectionem vitii aliquid habere viderunt editores aliique viri critici: variis igitur modis medicinam adhibere instituerunt loco, in quibus, contra morem suum, *Reiskius* explicare maluit tribus modis locum, addita tamen, quasi ἐπιμέτρῳ, emendatione. Primum ex superioribus subaudiri vult τὸ δαιμόνιον, quod quamvis paullo durius sit, ne ita quidem penitus sanaret locum, cum genitivum illum incommodum (τῶν πονηρῶν) non tollat. Deinde παρέχειν positum esse vult nude et impersonaliter pro παρεῖναι vel ἐκγίγνεσθαι vel περιεῖναι, eoque admisso latere ἑαυτὸ tacite supplendum. Haec omnia ut fieri posse nullis exemplis comprobavit, ita luculenter ea demonstrant, Reiskium ipsum parum suis explicationibus fidere. Corrigi denique vult τὸν χρόνον πονηροῖς παρέχειν; sed, cum in viri critici officiis sit, demonstrare, quomodo fieri potuerit, ut hoc vel illud vitium auctorem inquinaret; ego rationem non video, cur haec, si a Plutarcho scripta fuissent, aliquis illa, quam in textu habemus, mutatione obscuriora redderet atque adeo depravaret. *Wyttenbachius* in singulari hujus libri editione p. 57. ait: „pro τῶν πονηρῶν legendum „τῷ πονηρῷ" (quod certe, si jota, ut multi solebant, juxta scriberetur, neque vero subscriberetur, facile in genitivum mutari potuit) „vel τοῖς „πονηροῖς, ut sensus sit παρέχειν τὸ δαιμόνιον τοῖς „πονηροῖς: nisi potius Cel. nostri *Ruhnkenii* emen-

*) Vertendum: *tamen*, *saltem*. Vide similes locos, quibus hac significatione ἀλλὰ occurrit post εἰ, collectos in Sturz. Lex. Xenoph. v. ἀλλά, 8. p. 132. b.

„datio admittenda videatur; qui eleganti conjectura „pro παρέχειν legit ὑπάρχειν." Quamquam auctoris sensui horum duumvirorum conjecturis satisfactum videtur, manet tamen, si Wyttenbachii rationem sequamur, necessitas subaudiendi δαιμόνιον, si Ruhnkenii, genitivus parum commodus. Quae cum reputarem, conjeci: εἰ μηδὲν ἄλλο φαίη τις — — — τὸν πονηρὸν πάσχειν κακὸν κ. τ. λ. quod et sensum exhibet percommodum et facile in lectionem vulgatam transire potuit, cum in duobus verbis prioribus sonus, in posteriore literarum ductus fere cum vulgatis congruant. Et probavit certe Wyttenbachius ipse hanc conjecturam, quam, cum Leidae versarer, cum eo communicavi.

## Ib. c. XXII.

(Hutt. T. X. p. 266. Wytt. ed. sing. p. 86.)

Ὥστε τὴν ψυχὴν ἐποχουμένην, λείως οἷον ὥσπερ ἐν γαλήνῃ τῷ φωτὶ ῥαδίως πάντῃ καὶ διαφέρεσθαι.

Nihil magis manifestum quam vitiosam esse vulgatam. Reiskius suspicatur λείως, οἷον ναῦν ἐν γαλήνῃ, quod probat Wyttenbachius in ed. peculiari; in Oxford. haec adnotat: „Mez. delet οἷον, „Reiskius corrigit ὥσπερ ναῦν." Meziriacus satis commode vidit unum ex his comparandi vocabulis vitiosum esse. Sed si delere alterutrum voluit, interpretem potius redolet ὥσπερ, quod in margine positum vel superscriptum voci οἷον interpretandi caussa, facile aliquis in textum irrepsisse existimet. Melius tamen Wyttenbachius cum Reiskio *navis* significationem desiderare visi sunt; qui recisa altera voce (ὥσπερ), altera addita (ναῦν), expeditum fecerunt sensum et probabilem exhibuerunt lectionem. Mihi tamen locum perpendenti neque voca-

bulum abundare neque deesse visum est, sed additis nonnisi duabus literulis scripserim: *λείως, πλοῖον ὥσπερ ἐν γαλήνῃ, τῷ φωτὶ κ. τ. λ.*

## Ib. c. VI.

(Hutt. T. X. p. 225. Wytt. ed. pecul. p. 19 sq.)

*Τὸν θεὸν δὲ εἰκὸς, ἧς ἂν ἐφάπτηται τῇ δίκῃ ψυχῆς νοσούσης, τά τε πάθη διορᾷν, εἴ πή τι καμπτόμενα πρὸς μετάνοιαν ἐνδίδωσι, καὶ χρόνον γε πρὸς ἐπανόρθωσιν, οἷς οὐκ ἄκρατος οὐδὲ ἄτρεπτος ἡ κακία πέφυκε, προσιζάνειν.*

*Wyttenbachius* in editione peculiari: „Videtur, „ait, excidisse verbum *διδόναι* aut *χαρίζεσθαι* „(post *χρόνον γε*), quod *interpres* quoque suspicatus „est" (et addidit Venet.; quod Wytt. postea in ed. Oxf. a correctore additum censuit). „Certe integra „oratio non potest a *διορᾷν* pendere." *Xylander* enim vertit: tempus correctionis *largiri*. In ed. vero Oxford. Wyttenbachius corrigi vult: *ἡ κακία προσπέφυκεν, ὁρίζειν*, vertens: tempusque correctionis *definire* iis, quibus non mera et incurabilis *inolevit* nequitia. Meziriacus *πέφυκε, πορίζειν*. Priorem suam correctionem satisfacere non posse accuratius rem inspicienti, ipse postea vidit Wyttenbachius. Quid enim faciemus verbo *προσιζάνειν*? In posteriore acquiescendum esse dicerem, nisi jam dudum, antequam ea mihi in notitiam veniret, aliam quandam rationem excogitassem, cujus ne nunc quidem me poenitet. Totum enim tunc locum ita refinxi: *Τὸν θεὸν δὲ εἰκὸς, — — — τά τε πάθη διορᾷν, εἴ πή τι* (aliquatenus) *καμπτόμενα πρὸς μετάνοιαν εἴη· δίδωσι καὶ χρόνον γε πρὸς ἐπανόρθωσιν, οἷς οὐκ ἄκρατος οὐδὲ ἄτρεπτος ἡ κακία πέφυκε.* Particulam *εἴ πη* plerumque cum optativo conjungi do-

cet pluribus exemplis Hoogeveen de particulis c. XIV. Sect. 2. p. 256. ed. Schütz. et Xenophontis locos v. in Sturzii Lex. Xen. v. εἰ, 21. p. 52. ubi ex Cyrop. V, 2, 2. est: εἴ πῃ εἴη αἱρέσιμον τὸ τεῖχος. Pro πέφυκε legi etiam possit cum Wyttenbachio προσπέφυκε vel ἐμπέφυκε, prouti paullo inferius simili modo dicitur: οἷς δὲ ὑπ' ἀγνοίας τοῦ καλοῦ — — — τὸ ἁμαρτητικὸν εἰκὸς ἐγγεγονέναι, δίδωσι μεταβαλέσθαι χρόνον. Quod denique ad vocabulum προσιζάνειν attinet, illud plane delendum puto. Facile enim lector aliquis in margine ad explicandum verbum πέφυκε annotaverit προσιζάνει, quod deinde, loco semel supra turbato, addito ν in textum irrepserit.

## De capiend. ex host. util. c. IV.

(Wytt. p. 305. Lips. Hutt. T. VII. p. 274.)

*Βαθεῖαν αὔλακα διὰ φρενὸς καρπούμενον —*

In notissimo hoc versu ex Aeschyli VII. c. Theb. 578. Schütz. apud ipsum Plut. De aud. poet. c. XI. p. 112. Wytt. Aristide cap. 3. p. 206. Tom. III. Schaef. et apud Aeschylum l. c. scribitur ἄλοκα. Res est momenti fere minimi; idem enim est, utrum ἄλοξ scribas, an αὖλαξ. Sed tamen non retinendum fuit in editionibus illud αὔλακα, tum quod metrum turbat (cum nonnisi apud comicos tribrachys anapaestum antecedere soleat: cf. Hermann. Metr. §. 155—158. inprimis autem ejusdem Praefationem ad suam Hecubae Euripideae editionem peculiarem p. LX. sqq.), tum quod vocabulum αὖλαξ, utpote prosae orationi magis confuetum, sine dubio a quodam librario, qui formae ἄλοξ saepius apud Tragicos obviae (cf. Eurip. Phoen. 18. ib. Valcken.) non meminerat, reponi potuit pro auctoris verbo. Si cum Schützio pro διὰ scriberemus δή, metrum non adversaretur

scriptioni αὔλακα, quamquam eam ne sic quidem retinendam censerem. Ceterum cum nihil in voce διὰ varient Plutarchi codices, nihil mutandum videtur. *) Simili modo non in textu relinquenda fuit vitiosa versus notissimi Epicharmi**) scriptio, qui tamen bis turpiter deformatus occurrit: primum

De Fortuna c. III.

(Wytt. p. 342. Lips. Hutt. T. VII. p. 303.)

*Καὶ νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ᾽ ἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.*

Qua in scriptione illud primum vituperandum est, quod non, ut alii versus, et hic distinguitur a pedestri sermone. Quod si eum ita edi voluisset Plutarchus, non scripsisset, ut est apud poetam, ὁρῇ, sed ὁρᾷ. Hoc vero posito restituendum quoque fuit justum metrum scribendumque: *Καὶ*

*Νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα δὲ κωφὰ καὶ τυφλά.*

Ita vero scribendum esse videmus ex versu eodem, qui occurrit apud nostrum

De Alex. fort. II. c. 3.

(Hutt. T. IX. p. 57.)

*Εἰ μὲν γὰρ (ὥς φησιν Ἐπίχαρμος) νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα δὲ τυφλὰ καὶ κωφὰ τυγχάνει λόγου δεόμενα·*

ubi eodem modo versus a pedestri sermone separan-

---

*) Irrepsit illud αὔλακα pro ἄλοκα etiam loco laudato De aud. poet. c. XI. in quosdam libros scriptos et editos.

**) Versum esse Epicharmi, neque vero, ut Ursinus credidit, Menandri, jam dudum docuerunt viri docti, quos laudat Davisius ad Cic. de Fin. Bon. et Mal. I, 20.

dus scribendusque fuit totus locus: Εὖ (sic. Wytt.) μὲν γάρ πως φησὶν Ἐπίχαρμος·

νοῦς ὁρῇ, καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα δὲ κωφὰ καὶ τυφλά.

quem verborum ordinem etiam exhibet Petav., nisi quod perperam habet κοῦφα pro κωφά. Et cum jam in his levioribus versemur, (quae ut sunt facillima ad corrigendum, ita ab editoribus non sunt negligenda), etiam apud nostrum in libro

De capiend. ex host. utilit. c. VII.

(Wytt. p. 312. Hutt. T. VII. p. 280.)

Οὔτε μὴν τούτου σεμνότερον καὶ κάλλιόν ἐστι τὸ λοιδοροῦντος ἐχθροῦ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, λισσάδα πέτραν φιλοκέρτομον ὡς παρανηχομένους· ἀλλὰ μείζων ἡ ἄσκησις·

et hoc loco versus e carmine anapaestico desumti debebant describi:

— — λισσάδα πέτραν
φιλοκέρτομον ὡς παρανηχομένους.

Sic in

Consol. ad Apoll. c. XIV.

(Wytt. p. 384. Hutt. T. VII. p. 337.)

Οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν αὐτῷ οὔτε γονεῦσι.

quod ad metrum commodius scriberetur sine hiatu αὐτῷ καλόν·, et versus Euripideus ex Iphig. in Aul. 33.

Ib. c. V.

(Wytt. p. 362. Hutt. T. VII. p. 319.)

Τῶν θεῶν οὕτω βουλομένων, ἔσται·

ex ipso Euripide ad justum metrum anapaesticum reducendus et corrigendus fuit:

Τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται.

Sic enim et alio loco, quem notavi olim, reperire vero jam non possum, Euripides τὸ βουλόμενον ἐκείνου (illius sententia) participio Medii passiva significatione utens, locutus est. Cf. Wolle de verb. Graec. med. §. 13. p. 305.*)

## De fortuna Rom. c. II.

(Hutt. T. IX. p. 4.)

— πάσης μὲν ἀρετῆς ἐγγενομένης τοῖς ταῦτα μηχανησαμένοις, πολλῆς δὲ καὶ τύχης συνελθούσης, ὡς ἐνέσται τοῦ λόγου προϊόντος ἐνδείξασθαι.

Petav. Ald. Bas. exhibent ὡς ἔνεστι· neutrum placet; sequitur enim statim illud ἐνδείξασθαι. Vix igitur dubito, quin Plutarchus scripserit ὡς ἂν ἔσται. Sic ἂν cum futuro indicativi occurrit apud Isocratem Areopagit. p. 365. Wolf. (1571. Basil.): οὐκ ἔστιν ὅπως οὐκ ἂν βουλευσόμεθα, καὶ πολεμήσομεν, καὶ βιωσόμεθα, καὶ σχεδὸν ἅπαντα κακὰ πεισόμεθα· cujus loci partem exhibet Vigerus de Id. p. 481. Herm.

## Ib. c. XI.

(Hutt. T. IX. p. 24.)

Εἷς ἀνὴρ μιᾶς ὁρμῇ στρατιᾶς Ἀρμενίαν προσεκτήσατο, Πόντον, Εὔξεινον, Συρίαν, Ἀραβίαν, Ἀλβανοὺς κ. τ. λ. Nihil negligentius hac scriptione in textu relicta. Ejiciendam esse distinctionem post Πόντον quivis statim judicabit. Sed mihi nihil certius, quam etiam vocem Εὔξεινον, ut ineptum glossatoris cujusdam additamentum, esse inducendam. Omiserunt etiam Xylander et Amyotus. Putidum sit af-

---

*) Sic participium activum apud Sophocl. Trachin. 194. τὸ γὰρ ποθοῦν ἕκαστος ἐκμαθεῖν θέλων, passivo sensu vertendum: id quod exoptatur.

ferre loca, quibus probetur, regnum illud ad Ponti Euxini oram *Pontum*, neque vero *Pontum Euxinum* esse dictum.

### Ib. c. XII.

(Hutt. T. IX. p. 28.)

*Πομπεύει δὲ μέχρι νῦν ἐπὶ μνήμῃ τῶν τότε συμπτωμάτων ἡ τύχη, κύων μὲν ἀνεσταυρωμένος, χὴν δὲ μάλα σεμνῶς ἐπὶ στρωμνῆς πολυτελοῦς καὶ φορείου καθήμενος.*

Nemini credo locum accuratius perpendenti placuerit ἡ τύχη, quae vox si genuina esset, appositionem haberet miram, nempe verba κύων et χήν. Quis unquam dixerit, *canem* et *anserem* esse *fortunam* vel *casum*, quamquam in iis fortuna Romanorum in Capitolio servando apparuerit. Ut igitur exulare jussimus vocabulum *Εὔξεινον* animadversione praecedente, ita eodem fere jure ejicimus voces ἡ τύχη, ut glossam vocis σύμπτωμα, eam quidem non tam ineptam, uti priorem, sed tamen vix margini, nedum textui, convenientem. Scribimus igitur distinctione etiam abjecta: *Πομπεύει* (in pompa circumducitur) *δὲ μέχρι νῦν ἐπὶ μνήμῃ τῶν τότε συμπτωμάτων κύων μὲν ἀνεσταυρωμένος, χὴν δὲ — ἐπὶ στρωμνῆς — — καθήμενος.* Verbo singulari numero, quamvis ad duo substantiva pertineat, posito nemo, credo, litem movebit, qui vel ea tantum exempla inspexerit, quae congessere Zeunius ad Viger. p. 194. Herm. et Matthiae Gr. gr. §. 303. *)

*) Omisit vocem ἡ τύχη Xylander: sed idem omisit in versione verba: *ἐπὶ μνήμῃ τῶν τότε συμπτωμάτων*, ut dubium sit, utrum consulto illud, an, ut hoc, negligenter fecerit. Amyotus, retinens id, quod ejecimus, multis verbis nihil, quod satisfaciat, profert.

## De Alex. M. Fortuna I. c. III.

(Hutt. T. IX. p. 33.)

*Τὰ δὲ πρὸ τῆς στρατείας, ἐπὶ τοῖς Φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπέσπαιρεν ἡ Ἑλλάς.*

Vocabulum ἐπισπαίρω, quod hoc uno loco occurrere videtur, Wyttenbachius non sollicitandum esse censet. Et est sane legibus analogiae convenienter effictum. Ita etiam ferri possit ἐπήσπαιρεν, quod quamquam paullum diverso sensu occurrat apud Oppianum (Halieut. 5, 407. ubi est ἐπασπαίρειν μόχθῳ), tamen etiam commode significare posset: *noch nachzucken.* Neque dixerit aliquis nimis poetice sic sermonem pedestrem locuturum; dixit enim simili modo fere poetico Plutarchus infra De Alex. Fort. II. c. XI. p. 75. Hutt. *Ἡ δὲ (τύχη) πάλιν αὐτῷ τὰς Θήβας ἐνέσεισε.* Sed quamquam haec ita sint, movet tamen me et praepositio ἐπὶ paullo ante posita et particula ἔτι, quae, ut sensus sit plenus, requiritur, ut facili mutatione scribendum existimem: ἔτ' vel ἔτι ἤσπαιρεν, quod etiam Amyotus cogitasse videtur vertens: *La Grèce se debattoit encore pour la souvenance des guerres, qu'elle avoit endurées sous mon père Philippus.*

## De Alex. fort. II. c. VI.

(Hutt. T. IX. p. 64.)

*Περὶ δὲ τῆς Δαρείου γυναικὸς, εὐπρεπεστάτης γενομένης, οὐδὲ φωνὴν ἐπαινοῦσαν τὸ κάλλος ἤκουσεν· ἀποθανοῦσαν δὲ — βασιλικῶς ἐκόσμησεν (ὁ Ἀλέξανδρος).*

Mire se torquet Amyotus, ut ex lectione vulgata sensum eruat: *Il ne voulut pas seulement ouir un qui lui en louoit la beauté.* Sed eam stare non posse Reiskius vidit, suspicans (ut amat addere de suo, quae excidisse putat) legendum esse: οὐδεὶς

*αὐτοῦ* (distinctio, quam h. l. Huttenus addit; delenda) *οὐδὲ φωνὴν ἐπαινοῦσαν τὸ κάλλος ἤκουσεν·* et sic vertit Kaltwasserus. Mihi vero nihil deesse videtur, sed facili calami lapsu una irrepsisse syllaba eliminanda, scribendumque: *οὐδὲ φωνὴν ἐπαινοῦσαν τὸ κάλλος ἧκεν.* Si enim Reiskii ratio vera esset, ad sequens verbum *ἐκόσμησεν* vel repetendum esset hujus propositionis subjectum (*οὐδείς*), quod absurdum est; vel negligenter omisisset Plutarchus Alexandri nomen, vel et hoc excidisse credendum esset. Contra ea *φωνὴν ἱέναι* et Plato aliquoties dicit et Xenophon Cyneg. 13, 16. *φωνὴν οἱ μὲν εὐεπῆ ἱᾶσιν, οἱ δ' αἰσχράν.* Sic Lucianus Parasit. 46. p. 871. T. II. Hemst. *τελευτῶν φωνὰς ἀφῆκεν.* De hist. conscrib. 6. *φωνὴν προϊεμένων ἠκούομεν,* et Jove Trag. 27. *φωνὴν ἀφιείς.*

## Ib. c. XI.

(Hutt. T. IX. p. 73.)

*Μικροῦ διὰ τὴν τύχην Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε τὸ δοκεῖν Ἄμμωνος εἶναι,*

Vulgo *πρὸ μικροῦ*, quod jure sustulerunt Reiskius et Wyttenbachius post Xylandrum, vel loco vocabuli *πρὸ* poni jusserunt *παρὰ μικρὸν,* praesertim cum Xylandri codex exhibeat *παρομικροῦ.* Posterius et Hutteno placet, qui tamen prius cum Xylandro dedit. Si abjiciatur *πρὸ*, quod stare non potest, et retineatur *μικροῦ,* quod ad unum omnes exhibent libri, crediderim scribendum esse: *Μικροῦ δεῖν διὰ τὴν τύχην Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε τὸ δοκεῖν Ἄμμωνος εἶναι.* Facile vero *δεῖν* subsequenti voce *διὰ* absorberi potuit propter literarum similitudinem. De phrasi *μικροῦ δεῖν* v. Viger. de Idiot. p. 205. a.

## De Isid. et Osir. c. XLI.

(Hutt. T. IX. p. 159.)

*Διὸ τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν.*

Jam Squirius monuit verum non esse, Aegyptios Typhona Seth *semper* appellasse. *Βεβὼ* et *Σμὺ* eum aliquando vocabant, ut videmus ex c. LXII. p. 189. Certe igitur *ἀεὶ* a Plutarchi manu esse non potest; unde illud Squirius vel plane deleri, vel loco ejus *οἱ* poni voluit. Accedit, quod Salmasius quaerit, num forte *Σάθι* scribendum sit. Unde vir ille doctissimus hoc Typhonis nomen hauserit, reperire non potui. Sed si existimandum est, illud ex fonte haud contemnendo esse prolatum, idque perperam in nomen usitatius transiisse, nostro certe loco et paullo inferius corruptelae caussa facile detegi, mendumque sanari poterit. Fac enim Plutarchum dedicisse: *Τυφῶνα ΣΑΘΙ ʽΟΙ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν·* facile inde fecerit aliquis transpositis literis *ΣΙΘΑ ʽΟΙ.* Alius de nomine *Σὴθ* ex veteri testamento cogitans, simulque fortasse dictantem audiens, qui Itacismum in pronunciando sequeretur, scripsit *ΣΗΘ.ΑΕΙ.* Sic

## Ib. c. XLIX.

(Hutt. T. IX. p. 172.)

— *καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ Σὴθ, ᾧ τὸν Τυφῶνα καλοῦσι.* pro *ᾧ* vulgo erat *αὐ.* Statuamus a Plutarcho esse *Σάθι, ὅ,* unde item alter librarius fecerit *ΣΙΘΑ, ʽΟ,* alter vero eodem, quo supra, modo *ΣΗΘ ΑΥ;* corruptio tolletur, si scribamus priore loco: *Τυφῶνα Σάθι οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι·* posteriore: *καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ Σάθι, ὅ τὸν Τυφῶνα καλοῦσι.* Quae ratio et alias virorum doctorum mutationes supervacaneas redderet.

### Ibid. c. XLVI.
(Hutt. T. IX. p. 167.)

*Καὶ προσαπεφαίνετο, τὸν μὲν (Ὀρομάζην) ἐοικέναι φωτὶ μάλιστα τῶν αἰσθητῶν, τὸν δ' (Ἀρειμάνιον) ἔμπαλιν σκότῳ καὶ ἀγνοίᾳ, μέσον δ' ἀμφοῖν τὸν Μίθρην εἶναι.*

Vocem ἀγνοίᾳ suspectam habere Squirium, ut e glossemate adnotatoris in textum intrusam, ait Huttenus. Neque mihi locum habere videtur. Fortasse irrepsit ex margine in textum, eademque opera extrusit vocabulum legitimum ᾅδῃ. Certe paullo post nostrum locum conjunguntur ᾅδης et σκότος, his verbis: *πόαν γάρ τινα κόπτοντες — τὸν ᾅδην ἀνακαλοῦνται καὶ τὸν σκότον.* Et c. XLVII. extr. de Arimanio: *τέλος δ' ἀπολείπεσθαι* (leg. cum Markl. Reisk. et Wytt. *ἀπολέσθαι*) *τὸν ᾅδην* (in qua voce jam nihil est ejus difficultatis, quam sensit Wytt., si secundum nostrum locum ᾅδης pro Arimanio dictus putetur), *καὶ τοὺς μὲν ἀνθρώπους εὐδαίμονας ἔσεσθαι μήτε τροφῆς δεομένους, μήτε σκιὰν ποιοῦντας.*

### Ibid. c. XLVIII.
(Hutt. T. IX. p. 170.)

*Ἐμπεδοκλῆς δὲ τὴν μὲν ἀγαθουργὸν ἀρχὴν, φιλότητα — καλεῖ, τὴν δὲ χείρονα, νεῖκος οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν.*

Parvum quidem est *παρόραμα*, et jam supra locis quibusdam a nobis notatum, sed tamen reprehendenda editorum inconstantia, poetarum locos nunc a pedestri sermone separantium, nunc cum eo confundentium. Sic hoc loco addita particula τε scribendum et edendum fuit: *τὴν δὲ χείρονα,*

*νεῖκός τ' οὐλόμενον καὶ δῆριν αἱματόεσσαν.*

Fortasse etiam ex Hesychio (*Δήρη· μάχη*) scribendum δήρην.

Ibid. c. LVII.
(Hutt. T. IX. p. 182.)

*Τὴν Πενίαν τέκνων δεομένην τῷ Πόρῳ καθεύδοντι παρακλιθῆναι, καὶ κυάσασαν ἐξ αὐτοῦ τεκεῖν τὸν Ἔρωτα.*

Fortasse errori typothetae debetur illud κυάσασαν, quod nihili est, pro κυήσασαν, neque notarem, nisi, quod in prooemio demonstravi, etiam in Schaeferi editionem tersissimam et accuratissimam talia nonnunquam transiisse vidissem.

Ibid. c. LXXXI.
(Hutt. T. IX. p. 214.)

*Καὶ τὸν ἥλιον ὁ Πίνδαρος ὁρᾶσθαι φησὶν ἐρήμης δι' αἰθέρος.*

Est Pindari locus notissimus Olymp. I. init. Exhibent libri Plutarchei ἐρήμης ex dialecto communi, loco formae doricae. Restitui potuit haec tacite, vel scriptio librorum retineri; parum interfuit, utrum hoc an illud fieret. At certe notula Hutteni opus non erat dicentis: *vulgo* legi apud Pindarum ἐρήμας. Quid sibi vult istud *vulgo?* An forte meliores libri Pindarici aliter? An ex Plutarcho corrigendus Pindarus? Tales notulas melius omisisset vir praestantissimus, quae nihil prosunt peritis, imperitos in errorem inducere possunt. Ejusmodi notulam deprehendi quoque ad vitam Aemilii Pauli c. XXXIX. ubi ad nomen Ἐλέαν adnotat: „Aretinus *Veliam* po„suit, eumque *secutus est* Amyotus.“ Quasi vero hoc memorabile sit, et singulare quiddam! Quasi aliam ii viri urbem intellexerint, quam *Eleam*, et Amyotus nisi Aretino docente vel praeeunte *Veliam* (aeolicam nominis formam) ponere non potuerit! Eo magis miranda est haec animadversio, quod ad ean-

dem urbem Huttenus ad Brutum c. XXIII. ait: *Veliam* Romani vocant. Cic. Phil. I. 4.

---

*Collatio varr. lectt. codd. Palatinorum et ed. Corayi, adjectis aliquot hujus annotationibus.*

Corayus V. Cl. in editione Vitarum Plutarchi nullis usus est codicibus, emendationes tantummodo Stephani, Bryani et Reiskii et quae ab his prioribusque editoribus adnotantur varias lectiones adhibuit, nec Amioti interpretationem Gallicam neglexit. (cf. Corayi περὶ τῆς ἐκδόσεως τῶν παραλλ. βίων τοῦ Πλουτάρχου p. 71. in prim. tom. vit. Plut.)

Hoc loco, quas ejus fert editio lectiones, excerptas exhibebimus, addita varietate lectionis ex codd. Palatinis.

Themist. XII. fin.
(tom. I. p. 127.)

θυμῷ

Timol. XXV.
(tom. II. p. 107.)

φανεροὺς γεγονότας, τοὺς δ' ἄλλους — Idem fert lectio *codic. Palat.* 168.

Aemil. Paul. V. fin.
(tom. II. p. 125.)

σώζεσθαι — *Codex Palat. No.* 168.

*hab.* *ταῦτα μὲν οὖν ἡ ἱστορία λογίζεσθαι καὶ παρασκοπεῖν δίδωσι τοῖς σώζεσθαι βουλομένοις.*

Ib. XXXI.
(tom. II. p. 151.)
*ἀφαιρεῖσθε.*

*Codex Palat.* 168. *πῶς γὰρ οὐδεινὸν εἰπὲν* ...... desunt verba ..... *ἀμφότερον εἰς τὴν πόλιν ἐμπεσούσης κ. τ. λ. ἥκοντος δὲ τοῦ στρατηγοῦ μετὰ τῆς ἀληθινῆς νίκης ἀφαιρεῖσθαι τῶν μὲν θεῶν τὴν τιμὴν κ. τ. λ.*

Pelopid. XXVI.
(tom. II. p. 188.)
Sequitur vulgatam distinctionem

*Cod. Palat.* 169. ponit distinctionem minorem post *δεόμενον.*

Marcell. VIII. fin.
(tom. II. p. 208.)
Ad hunc locum, quem ut Schaeferus excudi curavit, adnotat tom. II. p. 455. „*οἱ πρὸ ἐμοῦ Λύτρων. Ὁ δ' ἀριθμὸς τῶν λιτρῶν οὐχ εὕρηται ἐν τοῖς ἀντιγράφοις, μόνου Ἀμιότου ἐκφράσαντος, Ἀπὸ λιτρῶν πεντήκοντα.*“

*Λιτρῶν* pro *Λύτρων* ex variis lectionibus recepit.

*Cod. Palat.* 169. *ὥστε καὶ τῷ πυθίῳ χρυσοῦν κρατῆρα ἀπολιτρῶν εἰς δελφοὺς ἀποστεῖλαι χαριστήριον*

Ib. XIV.
(tom. II. p. 215.)
Emendavit *πορισάμενος* pro *πριάμενος.*

*Cod. Palat.* 169. *ὁλκάδα πριάμενος τῶν βασιλικῶν*

κ. τ. λ. — infra ἄποθεν pro ἀπωθὲν

Arist. XIX.
(tom. II. p. 261.)

legitur pentameter *Εὐτόλμῳ κ. τ. λ.*

Philopoem. V.
(tom. II. p. 312.)

*οὐ κατίσχυσεν*

*Cod. Pal.* 169. *οὐ κατίσχυσεν.*

C. Mar. XLVI.
(tom. III. p. 94.)

*Διὸ μηθὲν στέγοντες μηδὲ διατηροῦντες κ. τ. λ.*

*Cod. Pal.* 283. *διὸ μηθὲν στέγοντες μηδὲ διατηροῦντες ἀεὶ, κενοὶ μὲν ἀγαθῶν, πλήρεις δὲ ἐλπίδων, πρὸς τὸ μέλλον ἀποβλέπουσιν κ. τ. λ.*

Sull. XXII.
(tom. III. p. 154.)

*ὥσπερ εἰς λιμένα τοῦ Σύλλα τὸ στρατόπεδον κατεφέροντο.*

Lucull. XXIV.
(tom. III. p. 233.)

*ἀσμένους.*

Agesil. IV.
(tom. IV. p. 58.)

*καὶ τὸ πολεμεῖν καὶ τὸ προσκρούειν αὐτοῖς ἐάσας κ. τ. λ.*

*καὶ τὸ προσκρούειν* ex variis lectionibus recepit pro *καὶ προσκρούειν.*

Ib. XXVI.
(tom. IV. p. 82.)
*ἐγγυμνασαμένους.*

Dion. II.
(tom. VI. p. 134.)
*ἐν αὐτοῖς *εἶναι* δεισιδαιμονίαν ἔχοντας.* — Adnotat (tom. VI. p. 388.): *ἐμποδὼν εἶναι τῇ τοῦ λόγου συναρτήσει τὸ ἀπαρέμφατον καὶ οἱ ΠΡ.* (ut videtur, *πρότεροι*) *συνῆκαν· διὸ οἱ μὲν παρῄνουν γράφειν „δαίμονα πονηρὸν ἐν ΑΥΤΟΙΣ ʽΕΝΑ (ἢ ΑΕΙ) δεισιδαιμονίαν ἔχοντας“. οἱ δὲ πιθανώτερον „ΚΑΙ δαίμονα πονηρὸν ʽΕΑΥΤΟΙΣ εἶναι, δεισιδαιμονίαν ἔχοντας,“ καὶ ἄλλοι ἄλλως. Ἴσως ἀπόχρη γράφειν .... ἐν ʽΑΥΤΟΙΣ (ἢ ἐν ʽΑΥΤΟΙΣ ΤΗΝ) δεισιδαιμονίαν ἔχοντας, περιαιροῦντας τὸ ἀπαρέμφατον, ἢ τρέποντας εἰς τὸ ἄρθρον.*

*Cod. Palat.* 168. ..... *δόξας ἐφέλκεσθαι κενὰς καὶ ἀλλοκότους* (ead. man. subscrips. alter. *λ*) *δαίμονα πονηρὸν ἐν αὐτοῖς εἶναι δεισιδαιμονίαν ἔχοντας.*

Ad not. Dion. LI. *εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ*

*Cod. P.* 168. *Dion. cap. LI. ἐκέλευσεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν αὐτοῦ βαδίζειν*

Pomp. XXXIII. *αὐτοῦ*
Othon. I. *αὐτοῦ*

*Cod. P.* 153. de fortuna Alexandr. II. c. 4. *περιαυτὴν οἷον κ. τ. λ.*

Ib. XXXII.
(tom. VI. p. 159.)
*ὡς βαρὺ καὶ δυσπολίτευτον*

*Cod. P.* 168. *ὡς βαρὺ καὶ δυσπολίτευτον*

Brutus XLIX.
(tom. VI. p. 224.)

*διεσπᾶτο μέσον.* — Codex Palat. 168. *τὸ δ' ἕτερον κέρας — — — διεσπάσατο μέσον*

Emendavit pro *διεσπᾶτο τὸ μέσον*, laudans Demetr. cap. XII. (tom. IV. p. 11 et 12.) ubi bis occurrit *ἐῤῥάγη μέσος*, et notam ad Caes. LXVIII. quae dicit: *Ἰσοδυναμεῖ ἡ φράσις Διέσπασαν ἐν μέσῳ, τῷ, Διέσπασαν διὰ μέσου τοῦ σώματος, καὶ ἔστι τοῦ παρακμάζοντος ἑλληνισμοῦ, ἀνθ' ἧς ἡμεῖς μὲν νῦν εἰώθαμεν λέγειν, Τὸν ἔσχισαν εἰς τὴν μέσην, οἱ δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις δόκιμοι, Διέσπασαν μέσον ἔλεγον, ὁμοίως τῷ·* Il. *ν'*, 597.

Demosthen. XVIII.
(tom. V. p. 215.)

*λογισμοὺς* — Adnot. ad verba *ὥστε φόβον καὶ λογισμὸν καὶ χάριν ἐκβαλεῖν αὐτούς*] *ὥστε τοὺς Θηβαίους ἐπιλαθέσθαι καὶ τοῦ περὶ τῶν συμφερόντων λογισμοῦ, καὶ τοῦ φόβου τῶν παρὰ τοῦ Φιλίππου προσδοκωμένων δεινῶν, καὶ τῆς ὀφειλομένης ἐκείνῳ χάριτος ἐπὶ τοῖς προσφάτοις εὐεργετήμασιν.*

Solon. XIV. fin.

(tom. I. p. 156.)

ἤθελον γάρ κεν κρατήσας κ. τ. λ.

ἤθελον ex aliorum emendatione recepit pro ἤθελε et adjicit: ἐκ προσώπου γὰρ τοῦ καταγελῶντος τὸν Σόλωνα λέγεται τοῦτο.

Pericl. I.

(tom. I. p. 281.)

ὁ Καῖσαρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν.

Coriol. V.

(tom. II. p. 46.)

καὶ νόμιμον.

Cato maj. VIII.

(tom. II. p. 279.)

ἢ μὴ πολλοὺς τοὺς ἄρχειν ἀξίους ἡγεῖσθαι

Oth. XV.

(tom. VI. p. 321.)

Πιστεύσατε *πολλάκις*, ὅτι δύναμαι κάλλιον ἀποθανεῖν κ.τ.λ. — adnotat (tom. VI. p. 472.): ἄλλοι ἄλλως διορθῶσαι καὶ ἐξηγήσασθαι ἐπεβάλοντο τὸ παράσιτον τοῦ-

το Πολλάκις, ὃ μήτε νοῆσαι, μήτε διορθῶσαι δυνάμενος, ἀστερίσκοις τέως διείληφα.

Cimon. VII.

Ἀντ᾽ εὐεργεσίης καὶ μεγάλων ἀγαθῶν.

Adnotat ad μεγάλων ἀγαθῶν :— Παρ᾽ Αἰσχίνῃ, Μεγάλης ἀρετῆς.

*Cod. Pal.* 153. de Alexandri M. fort. II. 3. εἰ μὲν γὰρ ὡς φησὶν ἐπίχαρμος νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει· τ᾽ἄλλα δὲ κωφὰ καὶ τυφλά.

*Cod. Pal.* 153. de fortuna Roman. II. πάσης μὲν ἀρετῆς ἐγγενομένοις (ab ead. man. ἐγγενομένης superscr.) τοῖς ταῦτα μηχανησαμένοις πολλῆς δὲ καὶ τύχης συνελθούσης, ὡς ἐνέσται τοῦ λόγου προϊόντος ἐνδείξασθαι

*ibid. XI.* εἷς ἀνὴρ μιᾶς ὁρμῆς στρατιᾶ. ἀρμενίαν προσεκτήσατο· πόντον εὔξεινον· συρίαν· ἀραβίαν· ἀλβανούς· κ. τ. λ.

*ibid. XII.* πομπεύει δὲ μέχρι νῦν ἡ τύχη τῶν τότε συμπτωμάτων· κύων μὲν ἀνεσταυρωμένος, χὴν δὲ μάλα σεμνῶς ἐπι στρωμνῆς πο-

λυτελοῦς καὶ φορείου καθήμενος.

*De Alex. M. fortun. I.* 3. τὰ δὲ πρὸ τῆς στρατείας, ἐπὶ τοῖς φιλιππικοῖς πολέμοις ἐπέσπαιρεν ἡ Ἑλλὰς.

*ibid. II.* 6. ead. fert lectio cod. quae Huttenius exprimi curavit.

*ibid. II.* 11. προμικροῦ διὰ τὴν τύχην κ.τ.λ.

# III.

## VARIAE LECTIONES
## ET OBSERVATIONES
## IN
# ARISTOTELIS ETHICORUM
# AD NICOMACHUM
## LIBRUM I.

SCRIPSIT

CAROLUS ZELL
GYMNAS. RASTADINI PROFESSOR.

Aristotel. Ethic. Nicomach. lib. I. cap. 1. tom. IV. p. 1. ed. Duval.

*πᾶσα μέθοδος.* Μέθοδος h. l. non tam est via et ratio cujuscunque artis vel disciplinae, quam potius ipsa ars aut disciplina, quae certa aliqua ratione tractatur, quo quidem vocabuli usu nihil frequentius apud Aristotelem. Infra hujus libri cap. eodem pag. 2. D. ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται πολιτική τις οὖσα. Poet. cap. 19. p. 21. C. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν διάνοιαν ἐν τοῖς περὶ τῆς ῥητορικῆς κείσθω· τοῦτο γὰρ ἴδιον μᾶλλον ἐκείνης τῆς μεθόδου. cf. Rhetor. I. 1. p. 701. Eth. Eudem. I. 6. pag. 264. B. Rhetor. ad Alexandr. I. 1. p. 831. A. ubi μέθοδοι τῶν πολιτικῶν λόγων sunt disciplinae, quae ad politicam pertinent. Paraphrastes quoque horum librorum Graecus hanc significationem non ignorat I. 3. pag. 11. edit. 1617. alibi. Sed etiam eo, quo nos utimur, sensu reperitur, ut Eth. Nicomach. V. 1. pag. 75. B. ἡ δὲ σκέψις ἡμῖν ἔστω κατὰ τὴν αὐτὴν μέθοδον τοῖς προειρημένοις, alibi, quanquam rarius. Eadem quam nostro loco vim tuetur quoque Politicor. III. 5. 4. p. 103. ibid. 8. 1. p. 161. IV. 2. 1. p. 140. ed. Schneider. Continentur autem iis, quae initio hujus libri posita sunt, quatuor vocabulis, τέχνη, μέθοδος atque πρᾶξις et προαίρεσις, omnia hominum studia et occupationes, omnis agendi et cogitandi ratio, quae quidem cap. 7. init. binis vocabulis complectitur, cum dixit: ἐπειδὴ πᾶσα γνῶσις καὶ προαίρεσις ἀγαθοῦ τινὸς ἐφίεται etc.

*ἐφίεσθαι δοκεῖ* „appetere videtur“ pro „appetit“: atque id quidem partim ex Attici sermonis consuetudine, quae eadem in usu particularum *ἴσως* et *σχεδὸν* obtinet (V. Ast. ad Platon. Phaedr. p. ...), partim Aristotelis proprio more et philosophandi ratione, quae per omnes ejus de doctrina morali libros dominatur, qua quod certa affirmatione positum exspectares non sine dubitatione quadam profertur. Undique exempla occurrunt. Quapropter male argutatur Interpres Graecus ad III. 1. p. 34. C. *τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον ἀναγκαῖον ἴσως διορίσαι τοῖς περὶ ἀρετῆς ἐπισκοποῦσι;* quo quidem loco iste praecipit aut vocabulum *πρῶτον* ante *διορίσαι* cogitatione esse addendum, aut *ἴσως* pro *ὁμοίως* usurpari, significatione rarissima apud Aristotelem non minus, quam apud Platonem (v. Heindorf. ad Gorg. p. 230.). Similis ejus est nec necessaria sedulitas ad III. 9. p. 45. C. (*πενίαν δ' ἴσως οὐ δεῖ φοβεῖσθαι*), alibi, cum nihil difficultatis ejusmodi locis insit.

*παρὰ ταύτας.* Sic etiam Vet. Interp. et ed. Casaubon. Sed a vulgata lectione *αὐτὰς* non est cur recedamus. Tam prope enim abest substantivum, quo pertinet, ut demonstrativum necessario non requiratur; tum *αὐτὸς* nonnunquam pro *οὗτος* vel *ἐκεῖνος* poni docuerunt Heindorf. ad Plat. Lys. §. 2. p. 4. Matthiae Gr. Gr. §. 472. 11.

*ὧν δ' εἰσὶ τέλη τινὰ π. τ. πρ.* Sine controversia scribendum *ἐστὶ* pro *εἰσὶ*, ut mireris hanc labeculam adhuc in textu resedisse. Pluralis saepius sic mendose positus in codd. et veteribus editionibus per totum hoc Aristotelis opus, cujus vitii exempla promere nihil attinet. Sed nequis huc referat II. 8. p. 32. B. *τὰ δὲ πλεῖστον ἀπέχοντα ἀλλήλων ἐναντία ὁρίζονται.* Nam *ὁρίζομαι* activam significationem habet. Cf. II. 2. p. 24. B. VI. 15. p. 109. D. Vet. igitur Interpr. male: „con-

traria determinantur", quem errorem alii cum eo communicarunt. Rectius Argyropylus: „contraria dicunt".

πολλῶν δὲ οὐσῶν πράξεων cod. Vratisl.

πολλὰ γίνεται καὶ τὰ τέλη. — Illud γίνεται duplicem explicationem admittit: aut enim est pro ἐστὶ, ut sexcenties alias (II. 2. p. 24. D. περὶ δὲ τὸ χαλεπώτερον αἰεὶ καὶ τέχνη γίνεται καὶ ἀρετή. ibid. 7. p. 29. D. III. 1. p. 34. C. VIII. 7. p. 139. B.), aut ex argumentationis consequentia usurpatur, ut I. 6. p. 10. B. εἰ δ' οὕτω τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν, quo loco perperam accepit Scholiastes Graecus ita explicans: οὐκ εἶπεν ἐστὶ, ἀλλὰ γίνεται, διὰ τὸ μηδέποτε ἵστασθαι ὀφείλειν τὸν τέλειον ἄνθρωπον ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ. cf. ibid. 8. p. 11. D. Consimilis ratio est, ubi in conclusionibus futurum positum offendimus pro praesenti, ut in ejusmodi locis IV. 1. p. 55. D. VII. 15. p. 127. B. creberrimo, eodemque notissimo loquendi genere, quod etiam in Latini et vernaculi sermonis consuetudine frequentatur. Atque sic praeteritum quoque tempus non ex rerum veritate, sed ex disputationis ratione usurpatur, ut V. 3. p. 76. E. ἐπεὶ δ' ὁ παράνομος ἄδικος ἦν. „cum esset" hoc est, „cum eum ita esse demonstratum sit". V. 7. p. 82. B. 10. p. 87. D. 15. p. 95. D. IX. 3. p. 155. D.

ὑπὸ μίαν τινὰ δύναμιν. — Tenendum est, Aristotelem hoc sensu praepositionem ὑπὸ cum accusativo, non, ut aliis scriptoribus solenne est, cum dativo copulare. Vulgata h. l. lectio est ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετὴν, quam sequuntur CCC. Vratisl. Vet. Int. Ven. I. Bas. δύναμιν contra exhibent El. NC. (in cujus margine ἀρετὴν a recentiori manu adscriptum) codd. Lambin. Ven. II., confirmant Paraphrast. Eustrat. Argyropyl. Aristotelis denique loquendi usus. Denotat enim vocabulum δύναμις non solum, quae propria ejus est significatio, omnem quamcunque vim vel facultatem,

(quemadmodum usurpatur c. c. V. 1. ubi quae in animo insint, tria esse dicuntur: πάθη, δυνάμεις, ἕξεις, cf. Vater. animadvers. ad Aristot. rhetor. p. 77.) sed etiam haud semel eas facultates sive potestates, unde singulae artes et disciplinae exsistunt, adeoque eas artes ipsas et disciplinas. Eth. Nicomach. I. 1. p. 2. C. ὁρῶμεν δὲ καὶ τὰς ἐντιμοτάτας τῶν δυνάμεων ὑπὸ ταύτην (sc. πολιτικὴν) οὔσας· οἷον στρατηγικὴν, οἰκονομικὴν, ῥητορικήν. Laudat Muret. ad h. l. ex Metaphys. VIII. πᾶσαι αἱ τέχναι καὶ ποιητικαὶ καὶ αἱ ἐπιστῆμαι δυνάμεις εἰσί. Magn. Moral. I. 1. p. 192. E. Zwinger. ad Eth. Nic. V. 1. p. 272. Hujus autem universae enunciationis haec est structura, ut protasis ab ὅσαι δ' εἰσὶ procedat usque ad ἐν ἁπάσαις δὲ, quae verba apodosin ordiuntur. De particula δὲ in apodosi usurpata v. Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 297. Vater. animadvers. pag. 9. qui plura ex Aristotele exempla suppeditat, quibus adnumerari debet Polit. VII. 13. p. 589. A. (cap. 12. p. 295. Schneider.) Ἐπεὶ δὲ — δεῖ δ' ἐν ταῖς τέχναις. Reizii certe quidem ratio apodosin verbis ὅτι μὲν οὖν ordientis non satis placet. Ibid. VIII. 6. p. 611. E. (cap. 7. p. 332. ed. Schneid.) plane eadem est structura, quo quidem loco Reizius hanc particulam in consequente membro locum habere dicit. V. Ast. ad Plat. Symp. p. 301.

ἡ χαλινοποιητικὴ vel ἥ τε χαλινοπ. — Margo Casaubon.

*pag.* 2. *A.* ὑφ' αὑτά. — Marg. Casaubon. ὑπ' αὐτὰ, quam lectionem etiam Scaliger maluisse videtur.

δι' αὑτό ex Casaubon. et Victor. Vulgata est δι' αὐτό.

τἆλλα. Victor. Venet.

πρόεισι γὰρ οὕτω γ' εἰς ἄπειρον. — Ven. I. Bas. οὕτως. In πρόεισι subaudiendum est πρᾶγμα vel τοῦτο, minus recte ἡ ὄρεξις, quod cum Graeco Scholiasta vult Muretus, cujus generis plura exempla suppeditat ex Platone Heindorf. ad Theaetet. §. 72. p. 379.

Infra cap. 5. p. 9. A. item est ἐκτείνοντι γὰρ ἐπὶ τοὺς γονεῖς καὶ τοὺς ἀπογόνους καὶ τῶν φίλων τοὺς φίλους εἰς ἄπειρον πρόεισιν. Similis locutio est εἰς ἄπειρα βαδιεῖται a Mureto ad h. l. ex Aristotele laudata. Sed quod Polit. I. 9. p. 408. C. (cap. 3. 19. p. 25. Schneider.) est εἰς ἄπειρον — τῆς ἐπιθυμίας οὔσης, praestare videtur Sylburgii conjectura ἰούσης. Paulo aliter infra IV. 3. p. 57. E. ἔσται δὲ προϊοῦσι φανερώτερον; quod Lambinus parum accurate vertit: ex iis, quae posterius dicentur a nobis, planum fiet, cum sit potius: nobis disputando progredientibus planum fiet. Cf. Eudem. I. 6. p. 264. B.

*B.* ἄρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον etc. — Ἆρ' οὖν cum tono acuto habent codd. Paris. Vet. Interp. Argyropyl. probant Lambinus et Giphanius. Vulgata lectio est ἆρ' οὖν cum interrogatione. De ἄρ' οὖν initio enunciationis posito v. Heindorf. ad Platon. Cratyl. §. 15. p. 73. Gorg. §. 10. p. 15. ibid. auctar. p. 514. qui quidem hanc particulam nostro loco usurpari censet. De ἆρ' οὖν; pro ἆρ' οὖν οὐ; (ita enim interrogatio h. l. accipienda est) v. Idem ad Cratyl. §. 12. p. 18. Sic etiam ἆρα; nude positum reperitur pro ἆρα οὔ; (Hermann. ad Viger. p. 788.) πῶς γάρ; pro πῶς γὰρ οὔ; (Schaefer. ad Sophoc. t. I. p. 230.) τί γάρ; pro τί γὰρ οὔ; (Idem ad Sophocl. Oedip. Col. v. 1679.). Jam, ut ad nostrum locum revertar, quando universam ejus formam et Aristotelis loquendi usum respicio, vulgata lectio ἆρ' οὖν; prae illa altera mihi placet. Vera enim est Mureti ad h. l. observatio, moris esse Aristoteli, ut saepe, quae affirmare institueret, ea interrogando efferret. Eth. Nic. VIII. 15. p. 149. D. ἆρ' οὖν διὰ μὲν τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν; οὗτος γὰρ ὁ δεόμενος. IX. 4. p. 157. B. ἆρ' οὖν ᾗ ἀρέσκουσιν ἑαυτοῖς .... μετέχουσιν αὐτῶν; ἐπεὶ τῶν γε κομιδῇ φαύλων ... οὐθενὶ ταῦτ' ὑπάρχει.

Ibid. 12. p. 169. A. ἆρ᾽ οὖν ὥσπερ τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι ... οὕτω καὶ τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν; κοινωνία γὰρ ἡ φιλία. Quanquam hoc quidem supremo loco Graecus interpres ἄρα scribendum esse diserte dicit, sed frustra, si quid video. Nam omnino creberrimus est apud hunc scriptorem interrogationis per hos libros usus, sive ad significanda varia rationum momenta, sive ut lectorem habeat attentum, sive denique ut ejusdem, cum suo Marte agere invitetur, sensum atque judicium acuat. Cf. IX. 10. p. 166. C. 3. p. 154. E. p. 155. B. C. D. X. 10. p. 185. E. alios locos quam plurimos. Pro ἄρα γε III. 4. p. 39. A. monente Berghio procul dubio scribendum est ἆρα γε: sic enim nonnunquam pro simplici ἆρα dicitur (I. 4. p. 7. C. 11. p. 14. D.). In justa et legitima conclusione est ἄρα γε cum acuto tono, ut v. g. V. 4. p. 78. B.

*εἰ δ᾽ οὕτω, πειρατέον τύπῳ γε περιλαβεῖν αὐτό.* — Vet. Interp. sine γε. *Εἰ δ᾽ οὕτω,* suppresso ἐστί, apud scriptorem verborum parcissimum admodum frequens. Cf. I. 4. p. 6. E. 6. p. 10. B. 11. p. 16. C. Vocabulum τύπος, si quid minus subtile et accurate describitur, cum apud reliquos scriptores haud rarum est, tum a nostro, ut res ipsa, in hoc opere inprimis frequentatur. Est igitur similitudo ducta ab arte statuaria, similibus, quae primum formas quamvis rudes fingunt, quarum ope, ubi satis sunt politae et limatae, accuratiores rerum figurae et imagines conficiuntur. V. Muret. ad h. l. Gatacker. advers. cap. 4. Toup. ad Longin. XII. §. 2. p. 305. quos adhibuit Ast. ad Platon. de Repub. p. 473. Buhle comment. de libris Aristotel. exoter. p. 143. not. ed. Bipont. Multis autem modis haec locutio variatur. Dicitur enim, ut nostro loco, τύπῳ περιλαβεῖν, quemadmodum est etiam III. 12. p. 50. E. et apud Longin.

l. l. tum τύπῳ λαβεῖν, Theophrast. char. 1. etsi ibi quidem unus cod. refert περιλαβεῖν. Porro Eth. Nic. I. 1. p. 3. A. παχυλῶς καὶ τύπῳ. 11. p. 17. A. καθόλου καὶ τύπῳ. II. 2. p. 22. D. τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς. 7. p. 29. E. τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ. V. 1. p. 75. C. ὡς ἐν τύπῳ ὑποκείσθω ταῦτα. X. 6. p. 179. B. τύπῳ διελθεῖν, quod Graec. Scholiast. sic explicat: ἴσον ἐστὶ τῷ οὐ γεωμετρικῶς οὐδ' ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ τῶν ἐπὶ τὸ πολὺ λεγομένων καὶ τῶν δοκούντων ἢ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις ἢ τοῖς σοφοῖς. X. 10. p. 185. E. ἱκανῶς εἴρηται τοῖς τύποις. I. 7. p. 10. D. δεῖ γὰρ ὑποτυπῶσαι. Similiter ibidem C. περιγράφειν usurpatur, ut latine adumbrare, cui opponitur ἀναγράφειν. Eodem sensu, quo περιγράφειν, est ὑπογράφειν Plat. Theaetet. §. 74. p. 383. Heindorf. et ὑπογραφὴ de repub. VI. p. 504. D. VIII. p. 548. D. Quemadmodum etiam σκιαγραφεῖν eadem similitudine dicitur. Creuzer. ad Plotin. de pulcritud. p. 366. not. Opponuntur huic generi plerumque vocabula ἀκριβῶς, διακριβῶσαι, ἐξακριβῶσαι, ἀκριβολογία, quod quidem postremum nonnunquam idem fere valet, quod μικρολογία apud Theophrast. char. 10. alios; ut Eth. Nic. IV. 4. p. 60. E.

δόξειε ἂν τῆς κυριωτάτης. — Marg. Casaub. Ven. Paraphrast. addunt εἶναι: sed perperam. III. 10. p. 49. E. οἱ δοκοῦντες ἀνδρεῖοι. VII. 13. p. 127. B. αἱ φαῦλαι δοκοῦσαι. Conferri potest verbum ἔοικε item nonnunquam omisso εἶναι usurpatum. Platon. Euthydem. §. 42. ed. Heindorf. Gorg. §. 69. p. 98. Jam supra exemplum omissi εἶναι vidimus; nunc alia quaedam, cujus generis non facile apud reliquos Atticos reperias, addam. Eth. Nic. VII. 11. p. 125. B. οὐ τῷ εἰδέναι μόνον φρόνιμος, ἀλλὰ καὶ τῷ πρακτικός (sc. εἶναι). ibid. 14. p. 128. D. ἡ μὲν γὰρ (sc. ἡ ἡδονὴ) ἁπλῶς κακόν· ἡ δὲ πῇ τῷ ἐμποδιστική. Loco modo laudato p. 125. B. αἱ δὲ οὐδὲ ἡδοναὶ (sc. εἰσὶν),

ἀλλὰ φαίνονται, ὅσαι μετὰ λύπης καὶ ἰατρείας ἕνεκεν. I. 11. p. 16. E. πολλῶν δὲ (sc. ὄντων) καὶ παντοίας ἐχόντων διαφορὰς τῶν συμβαινόντων etc.

τοιαύτη δὴ καὶ ἡ πολιτικὴ φαίνεται. — τοιαύτη δὲ ἡ πολ. NC. El. codd. Victor. Venet. Argyropyl. Paraphrast. δ' ἡ πολιτ. libri scripti auctore Mureto. Vulgatam sequitur Vratisl. Atque illud καὶ non videtur esse solicitandum. Est h. l. „eben, gerade". Latine verteris: talis igitur *ipsa* politica videtur; minus recte vel potius contra rationem: „talis igitur *etiam* civilis videtur", ut Lambino placuit. Cf. VII. 1. p. 111. A. ἐπεὶ δὲ σπάνιον καὶ τὸ θεῖον ἄνδρα εἶναι. Polit. VIII. 5. p. 607. D. (p. 325. 2. ed. Schneider.) ἐπεὶ δ' ἐν μὲν τῷ τέλει συμβαίνει τοῖς ἀνθρώποις ὀλιγάκις γίγνεσθαι ..... καὶ χρῶνται ταῖς παιδιαῖς, οὐχ ὅσον ἐπὶ πλέον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν ἡδονὴν, χρήσιμον ἂν εἴη διαναπαύειν ἐν ταῖς ἀπὸ ταύτης ἡδοναῖς. Platon. Gorg. §. 25. p. 52. Heindorf. ταῦτα καὶ θαυμάζων ... πάλαι ἐρωτῶ, ἥτις ποτὲ ἡ δύναμίς ἐστι τῆς ῥητορικῆς.

ποίας ἑκάστους μανθάνειν. — ἕκαστον Codd. Paris. Vet. Int. Argyrop. ἕκαστος Ven. I. Basil.

C. χρωμένης δὲ ταύτης. — Eustrat. Vet. Int. Argyrop. Venet. pro δὲ exhibent γάρ. Perionius δὴ haud dubie operarum vitio. Dici vix potest, quoties hae duae particulae inter se confundantur, quo in genere qui loci mihi mutandi in his libris videantur, ut ad quemque delatus fuero, ita proponam. Ceterum verum esse usu comperi, quod Porson. ad Euripid. Med. v. 34. adnotat: „δὲ et γὰρ saepissime permutantur, quanquam facilius δὲ in γὰρ, quam γὰρ in δὲ migrat." Nostro loco δὲ recte habet.

τελειότερον τὸ τῆς πόλεως. — Perion. legit nescio quo casu τὸ τῶν κοινῶν.

*ἀγαπητὸν μὲν γὰρ καὶ ἑνὶ μόνῳ.* — Ven. I. Bas. *καὶ ἑνὶ καὶ μόνῳ.*

*D. ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφίεται πολιτική τις οὖσα.* — Vet. Int. *τούτου.* Sic accipe, quasi dictum foret: *ἡ μὲν οὖν μέθοδος τούτων ἐφιεμένη πολιτική τις ἐστί.* Plerumque enim, ubi in duorum verborum concursu participium locum habet, haec ratio obtinet, ut ex vernaculi sermonis consuetudine illud verbum, quo actio subjecti continetur, sit finitum, alterius vero, quod modum ejus actionis designat, participium addatur, sed interdum ordine inverso illud verbum, quod primariam actionem indicat, participium recipit, neque solum in *τυγχάνειν, λανθάνειν,* similibus, verum etiam in aliis quibuslibet verbis. Quanquam is quidem locus nondum satis accurate a Grammaticis explicatus est. Non enim plane vaga et incerta ejusmodi participiorum permutatio videtur. Sed v. Heindorf. ad Gorg. §. 86. Reiz. excerpt. ex Aristot. Polit. p. 34. Gregor. Corinth. p. 35. §. 36.

*ἐν ἅπασι τοῖς λόγοις.* — *ἐφ' ἑκάστου γένους* cod. Victor. Ven. II. Eustrat. *ἐν πᾶσι λόγοις* Paraphr.

*οὐδὲ* ante *ἐν τοῖς δημιουργουμένοις* omittunt Ven. I. Basil.

*ὥστε δοκεῖ.* NC.

In *νόμῳ εἶναι* excidit incuria operarum *μόνον.* Vratisl. *νόμῳ μόνῳ.*

*τὰ ἀγαθὰ* pro *τἀγαθὰ* Ven. I. Bas.

*ἕτεροι δὲ δι' ἀνδρείαν.* — Sic habet etiam Basil. II. et Zwinger, vulgo *ἀνδρίαν,* perpetua per veterum libros discrepantia, de qua qui disputaverint laudatos reperies ad Plotin. de pulcritud. p. 228.

*Pag.* 3. *A. περὶ τοιούτων καὶ ἐκ τοιούτων λέγοντας.* — Loquendi genus apud Aristotelem haud infrequens: „cum de his rebus disseramus, ex iisdem-

que principia disserendi sumamus". Infra eadem pag. B. *οἱ λόγοι δὲ ἐκ τούτων καὶ περὶ τούτων.* Rhetor. II. 1. p. 745. B. *περὶ γὰρ τούτων καὶ ἐκ τούτων τὰ ἐνθυμήματα λέγεται.*

*περὶ τῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.* — CCC. *περὶ τοιούτων ὡς ἐπ. τ. π.*

*B. καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ πεπαιδευμένος.* — Codd. quidam *καθ' ἕκαστον ἄρα ὁ καθ' ἕκαστον πεπαιδευμένος* vel *ὁ περί τι πεπαιδευμένος*, teste Muret. et Casaub.

*ἀκολουθητικὸς ὤν, ματαίως ἀκούσεται.* — Ven. I. orationem post *ὢν* puncto distinguit, ut *ματαίως ἀκούσεται* novam enunciationem ordiatur.

*καὶ διώκειν ἕκαστα.* — Cod. Muret. et Paraphr. *διοικεῖν ἕκαστα.*

*οὐ γὰρ παρὰ τὸν χρόνον ἡ ἔλλειψις.* — Vet. Interpr. „a tempore", quasi legisset *παρὰ χρόνου.*

*καὶ πῶς ἀποδεκτέον.* — Vet. Int. *ἀποδεικτέον;* et mox *προεθέμεθα* pro *προτιθέμεθα* El. Idemque *πεπροιμιάσθω* pro *πεφροιμιάσθω.* Eandem formam habet Paraphrast.

*Cap. II. pag. ead. E. Λέγωμεν δὲ ἀναλαβόντες.* — Ven. I. Bas. *λέγομεν.*

*τὴν πολιτικὴν ἐφίεσθαι.* — NC. in marg. *ὀρέγεσθαι.*

*ἀκρότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθόν.* — Eustrat. Victor. *πρακτικῶν ἀγαθῶν* Paraphrast.

*ὀνομαστί* Muret. in comment. nescio unde.

*ὁμολογεῖται.* — Perion. conjicit *ὡμολόγηται;* nec necessario.

*τὴν γὰρ εὐδαιμονίαν καὶ οἱ πολλοὶ καὶ οἱ χαρίεντες λέγουσι.* — *Χαρίεις* h. l. aperte non est de externi cultus et morum elegantia, sed ingenii docti et bonarum artium studio perpoliti. Eodem sensu infra cap. 13. p. 19. A. *ἰατρῶν οἱ χαρίεντες*, ad quem locum Zwinger. eodem sensu apud Hippocratem reperiri adnotavit. Cf.

VIII. 15. p. 148. C. Polit. II. 7. p. 431. D. (cap. 4, 7. p. 58. Schneider.) Platon. Amator. p. 37. ed. Bip. Theag. cap. 12.

*Pag.* 4. *A.* *περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τίς ἐστιν ἀμφισβητοῦσι.* — *τί ἐστιν.* Ven. I. Bas. Vet. Int. Paraphrast. *ἀμφισβίτουσι* mendose Ven. I. Utraque lectio aliquando inter se differt. *Τί ἐστιν* est: „quid sit", h. e. ad quod rerum genus omnino pertineat, quaenam res sit; quae quidem ejus esset, qui beatitudinem plane ignoraret. *Τίς ἐστιν* contra sonat: „qualis sit". Nam quid universe sit omnes scire modo dixit, esse *τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν.* Quanquam non in omnibus ejusmodi locis discrimen inter *τις* et *τι* tam commode potest explicari; sed discrepantia est fere ubique lectionis.

*ὑπὲρ αὐτοὺς λέγοντας.* — Victor. *αὐτούς.* Est *ὑπὲρ αὐτοὺς* supra intelligentiam eorum. V. Heindorf. ad Platon. Parmenid. §. 5. p. 194. Si lectionem Victorianam admiserimus, haud absurde ad eos ipsos, qui magnum aliquid dicunt et sublime quodque intellectum ipsorum adeoque humanum superet, potest referri, ut h. l. fortasse Platonem obscure significet Aristoteles, quae quidem est suspicio Zwingeri.

*B.* *οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι.* — NC. *οἱ διὰ τῶν ἀρ. λόγ.*

*C.* *δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι.* — CCC. Ven. I. et II. Bas. Marg. Casaub. *ἤθεσιν.*

*ἀρχὴ γὰρ τὸ ὅτι.* — Codd. teste Mureto. Marg. Casaub. *ἄρκει.* CCC. in marg. et Bas. III. *ἄρχει:* sed vulgata praestat.

*ὁ δὲ τοιοῦτος ἢ ἔχει ἢ λάβοι ἂν ἀρχάς.* — *ἢ* ante *ἔχει* deest in MSS. Wilkins. *ἔχοι.* NC. Ven. I. Bas.

*D.* In versuum Hesiodeorum primo pro *αὐτὸς* edd. Hesiod. habent *αὐτῷ* v. *αὑτῷ*, (Oper. et D. v. 293.) quam lectionem jam Graev. ex nostro loco

emendandam esse vidit. νοήσει pro νοήσῃ NC. El. Vratisl. Ven. I. Bas. Secundus versus abest NC. El. qui quidem cum etiam ab Eustratio praetereatur, neque ab aliis scriptoribus, qui hoc loco usi sunt, agnoscatur, merito suspectus habetur a Graevio. In marg. Bas. ἦσιν, mutato spiritu. Versu 3tio Ven. I. θηπείται, Bas. πύθηται, utrumque vitiose pro πίθηται. In versu postremo βάληται Vratisl. Ven. I. Bas.

*Cap. III. pag. ead. E.* ἐκ τοῦ βίου ὑπολαμβάνειν legit Vet. Int.

οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι. Iidem sunt, quibus supra opposuerat σοφοὺς et χαρίεντας. Proprie hoc vocabulum est i. q. ὁ βάρος ἐμποιῶν, auctore Scholiasta Platon. ad Gorg. §. 84.; tum universe pinguis, inelegans, incultus. Apud Platonem haec significatio admodum frequentatur; v. Heindorf. ad Cratyl. §. 36. p. 58.; neque minus apud nostrum. Cf. Eth. Nic. X. 8. p. 184. A. Eudem. I. 5. p. 256. A. Polit. VII. 14. p. 593. A. (p. 302. 10. ed. Schneid. quem confer ad h. l. comment. p. 431.) VIII. 5. p. 609. C. (p. 328. 9. Schneid.) 6. p. 612. A. (p. 332. 1. Schneid.) 7. p. 613. B. (p. 334. 7. Schn.) alibi. Multa, sed non satis accurate, disputavit de hoc vocabulo Lambin. ad h. l., multo doctius Muretus. Ejusdem generis homines mox graviori vituperio appellat ἀνδραποδώδεις h. e. servorum instar humiles et abjectos; quo sensu hoc vocabulum saepissime occurrit. Vide III. 13. p. 52. A. Polit. VII. 15. p. 595. A. (pag. 305. 19. Schneider.); substantivum ἀνδραποδωδία ibid. cap. 17. p. 600. A. Confer etiam Eth. Nic. VII. 5. p. 112. A. X. 6. p. 180. D. Heindorf. ad Platon. Phaedr. §. 89. p. 292.

*Pag. 5. A.* διὸ καὶ τῶν βίων ἀγαπῶσι τὸν ἀπολαυστικὸν pro τὸν βίον codd. teste Mureto. ὁμοπαθεῖν. El.

B. φαίνεται δὲ ἐπιπολαιότερον. — Argyropyl. „videtur ab eo distare, quod quaerimus", ut ἔτι πορρωτέρω, aut tale quid Mureto legisse videatur, quod tamen sine dubio est vitiosum.

τἀγαθὸν δὲ οἰκεῖόν τι καὶ δυςαφαίρετον εἶναι μαντευόμεθα. — εἶναι omittit Vratisl. μαντευόμεθα „auguramur" h. e. sine argumentorum firmamento aut rationis luce sponte in eam sententiam deferimur, vel omnino conjicimus. Zwinger. cum de imbecillitate naturae humanae acceperit, aliud quiddam huic vocabulo inesse putavit. Verum vidit Giphanius. Infra VI. 13. p. 109. D. ἐοίκασι δὴ μαντεύεσθαί πως ἅπαντες, ὅτι ἡ τοιαύτη ἕξις ἀρετή ἐστιν. Rhetor. I. 11. p. 737. B. ἔστι γάρ, ὃ μαντεύονταί τι πάντες φύσει κοινὸν δίκαιον καὶ ἄδικον. Platon. Lys. §. 30. p. 35. Heindorf. eodem sensu praeter μαντεύεσθαι etiam reperitur ἀπομαντεύεσθαι. Cf. etiam Theocrit. Idyll. XXV. v. 177. Sophocl. Antig. v. 631.

δῆλον οὖν ὅτι κατά γε τούτους ἡ ἀρετὴ κρείττων. Vratisl. sine γε. Codd. Muret. Wilkins. Ven. I. II. Bas. κρεῖττον; idque Mureto vulgata lectione concinnius videtur. Equidem hanc lectionem vulgatae anteponendam esse nullus dubito. Quae enim ratio apud reliquos quoque scriptores reperitur, ut, siquid de substantivo praedicetur, adjectivum non ejusdem cum suo substantivo, sed neutrius sit generis, haec per Aristotelis libros ita dominatur, ut, ubicunque optio detur, equidem neutrum sine haesitatione reposuerim. Atque hic quidem loquendi usus vel paululum in Aristole versatum non fugiet; sed exempla tamen aliquot ex hoc opere Nicomacheo addam, eaque potissimum, in quibus lectionis varietas ex hac observatione erit dijudicanda. I. 3. pag. 5. D. καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι οὐ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν· χρήσιμον γάρ, καὶ ἄλλου χάριν. Ibid. 5. p. 9. A. φύσει πολιτικὸν

ἄνθρωπος. Ibid. 9. p. 12. C. τοιαῦτα δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις, ubi alii τοιαῦται. II. 7. p. 30. D. — ἐν πᾶσιν ἡ μεσότης ἐπαινετόν. Ibid. 8. p. 32. C. ὁμοιότερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρίᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον. III. 4. p. 37. E. περὶ προαιρέσεως ἕπεται διελθεῖν· οἰκειότατον γὰρ εἶναι δοκεῖ τῇ ἀρετῇ. IV. 9. p. 67. A. ἀντιτίθεται δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ ἡ μικροψυχία μᾶλλον τῆς χαυνότητος· καὶ γὰρ γίγνεται μᾶλλον καὶ χεῖρόν ἐστιν, ubi alii χείρων. Ibid. 15. p. 74. D. εἴη δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές. VII. 3. p. 112. C. αὕτη (sc. ἡ φρόνησις) γὰρ ἰσχυρόταττον. VIII. 1. p. 13. B. οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. VIII. 13. pag. 145. C. φύσει τε γὰρ ἀρχικὸν πατὴρ υἱῶν καὶ πρόγονοι ἐκγόνων; quo loco alii ἀρχικός.

*C.* φαίνεται δὲ ἀτελεστέρα καὶ αὕτη. Sic exhibent Ven. I. II. Bas. Vet. Interp.; reliqui αὐτή. NC. pro ἀτελεστέρα legit ἀσθενεστέρα.

τὸν δὲ οὕτως ζῶντα οὐδεὶς ἂν εὐδαιμονίσειεν, εἰ μὴ θέσιν διαφυλάττων. Ven. I. Bas. ἢ μὴ θέσ. δ. Vet. Int. Marg. Casaub. διαφυλάττοι.

*D.* ὁ δὲ χρηματιστὴς βίαιός τίς ἐστι. Ven. II. Marg. Bas. III. χρηματιστικὸς. Muret. pro βίαιος legit ἄβιος, similiterque Lambin. ex duobus codd. βίος ἄβιός τίς ἐστι; eamque lectionem adscivit Zwingerus. Interpretantur *vitam non vitalem*, quae interpretatio, cum in hac locutione ubique ἀβίωτος, non ἄβιος, βίος occurrat, (v. Valcken. ad Theocrit. Adoniazus. p. 215. B. p. 33. ed. Heindorf.) nescio an non locum habere possit. Giphanius βίαιος non sine ratione explicat „*naturae contrarium*". Is certe sensus, quo h. l. vulgo accipitur de eo, qui in conquirendis divitiis vel vim abhibere non veretur, minus mihi probatur, cum similem locum confero Eudem. I. 5. p. 256. B. Ibi enim est: χρηματιστικὰς δὲ (sc. τέχνας λέγω) τὰς πρὸς

ἀγορὰς καὶ πράσεις καπηλικάς; quod hominum genus vile potius, quam violentum dicas. Quapropter una literula deleta pro βίαιος non inepte legeris ὁ δὲ χρηματιστὴς βαιός τίς ἐστι. Mox δηλονότι uno vocábulo Ven. I. Bas.

καίτοι πολλοὶ λόγοι πρὸς αὐτὰ καταβέβληνται. — Nec res, nec verba satis clara. Multa jam de virtute tanquam summo bono disputata esse dicit. Ubi? A quo? Num in encycliis, ut Zwingerus conjecit? Mihi quidem universe, ut Garvio, accipiendum videtur. Vet. Interpr. vertit: „quamvis multi sermones ad hoc appositi sint"; Argyropyl.: „jactae sunt rationes"; Lambin.: „multae rationes ad ea ostendenda et probanda sunt allatae". Paraphrast. Gr. πολλοὶ λόγοι ἐγένοντο. Potest autem λόγους καταβάλλειν varie explicari: primum accipi potest ut latin. *verba jacere*, quo in genere usurpantur ῥίπτειν, πέμπειν, ἱέναι, ἐκβάλλειν; eodem pertinet ἀναβάλλεσθαι et καταβάλλεσθαι de canentibus, atque etiam locus Homericus varie a V. V. D. D. tentatus hymn. Apoll. v. 20. νόμοι βεβλήαται ᾠδῆς; quod, si occasio data erit, aliquando diffusius demonstrabo. Deinde esse potest: multae disputationes in hac sententia fundatae sunt; quo sensu καταβάλλειν haud semel reperitur; postremum: projecti sunt multi sermones in hanc rem h. e. prolati sunt in medium aut proditi. Quae quidem interpretatio prae ceteris placet, eademque auctorem habet Casaubon. ad Theophrast. char. VIII. pag. 106. ed. Fischer. Non abhorret, hac explicatione admissa, a nostri loci similitudine Polit. VIII. 2. pag. 602. E. et 3. pag. 604. C. (pag. 317. 2. et pag. 320. 1. Schneider.) ubi sunt: αἱ καταβεβλημέναι μαθήσεις et τὰ καταβεβλημένα παιδεύματα, Reizio interprete: disciplinae, quae tanquam in medio sitae sunt, i. e. communes, pervulgatae, usitatae.

*Cap. IV. pag.* 6. *A.* *καίπερ προςάντους τῆς ζητήσεως γιγνομένης.* Vratisl.

*προςαγαγεῖν τὰ εἴδη.* Idem.

*ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς ἀληθείας* sine *γε.* Ven. I. II. Bas. Vet. Int.

*B.* *οἱ δὲ νομίσαντες τὴν δόξαν ταύτην.* Ven. II.

*λέγεται καὶ ἐν τῷ τί ἐστιν.* — NC. El. Ven. II. omittunt *ἐστιν.*

*C.* *ἐπεὶ τἀγαθόν.* CCC. Ven. II. *ἀγαθόν.*

*ἐν τόπῳ δίαιτα.* Codd. Wilkins. Paraphrast. Venet. Marg. Casaub. *ἐν τῷ ποῦ.*

*D.* *μία καὶ ἐπιστήμη.* Ven. I. II. Bas. *μία τις ἐπιστήμη.*

*ἦν* (*ἂν*) *μία τις ἐπιστήμη.* —. Agnoscit illud *ἂν* huc illatum Vratisl. quanquam non est omnino necessarium. Matthiae Gr. Gr. §. 508. Not. 1.

*ἐν πολέμῳ μέν.* Vratisl. post *μὲν* addit *γάρ.*

*καὶ τοῦ μετρίου ...... ἰατρική* desunt NC. El. cujus marg. adscripta sunt.

*αὐτὸ ἕκαστον* pro *αὐτοέκαστον* NC. Ven. I. II. Bas.

*ἔν τε αὐτῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἀνθρώπῳ.* Perion. etiam in commentario *ἐν τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ*; quae lectio nescio unde fluxerit; reliqui omnes recte habent *αὐτοανθρώπῳ* uno vocabulo scriptum.

*E.* *μὴ δὲ λευκότερον.* — Ven. I. Bas. I. vitioso accentu pro *μηδέ.*

*οἱ Πυθαγόρειοι* Vratisl.

*ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἄλλος ἔστω λόγος.* — Post *μὲν* omissum est *οὖν*, ex auctoritate Paraphrast. Gr. Eustrat. ed. Casaubon. eandemque particulam Wilkinson. codices suos sequens expunxit: mihi contra videtur. *αὐτῶν* pro *τούτων* Vratisl. ed. Casaub., ibidem et CCC. *ἔσται.*

*Pag.* 7. *A.* *διὰ τὸ μὴ περὶ παντὸς ἀγαθοῦ τοὺς λόγους εἰρῆσθαι.* — Deest *μὴ* in CCC. Aretin. vers.

idemque a sensu h. loci abhorrere censet Bergius. *ποιεῖσθαι* pro *εἰρῆσθαι* El. Victor. Vet. Interpr.: *dici et fieri*, ut utrumque legisse videatur. Difficilior locus est, ad quem nota est Zwingeri de varietate lectionis, itemque Giphanii, sed, ut mihi quidem videtur, non satis distincte explicantium. Quodsi igitur *μὴ* retinebitur, hic sensus exsistet: posse hoc ab aliquo Aristoteli objici, non de omni illo, quod boni nomen habeat, Platonem statuisse ideas, sed non nisi de iis, quae per se sint bona. Neque haec verba *διὰ τὸ μὴ περὶ παντ. ἀγαθ.* ullo modo ad Aristotelem referri possunt: is enim jam supra de omnibus rebus bonis disseruerat, et de iis, quae per se sunt bonae, et de iis, quae nonnisi ope aliarum. Sin autem *μὴ* deleveris, hic erit sensus: esse ab Aristotele de omni bono sine ullo discrimine disputationem institutam, quasi ad omnia ideae pertinerent, nunc autem pertinere eas nonnisi ad ea, quae per se essent bona.

*λέγοιτ' ἂν τὰ ἀγαθά.* — Reliqui omnes *τἀγαθά*; NC. Vet. Int. *τἀγαθόν.*

*B. ὥστε μάταιον ἔσται τὸ εἶδος.* — Qui latine interpretati sunt hos libros, hunc locum, cum *εἶδος* et *ἰδέαν* non distinguerent, male acceperunt. Si *ἰδέα*, inquit, complectitur omne per se bonum, neque quidquam boni est praeter eandem, quid tunc faciamus *εἴδει*? Nimirum utrumque vocabulum apud Platonem in hoc genere occurrit. Lusus igitur quidam huic loco inest; ut leo aliquando risisse videatur.

*ἐπιφαίνεσθαι* pro *ἐμφαίνεσθαι* Victor.

*C.* Pro *ψιμμυθίῳ* ex Schneider. praecepto (Lex. Gr. sub v.) scribendum erit *ψιμυθίῳ*.

*πῶς δὴ λέγεται.* Paraphrast. Vet. Interp. Argyrop. *λέγονται.* Mox pro *ἄρα γε* scribendum *ἆρά γε*, mutato accentu.

*τῷ ἀφ' ἑνὸς εἶναι.* Ven. I. Bas. *ἐφ' ἑνός.* Mox *συν-*

*τείνειν* pro *συντελεῖν* Vet. Int. qui vertit: *contendere*, idemque Giphanius a Bergio in vetere libro invenisse dicitur; sed in commentariis Giphanii nihil ejusmodi reperi.

*D.* *τὰ νῦν* pro *τὸ νῦν*. Ven. II.

*ἐξακριβοῦν τι γάρ*, addito *τι*. Vratisl.

*εἰ γὰρ καὶ ἔστιν ἕν τι τὸ κοινῇ κατηγορούμενον ἀγαθόν.* — Sine *καὶ* Ven. I. Bas. *καὶ κοινῇ κατηγορ.* in Marg. Duval. nescio unde.

*μᾶλλον εἰσόμεθα καὶ τὰ ἡμῖν ἀγαθά.* Deest *μᾶλλον* Ven. II. Eustrat. neque Paraphrast. legisse videtur.

*πιθανότητα μὲν ἔχει τινὰ* sine *οὖν*. Vet. Int. *τινὰ ἔχει* Marg. Casaub.

*Pag.* 8. *A.* *τὴν ἰδέαν αὐτὴν τεθεαμένος.* Ven. II. Venet. *θεασάμενος.*

*Cap. V. pag. ead. B.* *τί οὖν ἑκάστῃ τἀγαθόν;* Ven. II. *ἑκάστης.*

*τοῦτο δὲ ἐν ἰατρικῇ* Vratisl. pro *δ' ἐν.*

*C.* *εἴ τι τῶν πρακτῶν.* Marg. Casaub. *εἰ ἕν τι*, ut mox pag. eadem D. *εἰ μέν ἐστιν ἕν τι μόνον τέλειον.*

*εἰ δὲ πλείω, ταῦτα.* — In marg. Duval. legere jubemur *εἰ δέ*, *πλείω ταῦτα*, mutata interpunctione; sic esse apud Eustrat. et sic sequentia legendum esse docere. Hac lectione admissa, *εἰ δὲ* idem est quod *εἰ δὲ μή*. V. Heindorf. ad Plat. Euthydem. §. 54. p. 345.

*μεταβαίνων δὴ ὁ λόγος.* — *δὲ* Lambin. Zwinger.

*ἐπεὶ δὴ πλείω.* — *ἐπεὶ δὲ* vulgata lectio est; cum hac edit. consentiunt Argyropyl. Lambin.

*οἷον πλοῦτον, αὐλοὺς καὶ ὅλως τὰ ὄργανα.* — Quanquam hic locus ab omnibus sic legitur et sensum habet haud obscurum, tamen non possum non indicare, me mendum in eo odorari. Mira mihi semper visa est h. l. tibiarum cum divitiis conjunctio, quidquid pro ea dici possit. Quid? Nonne *αὐλοὺς* ex

proxime sequenti ὅλως natum esse suspicemur? Sed nihil certi pronuntiare ausim.

τῶν καὶ καθ' αὑτά. Sine καὶ El. NC. Ven. I. II. Bas. Vet. Interpr.

*E.* καὶ διὰ τούτων ὑπολαμβάνοντες — addito καὶ Ven. I. Bas.

*Pag.* 9. *A.* βίον μονώτην. Sic etiam Vratisl. Ven. I. II. Venet. Bas. Victor. Paraphrast. Wilkins. Reliqui μονότην.

ὃ μονούμενον αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον καὶ μηδενὸς ἐνδεᾶ. Vratisl. ὃ μονούμενον ἀγαθὸν αἱρετὸν ποιεῖ τ. β. Codd. Wilkins. ut vulgo, sed in marg. El. secunda manu adscriptum ὃ μον. ἄρκιον καὶ αἱρετὸν π. τ. β. eodemque modo legit Vet. Interpr. Paraphrast. atque etiam, ut videtur, Eustrat. Is enim ita h. l. explicat: ἐκεῖνο γάρ φησιν αὔταρκες εἶναι ὁμολογούμενον, ὃ καὶ μόνον καθ' ἑαυτὸ λαμβανόμενον ἄρκιον καὶ ἀνελλιπῆ καὶ αἱρετὸν ποιεῖ τὸν βίον. Marg. Casaub. ἄρκιν καὶ αἱρετόν. Ven. I. Bas. ἐνδεῆ. Mox τοιοῦτο Ven. I. Bas.

*B.* ὑπεροχὴ γὰρ ἀγαθῶν. Venet. Ven. II. ἀγαθοῦ.

ἀγαθῶν δὲ τὸ μεῖζον. Vratisl. ἀγαθὸν δὲ τὸ μ. Venet. Marg. Casaub. ἀγαθὸν δὴ τ. μ.

τέλειον δή τι φαίνεται καὶ αὔταρκες. Marg. Casaub. τέλειον δή τι καὶ αὔταρκες φαίνεται.

πάντων τῶν πρακτῶν. Sic etiam Ven. I. II. Bas. Vulgo sine πάντων.

*Cap. VI. pag. ead. D.* ἐστί τι ἔργον αὐτοῦ. Venet. Marg. Casaub. ἔργον τι.

ἐστὶν ἔργα. Venet. Marg. Cas. εἰσίν.

*E.* τί οὖν δὴ τοῦτ' ἂν εἴη. Ven. II. omittit δή. Vratisl. εἴη.

καὶ αὐξητικὴν ζωήν. NC. Ven. II. omittunt ζωήν.

ἑπομένη δὲ αἰσθητική. Ven. I. Bas. ἑπομένως. Mox αὐτὴ Marg. Caus. αὕτη Ven. I. Bas. mendoso tono.

*Pag.* 10. *A.* τοῦ λόγον ἔχοντος. Vratisl. omittit articulum.

εἰ δ' ἔστιν ἔργον ἀνθρώπου. Argyrop. Lambin. Zwinger. ἐστὶν οὖν.

*B.* ἀνθρώπου δὲ τίθεμεν. Sine δὲ Ven. I. Bas. δὴ Venet. μὲν pro δὲ Zwinger.

πράξεις. Marg. Cas. πράξες. Ven. II. Vet. Interpr. πρᾶξιν.

*C.* περιγεγράφθω. NC. περιγραφόμενον οὖν.

*Cap. VII. pag. ead. D.* ἀναγράφειν. NC. El. ἀναγράψαι.

παντὸς εἶναι. Vratisl. supra lineam adscriptum habet ἀνθρώπου.

ἀγαθὸς εἶναι. Venet. Marg. Cas. εἶναι ἀγαθός.

*E.* παντὸς γάρ. Paris. τοῦ παντός.

*Pag.* 11. *A.* δοκεῖ οὖν. NC. El. Vet. Interp. Argyrop. δοκεῖ γάρ.

*B.* συμφανῆ γίνεσθαι. Sic etiam Vratisl. Venet. Casaub. Vulgo ἐμφανῆ.

*Cap. VIII. pag. ead. B.* περὶ αὐτῆς. Victor. Venet. et Eustrat. αὐτοῦ. Giphan. illud αὐτῆς ad ἀρχῆς refert, quod proxime praecedit; sed non absurde atque adeo melius εὐδαιμονία intelligenda videtur.

*C.* περὶ (τὴν) ψυχὴν τίθεμεν. — τὴν habet Venet. Casaub. Reliqui omittunt.

*D.* ὥστε καλῶς ἂν λέγοιτο .... φιλοσοφούντων. Ὀρθῶς δὲ καὶ, sequentia. Vulgata lectio recte habet, commode certe quidem defendi potest. Muretus, ὀρθῶς δὲ καὶ et λέγονται deletis, orationem perpetuat usque ad οὕτω. El. etiam caret vocabulis ὀρθῶς δέ; in cujus margine haec in aliis exemplis scribi adnotatum est. Pro φιλοσοφούντων NC. El. Vet. Int. φιλοσόφων.

οὕτω γάρ. Vulgo οὕτως; sed ut in nostra edit. est etiam in Vratisl. Ven. I. Bas.

εὐζωΐα τις εἴρηται. NC. ἔσται.

*Cap. IX. pag. ead. E.* τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν. Ven. I. Bas. εὐπορίαν.

ἀλλ' ἕν γε τι ἢ τὰ πλεῖστα κατορθοῦν. — CCC. Ven. I. Bas. ἀλλ' ἐπί τι καὶ τὰ πλεῖστα. Argyropyl. etiam: aliqua ex parte. NC. ἢ καὶ τὰ πλεῖστα. Vratisl. ἀλλ' ἐπί τι ἢ τὰ πλεῖστα. Vet. Interpr. πλείονα pro superlativo.

*Pag.* 12. *A.* μηδὲν ἀγαθὸν ἀποτελεῖν — Paraphrast. μηδὲν sine ἀγαθόν.

ὥςπερ δὲ Ὀλυμπιάσιν. Vratisl. ὥςπερ γάρ.

*B.* ἐπίβουλοι γίγνονται. Idem vitiose pro ἐπήβολοι.

θέαμα δὲ τῷ φιλοθεώρῳ. — φιλοθεάμονι Ven. II.

*C.* τοιαῦτα δὲ αἱ κατ' ἀρετὴν πράξεις. Venet. Marg. Lamb. τοιαῦται δ' ἀεὶ αἱ κατ' ἀρ. πρ. Ven. II. τοιαῦται δὲ ἀεὶ αἱ κ. ἀρ. πρ.

τοιαῦται δὲ αἱ NC. Ven. I. Bas. Vet. Int. Eustrat. Victor. Zwinger. Mox εἰσὶν post καὶ τούτοις omittit Vratisl.

οὐδὲν δὴ προςδεῖται. Vet. Int. δέ. Mox τὸ δικαιοπραγεῖν mendose Bas.

*D.* ἀλλὰ μὴν καὶ ἀγαθαί γε καὶ καλαί. Vratisl. ἀλλὰ μήν γε ἀγαθαὶ καὶ καλ.

ὡς εἴπομεν. Marg. Bas. III.

*E.* ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν. Vratisl. οὗ τις ἐρᾶται τυχεῖν. Ven. I. Bas. II. ἥδιστον δὲ τυχεῖν, οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ. Paraphrast. et Eudem. I. 1. ubi item hi versus occurrunt: πάντων δ' ἥδιστον, οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν. Vet. Int. πέφυχ' non expressit.

τὰ καλὰ πράττειν. Codd. teste Muret. τὸ τὰ καλ. πρ.

*Pag.* 13. *A.* καθάπερ δι' ὀργάνων. Marg. Bas. III. καθάπερ εἴρηται δι' ὀργ. Ven. I. Bas. Paraphrast. ἢ διὰ φίλων.

εὐδαιμονικός. Bas. εὐδαιμονικῶς.

εἴτῳ πάγκακοι παῖδες εἶεν, ἢ φίλοι, οἱ ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσι. NC. non agnoscit ἢ φίλοι. Ven. I. Bas. ἢ φίλοι ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσι. Veram scripturam servavit Vet.

Int. a Paraphrasta confirmatam, in quam Zwinger. quoque delatus est: εἴτῳ πάγκακοι παῖδες εἶεν, ἢ φίλοι, ἢ ἀγαθοὶ ὄντες τεθνᾶσι. Vet. enim Interpr.: sicui pessimi filii sunt vel amici vel boni existentes mortui sunt. Paraphrast., omissis, ut in Eliensi, vocabulis ἢ φίλοι, sic: (οὐ πάνυ εὐδαιμονικὸς) ἢ κακοὺς παῖδας ἔχων ἢ ἀγαθοὺς ἀποβαλών. Argyropyl. etiam: sicui perpravi sint filii vel amici, aut boni existentes mortui sunt.

*B.* οὖν post ὅθεν addit NC. Mox ἔνιοι δὲ τὴν ἀρετὴν pro spuriis habet Giphanius.

*Cap. X. pag. ead. C.* ἀνθώρποις operarum vitio Bas. I.

ὅσῳ βέλτιστον. Victor. Venet. Paraphrast. ὅσῳ βέλτιον. Vratisl. Marg. Bas. III. Argyropyl.

*D.* κἂν εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν. — κἂν h. l. ponitur tanquam sit καὶ, quae ratio, quanquam per omnes libros Aristoteleos regnat, cur nondum sit a Grammaticis observata, merito miratur Schneider. ad Polit. II. 1. 1. p. 74. comment. Φαίνεται — — τῶν θειοτάτων εἶναι. Genitivo Attici sic uti solent, suppresso ἕν vel ἕν τι. Wolf. ad Leptin. p. 217. Heindorf. ad Gorg. §. 171. p. 171. Eademque ratio etiam ab Aristotele frequentatur. VII. 12. p. 126. B. ἔτι δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐπισκέψασθαι περὶ αὐτῶν. Sed non minus crebro illud vocabulum, unde genitivus pendet, additum legitur. VIII. 1. p. 132. D. ἥ τε φιλοφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἕν τι εἶναι.

καὶ θεῖον καὶ μακάριον sine τι. Vratisl.

δυνατὸν γὰρ ὑπάρξαι. Venet. Argyrop. Marg. Casaub. δύναται. Giphan. in comment. ad h. l. nescio quo casu legit δυνατὸν ὑπάρξει.

*E.* τὰ κατὰ τέχνην. El. CCC. NC. pro τέχνην legunt ἀρετήν.

*Pag. 14. A.* πέφυκεν ὀργανικῶς. Ven. I. Bas. ὀργανικά.

ποιούς τινας καὶ ἀγαθούς. NC. ἢ ἀγαθούς.

*B.* πολλαὶ γὰρ μεταβολαί. Codd. teste Mureto, et Vet. Int. δέ. Giphan. h. l. γὰρ pro δὲ accipiendum esse dicit.

*C.* εὐδαιμονίσει. El. Ven. I. Venet. Bas. Paraphrast. εὐδαιμονίζει.

*Cap. XI. pag. ead. D.* εἰ δὲ δή. NC. CCC. εἰ δὲ δεῖ.

ἐκτὸς ἤδη τῶν κακῶν ὄντα. Ed. Valder. ὄντων; correxit manus Scaliger. ὄντα.

*E.* τῷ τεθνεῶτι καὶ κακὸν καὶ ἀγαθόν. Ven. I. Bas. καὶ καλὸν κ. ἀγ.

ἐνδέχεται πολλὰς μεταβολάς. Venet. Marg. Cas. πολλὰς μεταβολὰς ἐνδέχεται.

ἀγαθοὺς εἶναι. Venet. Marg. Cas. τῶν ἀγαθῶν εἶναι, quae quidem lectio vulgatae praestare videtur. Vid. ad cap. 10. p. 13. D.

*Pag.* 15. *C.* ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις .... ὀρθόν, (οὐ γὰρ .... ). Signum interrogationis post ὀρθὸν operarum incuria excidit; editor post τοῦ ἐναντίου transponendum esse in margine conjicit. Atque haud dubie eousque procedit interrogatio.

*D.* τῶν ἀνθρωπίνων βεβαιότης. Vratisl. NC. El. Ven. II. Venet. Vet. Interpr. Argyropyl. Paraphrast. μεβαιότης mendose Ven. I.

τούτων δ' αὐτῶν αἱ τιμιώταται. Nescio, quo casu excidit καὶ μονιμώταται, sic enim vulgo legitur. El. in marg. Ven. II. Venet. Paraphrast. τιμιώτεροι, μονιμώτεροι. Vet. Int. τιμιώτατοι, μονιμώτεροι. Mox διὰ τὸ μάλιστα διατείνειν καὶ συνεχέστατα καταζῆν Vet. Interp. legit. Sic enim ille: propter maxime contendere et maxime continue vivere.

ἔοικεν αὐτίῳ. Venet. Ven. II. Vet. Interp. αἴτιον. Atque sic etiam ἔοικε cum nominativo junctum VIII. 7. p. 138. E. τούτων δὲ μᾶλλον ἔοικε φιλία ἡ διὰ τὸ ἡδύ.

Nimirum εἶναι cogitatione supplendum est. Cujus generis exemplum ex Platone protulit Heindorf. ad Gorg. p. 98. §. 69. et participii hac ratione cum ἐοικεν copulati bina exempla Matthiae Gr. Gr. p. 796. ex Platonis Cratylo et Aristophane; quorum alterum Platonicum Platonis editor doctissimus nequaquam satis certum habere videtur ad Cratyl. §. 77. p. 119. Quapropter cum verbi ἐοικέναι significatio dativum proprie poscat, paucique loci nominativum referant, hoc loquendi genus mihi adhuc est suspectum.

περὶ αὐτὰ λήθην. NC. CCC. Vet. Interpr. Argyropyl. αὐτάς. Non mutandum est αὐτὰ, quanquam ad ἐνεργείας κατ' ἀρετήν sit referendum. Sic enim optimi quique pronominibus utuntur in genere neutro, ad substantiva masculini aut feminini generis referendis, notionem substantivi significandi ad notionem rei cujuscunque revocantes. V. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 84. p. 139. ad eundemque locum Wyttenbach. p. 255. Quapropter in consimili loco Theophrast. char. XXVII. init. ταῦτα, cum intelligantur ῥήσεις, non erat mutandum in ταύτας, quod nonnullis V. V. D. D. placuit. Sic apud nostrum infra III. 15. p. 54. B. ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ . . . . καὶ γὰρ ἐθισθῆναι ῥᾷον πρὸς αὐτά h. e. ἡδονήν. Polit. VII. 13. p. 589. C. δεῖ καὶ χορηγίας τινὸς τὸ ζῆν καλῶς, τούτου δὲ ἐλάττονος μὲν τοῖς ἄμεινον διακειμένοις, πλείονος δὲ τοῖς χεῖρον. Pertinent autem ejusmodi generum, numerorum, vocabulorum inter se permutationes omnino ad id genus loquendi, siquis sensum magis sequatur verborum, quam grammaticam rationem, quod cum in hunc scriptorem in primis cadat, aliquot hujus usus exempla promere, non erit a proposito nostro alienum. Ac primum quidem crebro variatur numerus, ut singularem sequatur pluralis, et vicissim pluralem singularis. I. 13. p. 20.

C. διορίζεται δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν διαφορὰν ταύτην· λέγομεν γὰρ αὐτῶν, τὰς μὲν διανοητικὰς, τὰς δὲ ἠθικάς. III. 7. p. 42. E. τοῖς μεθύουσι διπλᾶ τὰ ἐπιτίμια· ἡ γὰρ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ· κύριος γὰρ τοῦ μὴ μεθυσθῆναι. Ibid. 9. p. 46. A. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ καὶ ἐν νόσοις ἀδεὴς ὁ ἀνδρεῖος· οὐχ οὕτω δὲ, ὡς οἱ θαλάττιοι· οἱ μὲν γὰρ (sc. οἱ ἀνδρεῖοι) ἀπεγνώκασι τὴν σωτηρίαν .... οἱ δὲ εὐέλπιδές εἰσι παρὰ τὴν ἐμπειρίαν. VIII. 3. p. 133. C. οὐ γὰρ ᾗ ἐστιν, ὅς ποτέ ἐστιν ὁ φιλούμενος, ταύτῃ φιλεῖται, ἀλλ' ᾗ πορίζουσιν. Ibid. D. ἀπολυθέντας οὖν δι' ὃ φίλοι ἦσαν, διαλύεται καὶ ἡ φιλία, ὡς οὔσης τῆς φιλίας πρὸς ἐκεῖνα. Alia ex utriusque sermonis scriptoribus exempla v. apud Davies. ad Cic. de Nat. Deor. I. 19. Deinde etiam plane diversae orationis partes permiscentur, ut adjectiva cum substantivis, verba cum substantivis et id genus alia. VI. 8. p. 103. B. τῆς δὲ περὶ πόλιν, ἡ μὲν ὡς ἀρχιτεκτονικὴ φρόνησις, νομοθετική· ἡ δὲ, ὡς τὰ καθ' ἕκαστα, τὸ κοινὸν ἔχει ὄνομα, πολιτική· διὸ πολιτεύεσθαι τούτους μόνον λέγουσι. sc. τοὺς πολιτικοὺς ex praecedenti intelligendos. Ibid. 10. p. 105. C. ἔτι, ἔστι καὶ ἁπλῶς εὖ βεβουλεῦσθαι, καὶ πρός τι τέλος. ἡ μὲν δὴ ἁπλῶς (sc. εὐβουλία), ἡ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἁπλῶς κατορθοῦσα, ἡ δέ τις, ἡ πρός τι τέλος. III. 13. p. 52. D. διὸ λέγονται οὗτοι γαστρίμαργοι, ὡς παρὰ τὸ δέον πληροῦντες αὐτήν. sc. γαστέρα, ut plerique quidem interpretantur, sed fortasse rectius refertur ad vocabulum ἐνδείας, quod proxime praecedit. Potest fortasse ex eorum locorum similitudine emendari locus Ciceronianus de Nat. Deor. I. 8. cujus mihi nunc in mentem venit; nam in latinis scriptoribus eandem rationem valere constat. Ibi vero sic habet: „Longum est ad omnia: quae talia sunt, ut optata magis, quam inventa videantur. Sed illa palmaris

quidem, quod etc.“ ubi adjectivum *palmaris*, quo referatur, nihil habet, ut Davies. legat: „Sed illud palmare est.“ Habebit autem, quo referatur, si pro *optata* legeris *opinata* (occurrit enim hoc verbum activa quoque forma); quo facto in illo *palmaris* facillime intellexeris substantivum: „*opinio*“. Sed jam ad institutum nostrum redeamus. Finitimum est illud genus loquendi, cum non solum, ut in iis locis, quos modo proposui, sequentia cum praecedentibus minus apte coeant atque cohaereant, sed sermone quasi praeciso et abrupto unum vocabulum, adeoque plura cogitatione supplenda sint, quod a nostro scriptore, in hac sensuum copia densissime constricta, inprimis frequentatur. Hinc difficilis ille Aristoteleae orationis intellectus. Nos hanc rationem pro instituto nostro per hos libros de doctrina morali persequamur, praesertim cum eadem philosophus, sententiis inhaerens, verborumque parcissimus, tam crebro utatur, ut, si quis in ea inquirat, quae Aristotelei sermonis sint propria, continuo in hunc potissimum loquendi usum incurrat necesse sit. Eth. Nic. III. 1. p. 35. E. *τούτων* (h. e. *τῶν καλῶν*) *γὰρ χάριν πάντα πάντες πράττουσι· καὶ οἱ μὲν βίᾳ καὶ ἄκοντες*, (supple *πράττοντες*) *λυπηρῶς* (iterum supple *πράττουσι*) *οἱ δὲ διὰ τὸ ἡδὺ, μεθ' ἡδονῆς*. Ibid. 11. p. 49. C. *καὶ οἱ ἄνθρωποι δὴ, ὀργιζόμενοι μὲν ἀλγοῦσι· τιμωρούμενοι δ' ἥδονται· οἱ δὲ διὰ ταῦτα* (sc. *πράττοντες*) *μάχιμοι μὲν, οὐκ ἀνδρεῖοι δέ*. Rhetor. I. 9. p. 754. C. *λαθητικὰ* (ex praecedentibus eliciendum)..... *καὶ τὰ τηλικαῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ μηδὲ εἷς* sc. *πράττοι*. IV. 11. p. 68. C. *τὸ δὲ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι καὶ τοὺς οἰκείους περιορᾶν* (sc. *προπηλακιζομένους*) *ἀνδραποδῶδες*. V. 8. p. 85. E. *τῷ ἀντιποιεῖν γὰρ ἀνάλογον συμμένει ἡ πόλις· ἢ γὰρ τὸ κακῶς* (sc. *ποιούμενον ἀντιποιεῖν*) *ζητοῦσιν· .... ἢ τὸ εὖ*. VIII. 7. p. 139. C. *ἀλλ' ὑπερέχοντι οὐ γίνεται ὁ τοιοῦτος*

φίλος, ἂν μὴ καὶ τῇ ἀρετῇ ὑπερέχηται. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἰσάζει ἀνάλογον ὑπερεχόμενος. οὐ πάνυ δὲ εἰώθασι τοιοῦτοι γίνεσθαι sc. φίλοι; ut Zwinger. recte arbitratur; Lambinus et reliqui aliter. Ibid. 8. p. 140. E. ubi post verba οἱ γὰρ φίλοι τἀγαθά, item Zwingero auctore supplendum est βούλονται, quod longe praecesserat. X. 7. p. 181. B. κρατίστη τε γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια· (h. e. ἡ θεωρητική) καὶ γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἐν ἡμῖν (sc. τὸ κράτιστον), καὶ τῶν γνωστῶν, περὶ ἃ ὁ νοῦς (sc. τὰ κράτιστα).

*E.* μάλιστα πάντων. Ven. I. Bas. πάντως.

ὅγ' ὡς ἀληθῶς ἀγαθός. — Vulgo ὅγ' ὡς ἀγαθὸς ἀληθῶς. Vratisl. οὗτος γὰρ ἀγαθὸς ὡς ἀληθῶς. Hujus vero editionis lectio fluxit e Venet. quae eandem rationem sequitur.

πολλῶν δὲ γινομένων κατὰ τύχην διαφερόντων. Vulgo γενομένων. Venet. et Marg. Casaub. γινομένων. Pro δὲ Venet. δή. Ante διαφερόντων reliquae edd. omnes praeter Casaub. addunt καί.

*Pag.* 16. *A.* καὶ ἐν τούτοις διαλάμπει τὸ καλόν. Verbum λάμπειν et quotquot gaudent eadem significatione, de rebus pulcris passim a Graecis scriptoribus usurpantur. Atque sic jam Homer. Iliad. III. 392. κάλλεΐ τε στίλβων καὶ εἵμασιν. E philosophorum libris, inprimis Platonicorum, hoc loquendi genus illustravit Creuzer. ad Plotin. de pulcr. pag. 234 seq.

ἐπειδὰν φέρῃ. Ven. I. II. Venet. Bas. ὡς ἐπειδάν.

μὴ δι' ἀναλγησίαν. Vratisl. δι' ἀναλγίαν. Ven. I. Bas. μηδ' ἀναλγησίαν.

*B.* καὶ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αἰεί. Ven. I. Bas. καὶ αἰεί, quod non continuo rejecerim.

καθάπερ καὶ στρατηγόν. Ven. I. Bas. καθάπερ γὰρ στρ.

χρῆσθαι πολεμικώτατα. NC. στρατηγικώτατον. Bas.

πολεμικώτατον. Correxit Scaliger in exemplo ed. Valder. πολεμικώτατα.

*C.* ποικίλος γε. El. ποικ. τε. Ven. II. Venet. τις. Vet. Int. utrumque vocabulum omittit.

ἔκ τε τῶν τοιούτων οὐκ ἂν γένοιτο πάλιν εὐδαίμων. — τὲ omittunt NC. CCC. Venet. Marg. Cas. ἐκ τῶν τοιούτων δὲ οὐκ. Valder. δ' οὐκ. Ven. I. Bas. Sed vulgata lectio recte habet; solet enim Aristoteles ita usurpare encliticam τέ, post dictionem primam illatae novae enunciationis, id quod acute vidit et exemplis ex libris politicorum firmavit Reizius excerpt. polit. pag. 13. Eodem et ejusmodi loci pertinent, in quibus particulae causali enunciationes satis apte copulanti superaddita est particula τε. X. 7. p. 181. A. ὁμολογούμενον δὲ τοῦτ' ἂν δόξειεν εἶναι καὶ τοῖς πρότερον καὶ τῷ ἀληθεῖ· κρατίστη τε γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια· καὶ γὰρ ὁ νοῦς τῶν ἐν ἡμῖν. ..... ἔτι δὲ συνεχεστάτη· θεωρεῖν τε γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον ἢ πράττειν ὁτιοῦν.

*D.* πάντῃ πάντως. Ven. I. Bas. πάντῃ καὶ πάντως. Quidam omittunt πάντῃ.

μακαρίους μὲν ἐροῦμεν. Sine μὲν MSS. Wilkins. Ven. I. II. Bas.

*E.* ὡς ἀνθρώπους. Deest ὡς in NC. El. Vratisl. Ven. I. II. Venet. Bas. Argyropyl.

καθ' ἕκαστον μὲν διαιρεῖν. Occurrunt apud Aristotelem in hac locutione καθ' ἕκαστον, καθ' ἕκαστα, τὰ καθ' ἕκαστον et τὰ καθ' ἕκαστα, ut non erat, cur in Theophrasti char. III. (cap. V. Schneider.) vir doctus τὰ καθ' ἕκαστα minus ex usu Atticorum esse suspicaretur. Eth. Nic. II. 2. p. 22. D. ὁ περὶ τῶν καθ' ἕκαστα λόγος οὐκ ἔχει τἀκριβές. 7. p. 29. B. δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς καθ' ἕκαστα ἐφαρμόττειν. III. 1. p. 35. E. IV. 7. p. 64. A. alibi. Atticis hanc locutionem etiam vindicavit Schaefer. ad Apollon. Rhod. t. II. p. 158.

*Pag.* 17. *A.* τῶν περὶ αὐτὸν ἀτυχημάτων. Vratisl. Vet. Int. περὶ αὐτῶν.

καὶ ταύτῃ τὴν διαφοράν. Ven. II. Venet. ταύτην.

*B.* μᾶλλον δ' ἴσως τὸ διαπορεῖσθαι περὶ τοὺς κεκμηκότας, εἴ τινος ἀγαθοῦ κοινωνοῦσιν ἢ τῶν ἀντικειμένων. Lambinus ex Vet. Interprete et Argyropylo emendandum censet μᾶλλον δ' ἴσως τόδε δεῖ διαπορεῖσθαι, idque Zwinger. in textum recepit; in aliis codd. reperiri μᾶλλον ἴσως τῷ διαπορεῖσθαι, quod haud incommode cum proxime praecedenti συλλογιστέον δή; eaque lectio Bergio placuit. Ut ut statuas, vulgata ferri nequit, in qua quidem illud τὸ ante διαπορεῖσθαι difficultatem parit. Nam illud διαπορεῖσθαι, nude positum, bene explicari potest: „inquiri oportet", omisso verbo δεῖ, quod haud semel in Atticis scriptoribus fieri certum est. Aristot. Polit. VII. 17. p. 598. D. γενομένων δὲ τῶν τέκνων, οἴεσθαι μεγάλην εἶναι διαφορὰν πρὸς τὴν τῶν σωμάτων δύναμιν τὴν τροφήν; ubi οἴεσθαι pro οἴεσθαι δεῖ. V. Reiz. ad h. l. excerpt. pag. 44. Cf. Lamb. Bos. de ellips. s. v. δεῖ. Quocirca non temere quis defendat vulgatam lectionem in Polit. II. 2. p. 418. A. (p. 38. 6. Schneider.) quam novissimus editor idemque eruditissimus immutandam esse arbitratus est. Adscribam locum: ἐν οἷς δὲ μὴ δυνατὸν, (τοὺς αὐτοὺς ἀεὶ ἄρχειν) διὰ τὸ τὴν φύσιν ἴσους εἶναι πάντας ....... ἐν τούτοις δὲ μιμεῖσθαι τῷ ἐν μέρει τοὺς ἴσους εἴκειν ὁμοίως τοῖς ἐξ ἀρχῆς. Schneiderus δὲ h. l. in apodosi usurpatam (vide supra) mutavit in δεῖ. Sed ut ad nostrum locum revertar, pro articulo τὸ rescribendum puto τοῦτο vel τόδε; atque cum verbum δεῖ ob sequentem syllabam δια facillime posset excidere, si quis reponere illud volet, non valde repugnabo.

εἰ δὲ μὴ, τοσοῦτον. — Paraphrast. Vet. Int. mutata interpunctione εἰ δὲ, μὴ τοσοῦτον.

ἀφαυρόν τι. Vratisl. φλαυρόν τι.

*τοὺς ὄντας μακαρίους.* El. CCC. Vratisl. Vet. Interpr. Paraphrast. omittunt vocabulum *μακαρίους.* Mox totam hanc particulam a *συμβάλλεσθαι* usque ad finem capitis pro scholio habet Victorius.

*C.* *ὥστε μήτε τοὺς εὐδαίμονας.* — Vratisl. *μή.*

*Cap. XII. pag. ead. D.* *φαίνεται δὴ πᾶν.* Vratisl. Vet. Interp. *δέ.*

*τῷ ποιόν τι εἶναι.* Vratisl. *τὸ ποιόν τι.* Venet. *τῶν ποιόν τι.*

*ποιόν τινα πεφυκέναι.* Vratisl. *καὶ πεφυκέναι.*

*Pag. 18. A.* *τὸ γὰρ μὴ ἐπαινεῖσθαι.* Vratisl. *τῷ.* Vet. Int. „In non laudari", ut *ἐν τῷ* legisse videatur.

*τἄλλα ἀναφέρεσθαι.* Ven. I. Bas. *τἆλλα,* ut omnino veteres editiones.

*B.* *τῶν ψυχικῶν.* Vratisl. *ψυχικωτέρων.*

*ἔοικε δὲ οὕτως ἔχειν καὶ διὰ τὸ εἶναι ἀρχὴν* sc. *τὴν εὐδαιμονίαν.* Cod. Victor. NC. Venet. *ἀρχή.* quod prae vulgata placet, cum *ἔοικε* subjectum habeat cum infinitivo *εἶναι* commune, quo quidem in genere Graecos non accusativum, sed nominativum usurpare constat. Contra hanc Graeci sermonis consuetudinem peccavit aliquando auctor editionis Bipontinae in Rhetoricis, indicante Vater. animadvers. pag. 67. ibique hanc constructionem ne interjectis quidem particulis *διά, ἕνεκα* mutari exemplis demonstratum est; adde Eth. Nic. II. 9. p. 33. A. *ὅτι τοιαύτη ἐστὶ (ἡ ἀρετὴ) διὰ τὸ στοχαστικὴ τοῦ μέσου εἶναι .... εἴρηται.* VII. 15. p. 130. D. *ἔτι, διώκονται (αἱ ἡδοναὶ) διὰ τὸ σφοδραὶ εἶναι.* Quid quod etiam nominativus in diversis subjectis reperitur. Schaefer. ad Sophocl. Antigon. t. I. p. 250.

*Cap. XIII. pag. ead. C.* *τάχα γὰρ οὕτως.* Ven. I. Bas. II. *τάχα δ' οὕτως.* Bas. I. Venet. *τάχα δὲ οὕτως.*

*κριτῶν* Vratisl. vitiose pro *κρητῶν.*

*Pag. 19. A.* *ἰατρῶν δ' οἱ χαρίεντες.* Venet. Marg. Cas. *δὴ οἱ χαρ.*

ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν. Ven. I. Bas. Venet. ἐπὶ πλεῖστον.

*B.* τὸ δὲ λόγον ἔχον. Vratisl. mendose τὸν δὲ λόγ. ἔχ.

τοῦ αὔξεσθαι. Ven. I. II. Bas. II. Paraphrast. αὐξάνεσθαι. Venet. Marg. Cas. αὐξαίνεσθαι.

*C.* τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην. — In El. Paraphrast. deest ταύτην.

εὐλογώτερον γάρ. Ven. I. Bas. εὐλογώτερα.

ὁ δὲ ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα διάδηλοι καθ' ὕπνον. Ven. I. II. Bas. Paraphrast. διάδηλος. Sed διάδηλοι h. l. intransitive est usurpatum, quod, cum simplex verbum δηλοῦν eandem significationem admittat, nemini mirum videri debet. Brunck. ad Antig. v. 471. Plat. Cratyl. §. 69. p. 106. ed. Heindorf.

*D.* ἀργεία pro ἀργία. Venet. Marg. Cas.

ᾗ λέγεται σπουδαία. Sic etiam Bas. II. ἡ λέγ. CCC. El. ᾗ οὐ λέγεται NC. ἀργία γάρ ἐστιν ὁ ὕπνος καὶ τῇ σπουδαίᾳ καὶ τῇ φαύλῃ ψυχῇ Paraphrast. ᾗ pro ἡ reliquae edd. idque haud dubie germanum est.

πλὴν εἴπῃ. Ven. I. II. Venet. Bas. εἴπερ.

τὰ φαντάσματα. NC. et in marg. CCC. φάσματα.

τὸ θρεπτικὸν οὖν ἐατέον. — οὖν omittunt MSS. Wilkins. Ven. I. II. Bas.

ἔοικε δὴ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι. NC. CCC. Paraphrast. Argyropyl. Victor. Lambin. δὲ pro δή; in El. deest. Victorius plures similes locos adhibens φύσιν explicat οὐσίαν. Nimirum hoc vocabulum nonnunquam latiori sensu ita usurpatur, ut omnino rem aliquam, non certum rei modum et naturam significet; quo etiam pleonasticus ille hujus vocis usus pertinet. Verterim igitur nostrum locum in hunc modum: videtur autem et alia quaedam esse pars animi expers rationis, sed quae aliquo tamen modo participat rationem. Nisi malueris explicare δύναμιν sive vim. Thomas certe Mag. p. 904. φύσις

οὐσίας διαφέρει· οὐσία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἑκάστου ὕπαρξις, φύσις δὲ ἡ ἐνοῦσά τινι δύναμις. Quem locum adhibuit Creuzer. ad Plotin. pag. 139 seqq. ubi copiosa de hac voce disputatio instituitur.

τοῦ γὰρ ἐγκρατοῦς καὶ ἀκρατοῦς τὸν λόγον ..... ἐπαινοῦμεν. At incontinentis rationem certe non laudamus; nisi quis, inauditam brachylogiam comminiscens, cogitando suppleat ἐπαινοῦμεν καὶ ψέγομεν. Quapropter unice placet conjectura, quam docta manus nescio quae margini exempli edit. Wilkinsonianae, quod Gottingae inspexi, adscripsit, pro ἀκρατοῦς legens εὐκρατοῦς.

*E.* τὸν λόγον καὶ τῆς ψυχῆς. Haec verba, cum Vet. Interpr. non referat, insiticia habet Bergius. Post παρακαλεῖ idem Vet. Int. legit ὁ λόγος; male.

τὸν λόγον ἔχον pro τὸ Vratisl. ὀρθὸς pro ὀρθῶς Lambin. e codd.

ἀντιτείνει τῷ λόγῳ. NC. ἀντιβαίνει, quod etiam in CCC. scriptum fuerat; sed corrigitur ἀντιτείνειν. El. mutatis verborum ordine et interpunctione sic: ἀντιτείνει τῷ λόγῳ ἀτεχνῶς. καθάπερ γὰρ τὰ παραλ.

παραλελυμένα τοῦ σώματος μόρια. MSS. Wilkins. παραλελυμένα τῶν τοῦ σώματος μορίων.

*Pag.* 20. *B.* ἢ κατήκοον mendose pro ἤ.

*C.* ἀκουστικόν τι. El. omittit τι. Bas. III. in marg. ἀκουτιστικόν.

## A d d e n d a.

*L. I. c.* 1. *in fine adnotationis de vocabulo* μέθοδος:

„Similiter opponuntur sibi Polit. I. 7. γνῶσις et χρῆσις et III. 5. ἡ μέθοδος et τὸ πράττειν. V. Schneider. ad Polit. III. 1. 8. pag. 168. commentar."

*Cap. eod. in nota de vocabulo* δύναμις post locum Metaphys. l. VIII. ex Mureto transscriptum:

„Polit. II. 5. 14. αἱ τέχναι πᾶσαι καὶ αἱ δυνάμεις, quibus etiam πολιτικὴ adnumeratur. Ibid. III. 7. 1. quem locum, cum ad sensum non minus, quam ad orationem nostro sit simillimus, transscribere haud piget. Ἐπεὶ δ' ἐν πάσαις μὲν ταῖς ἐπιστήμαις καὶ τέχναις ἀγαθὸν τὸ τέλος, μέγιστον δὲ καὶ μάλιστα ἐν τῇ κυριωτάτῃ πασῶν· αὕτη δ' ἐστὶν ἡ πολιτικὴ δύναμις· ἔστι δὲ πολιτικὸν ἀγαθὸν τὸ δίκαιον, τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ κοινῇ συμφέρον, δοκεῖ δὲ πᾶσιν ἴσόν τι τὸ δίκαιον εἶναι ..... ποίων δ' ἰσότης ἐστὶ καὶ ποίων ἀνισότης, δεῖ μὴ λανθάνειν: ubi notabis particulam δὲ in apodosi (ποίων δ' ἰσότης) positam."

*In fine ejusdem adnotationis* adde: „Postremum de usu vocabuli ἀρχιτεκτονικὸς cf. Schneider. commentar. ad Polit. pag. 70 et 201."

*Ad adnotationem de* τύπῳ περιλαβεῖν, ubi sic habet: „Eodem sensu, quo περιγράφειν est ὑπογράφειν" adscribendus locus Aristotel. Polit. II. 2. 5.

*De usu verbi* μαντεύομαι post locum Platon. ex Lyside addend.: „Repub. I. 20. p. 34. III. 7. p. 92. ἀπομαντεύεσθαι VI. 17. p. 231. ed. Ast. alibi."

Ad verba γίγνεσθαι περὶ αὐτὰ λήθην pag.

15. D. Duval. post locos e Graecis scriptoribus excitatos, in quibus pronomina in genere neutro cujuscunque generis substantivis subjiciuntur, addendum est, eundem loquendi usum etiam apud Latinos obtinere. Cic. de Off. I. 25. — — „omninoque ita justitiae honestatique adhaerescet, ut, dum *ea* (honestatem et justitiam puta) conservet, quamvis graviter offendat." Vid. Cortium ad lib. VII. ad divers. ep. 20. et ad Sallust. Catil. V. 7. — — *Pluribus verbis interjectis post exempla omissi verbi πράττειν adde:* „Atque sic etiam interdum Latini scriptores orationem praecidunt. Cic. Off. I. 11. „Atque haud scio, an satis sit, eum, qui lacessierit, injuriae suae poenitere; ut et ipse ne quid tale posthac (sc. faciat) et ceteri sint ad iniuriam tardiores". ad q. l. vid. Heusinger."

*Ad cap.* 11. *p.* 16. *C.* ἔκ τε τῶν τοιούτων. „Etiam latini scriptores particulam copulativam nonnunquam ponunt, ubi adversativam exspectaveris. Heusinger. ad Cornel. Nep. IV. 3. 7. Eodem pertinet Polit. II. 2. 7. ταῦτά τε δὴ οὐ συμβαίνει τοῖς λίαν ἐν ποιοῦσι τὴν πόλιν, ubi Schneiderus primum particulam δὲ requiri censet, deinde illud τε plane tollendum. Sed τε δὴ eadem ratione usurpatur Eth. Nic. VIII. 3. p. 134. C. κατὰ συμβεβηκός τε δὴ αἱ φιλίαι αὗται εἰσίν. Postremum τε pro δὲ est etiam Polit. IV. 6. 1. Commentar. pag. 250."

## *Explicatio notarum, quibus in laudandis codd. atque edd. usus sum.*

Cod. El. est Joannis Mori episcopi Eliensis.
— CN. est Collegii Novi.
— CCC. est Collegii Corporis Christi, quorum trium codicum varias lectiones enotavit Guil. Wil-

kinson in nitidissima Ethicorum Nicomach. editione. Oxonii. 1716. 8.

**Cod.** Vratisl. est Codex chartaceus inferioris aevi e libris bibliothecae Rhedigerianae, quem ego ipse, cum Vratislaviae degerem, comparavi.

**Ven. I.** est edito princeps Aldina, cujus voluminis 5to anno 1498. edito insunt libri de moribus.

**Ven. II.** est quae vulgo dicitur Aldina minor, studio Baptistae Camotii Venetiis apud Aldum filium. 1551. 1552. 1553. VI. voll.

**Venet.** est editio librorum de moribus ad Nicomach. cum commentariis Graecorum apud Paulum Manutium. Venet. 1536. fol. quae a Ven. I. et II. plurimis locis recedit.

**Bas. I.** est editio Basileensis prima per Des. Erasmum Roterodamum apud Joannem Bebelium. 1531. fol. II. voll.

**Bas. II.** est Basileensis secunda e prima expressa, a qua quidem fere nusquam dissentit, emendante Simone Grynaeo apud Jo. Bebelium et Mich. Isingrinium. 1539. fol. II. voll. Basileensem tertiam, alteris duabus multo praestantiorem, adhuc comparare non potui.

**Cas.** est editio Casaubono parata, quae primum prodiit Lugduni 1590., postea pluribus locis. Equidem usus sum exemplo hujus editionis Aureliae Allobrog. apud Petrum de la Roviere. 1605. II voll.

**Paraphrast.** est Paraphrasis horum librorum Graeca, quam sine nomine auctoris primum Lugdun. Bat. 1607. 4. deinde sub nomine Andronici Rhodii edidit cum latina versione Dan. Heinsius 1617. 8. qua quidem editione equidem usus sum.

**Vet. Interpr.** cum aliis nominavi antiquissimam illam

translationem latinam, quam Schneider. in praefat. ad edition. historiae animal. vindicavit Guilelmo de Morbeka Brabantino, verbum verbo reddentem, cujus quidem et in his libris emendandis multus est usus. Ego ad manus habui hanc editionem: Textus ethicorum aristotelis ad nychomachum juxta antiquam translationem cum familiarissimo in eundem commentario. Parisiis 1509. 8.

Argyropyli versionis, quae, cum non tam presse graecum textum sequatur, plus ad interpretationem, quam ad criticam rationem valet, usus sum editione Lugdunensi hac inscriptione: Ethicorum Aristotel. ad Nicomach. libri decem Argyropilo Bizantio interprete cum Jacobi Fabri Stapulensis annotationibus. Apud haeredes Simonis. MDXXXV. 8.

# MELETEMATA
E
# DISCIPLINA ANTIQUITATIS.

OPERÂ

FRIDERICI CREUZERI

THEOLOG. AC PHILOSOPH. DOCTORIS ET LITERARUM GRAECARUM LATINARUMQUE IN ACADEMIA HEIDELBERGENSI PROFESSORIS.

PARS TERTIA.

## COMMENTATIONES
ET
## COMMENTARII
IN
SCRIPTORES GRAECOS.

LIPSIAE
IN BIBLIOPOLIO HAHNIANO
MDCCCXIX.

VIRO VENERABILI

# FRIDERICO MUENTER

S. THEOLOGIAE DOCTORI INQUE UNIVERSITATE
HAVNIENSI LITERARIA PROFESSORI P. O.

## SEELANDIAE EPISCOPO

SOCIETATI REGIAE SCIENTIARUM DANICAE

ALIISQUE ADSCRIPTO

ORDINIS EQUESTRIS QUI DANEBROGICI NOMINE
DECOREQUE CLARET

DECURIONI

*OB PRAECLARA MERITA*

*ERGA EAS ARTES*

*QUAE SUNT NOBIS*

*GRAECIAE LATIIQUE MONUMENTIS*

*DISCIPLINISQUE TRADITAE*

HANC MELETEMATUM PARTEM

FRIDERICUS CREUZER

D. D.

# Argumentum.

---

# I.

## SPECIMEN OBSERVATIONUM

## IN

# PLUTARCHI VITAM ARTAXERXIS

SCRIPSIT

JO. CHR. FEL. BAEHR,

SEMINAR. PHILOLOG. HEIDELB. SODALIS.

---

ADDITAE SUNT ALIQUOT CONJECTURAE AC VINDICIAE IN PLUTARCHI PYRRHUM ATQUE SCHOLIA INEDITA IN PLUTARCHUM E TRIBUS CODD. MSS. PALATT., BREVI ANNOTATIONE SUBJECTA.

---

Pauca sunt, quae his observationibus praemittenda habeo; nam de instituto meo atque operâ tacere praestat; alii hoc faciant, alii dijudicent. Restat unum illud, ut de copiis exponam, quibus usus fuerim in hoc specimine exarando. Quae inprimis continentur tribus codicibus Palatinis, membranaceis, folio minore, insignitis nro. 168. 169. 283, quorum unoquoque quae contineantur, videre licet ex Wilckenii catalogo mss. Pall. pag. 281. 283, ubi brevis quoque subjecta est descriptio. De virtute ac praestantiâ horum codicum atque aetate, quae reliquorum fere omnium, quotquot hîc asservantur, antecedere videtur, nolo longus esse, quandoquidem, si quis forte diffidat, libera ei est data potestas, codicum ipsorum inspiciendorum ac perlustrandorum. Hoc unum monebo, characteres et literarum ductus si dispicio atque perpensito, duos illos, qui gerunt numerum 168. 169, antiquiores mihi videri altero tertio, qui num. 283 fert, quique cum multis locis mirum in modum cum Sangermanensi codice conveniat, vel ex hoc ipso, vel certe ex eâdem familiâ, unde ille, profectum esse apparet. Quamquam haud pauca invenias, in quibus etiam cum reliquis duobus nro. 168. 169 conspirat, qualia, ut de literarum characteribus, simillimis illis, taceam, v. g. sunt compendia scribendi, raro usurpata, hiatus saepissime admissus, ubi in vulgatis codicibus et

editionibus vitatur, ν ἐφελκυστικὸν ubivis in fine verborum adjunctum, ubi vulgares editiones eo carent, alia multa, quae, si vacaret, uberius exponere possem.

Usus vero sum codice 283, qui praeter alia Artaxerxis ac Pyrrhi vitam continet, ita, ut omnia, in quibus ille a vulgari, qui fertur, Schaeferi textu discederet, diligenter atque accurate enotarem, paucis exceptis, quae semel monuisse sufficiebat; quo praecipue pertinet constans scriptura particulae δὲ ante vocalem pro δ'; μὴ δὲ, οὐ δὲ pro μηδὲ, οὐδὲ, alia.

---

## CAP. I.

*Εἰ καὶ τἄλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ* παραφόρων *ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαῖαν κ. τ. λ.*] Vocem *παραφόρων*, quam omnes, uno excepto S. G., tenent codices, parum aptam huic loco atque delendam censet Corajus. At vero deleri vetat cum optimorum codicum auctoritas, tum usus dicendi Plutarcheus, qui repetita vocabula admodum frequentat. Atque sicuti apud Ciceronem junctae voces idem fere significantes gravitati quodammodo inserviunt: ita a Plutarcho quoque fieri solitum, sexcentis, si vacaret, exemplis comprobare possemus. Vide modo Artax. 5. *ἦν γὰρ ὁ Τηρίβαζος οὐ πονηρὸς, ὑπόκουφος δὲ καὶ* παράφορος. ibid. 27. *δυσμενῶς πρὸς αὐτὸν ὁ Τηρίβαζος ἔσχεν, οὐδ' ἄλλως στάσιμος ὢν τὸ ἦθος, ἀλλ' ἀνώμαλος καὶ* παράφορος. Notat autem *παράφορος* proprie eum, qui *huc illuc fertur*, qui *titubat*, *neque consistere potest*: vid. Astius ad Platon. de legg. VI, 18. pag. 320.[1]) Deinde et ad animum et ad res translata vocis potestas, quâ significet et *hominem inconstantem*, *sui impotem*, *absurdum*, *insanum*, et *rem absurdam*, *insulsam*, nostrum fere „*toll*“. Sic de homine: Themist. 5. *λέγεται γὰρ οὕτω* παράφορος *πρὸς δόξαν εἶναι, καὶ πράξεων μεγάλων ὑπὸ φιλοτιμίας ἐραστὴς, ὥστε, νέος ὢν ἔτι κ. τ. λ.* (Vim praepositionis *πρὸς* h. l. in *significando effectu*, ut Latinae *ad*, exemplis

1) De alio hujus vocis usu vide, quos laudavit Creuzerus ad Ciceron. d. Natur. deor. III, 31. pag. 659.

illustravit Wyttenbachius ad Plutarchi Moralia Tom. I. pag. 317. cll. I, 2. pag. 685.) Recte igitur nostrum locum vertit Cruserius: „*absurdarum et insulsarum fabularum colluviem.*" Confirmat etiam hanc potestatem Zonaras Lex. Gr. p. 1499: παράφορος· ὁ μωρός; ubi videantur, quos laudat Tittmannus, quibus adjunge Photium Lex. Gr. p. 287. et Wyttenbachium, Animadvss. ad Plut. Moral. I. pag. 354. Hinc παραφορὰ τῆς διανοίας Paul. Aemil. 39, de mulier. virtt. Tom. VIII. p. 277 med. Hutten. Vide Biel. Thesaur. philolog. Tom. III. pag. 41. Eodem sensu videtur apud Plutarchum occurrere παράβολος. Themistocl. 23. οὐδὲ κατεμήνυσε τὴν πρᾶξιν· εἴτε παύσεσθαι προςδοκῶν αὐτὸν, εἴτ᾽ ἄλλως καταφανῆ γενήσεσθαι, σὺν οὐδενὶ λογισμῷ πραγμάτων ἀτόπων καὶ παραβόλων ὀρεγόμενον. cf. Bekkeri Anecdd. Tom. I. pag. 60. Saepius tamen est *audax, temerarius, repentinus*; de quâ significatione (quae etiam in loco Themist., quem modo citavi, obtinere potest) omnes fere nostri scriptoris locos congessit Wyttenbachius ad Plut. Moralia T. I. pag. 516; subjiciam aliquot exempla, quae mihi ante notaveram. Aristid. 8. ἧκεν ὁ Ἀριστείδης ἀπ᾽ Αἰγίνης παραβόλως διὰ τῶν πολεμίων νεῶν διεκπλεύσας, ubi haud male reddas: *inopinato.* Cat. maj. 13. (ὁ Κάτων) ἐχώρει πολυπόνως καὶ παραβόλως ἐν ἀσελήνῳ νυκτί; quocum conf. Pyrrh. 15 init. et Philopoem. 5 in. — Fab. Max. 19 init. ὁ μὲν γὰρ — ἐν τῷ παραβόλῳ καὶ ἰταμῷ καὶ πρὸς ἄνδρα τολμηρὸν τὸν Ἀννίβαν ἀντιτολμῶντι τρόπῳ τοῦ πολέμου συνίστατο τοὺς πρώτους ἀγῶνας. Aristid. 2. 5. Compar. Solon. c. Public. 3. Inde quoque adverbium φιλοπαραβόλως Philopoem. 9 med. [2])

2) „Possis etiam conferre παρήορος, πάραορος, proprie de „equo, deinde de homine *fatuo* sive de eo, qui dicitur νοῦ „πλανώμενος; vid. Heynii Observv. ad Iliad. VII. vs. 156. „XXIII. vs. 603. cll. Valcken. ad Theocrit. Adon. vs. 8. Non

Ut tandem redeam, unde sum digressus, apponam nonnullos locos, in quibus duo vocabula, uno eodemque fere sensu juncta, reperias: Artaxerx. 2: ὁ μὲν οὖν Κῦρος ἔντονόν τι καὶ σφοδρὸν εὐθὺς ἐκ πρώτης ἡλικίας εἶχεν; quod recurrit Tib. Gracch. 2. Lycurg. 9 init.: τὸ ἄνισον καὶ ἀνώμαλον. Comp. Lycurg. c. Num. 2: ὁμαλὸς καὶ παραπλήσιος. Lycurg. 11: ὀξὺς καὶ θυμοειδής.¹ ibid. ὑπηρέτης καὶ θεραπευτήρ et πρᾶος καὶ ἥμερος. ibid. 27 init. σύντροφος καὶ συνήθης. Themist. 32 fin. συνήθης καὶ φίλος. Lycurg. 15: ἄμικτος καὶ ἀκοινώνητος. Num. 9: καινὸς καὶ νέος. Philopoem. 9: κενὸς καὶ μάταιος. Ex eâdem observatione tuendus est alius locus, idem ille male tentatus a Corajo, capitis quarti initio: εἰ γὰρ ἄλλο μηδὲν, ἀλλ' ἡ μήτηρ ὑπῆρχε, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν, ὅσα βούλοιτο, τῶν αὐτῆς παρέχουσα καὶ διδοῦσα, in quo abundare putat vir sagacissimus καὶ διδοῦσα; neque ipse infitias iverim, parum inter utrumque interesse discriminis, praesertim cum Xenophontem (Memorab. I, 4, 12) inter δοῦναι et παρέχειν variantem videam; utrumque tamen si retinebis, haud scio an efficacior sit oratio ac gravior; simulque concinnitati, cui, si quis alius, summopere studuit Plutarchus, optime prospicies, ut duobus illis, quae praecedunt, χρῆσθαι καὶ λαμβάνειν, duo item respondeant verba παρέχειν καὶ διδόναι. Exemplorum affatim, ut supra, ita hîc quoque proferre possem, quibus rationes meas confirmarem, nisi res ipsa satis esset perspicua; unum tamen quin addam, luculentissimum illud, continere me non possum: Cimon. 13 fin. τὴν πρώτην θεμελίωσιν ἐρεισθῆναι διὰ Κίμωνος, ἐκείνου χρήματα πορίζοντος καὶ διδόντος.

*Καίτοι Δείνων φησὶν, ὅτι Ὀάρτης*] Cod. Pal. ὀάρσης.

---

„idem equus παράσειρος Euripid. Orest. vs. 1015 Porson. „(1019 aliis). vid. Spanhem. ad Aristoph. Nubb. v. 122. (pag. 88 „Beckii.)" *Cr.*

## CAP. II.

*ἡ δὲ μήτηρ ὑπῆρχε μᾶλλον τὸν Κῦρον φιλοῦσα*] Cod. S. G. habet: *ὑπέρχεται τὸν Κῦρον μᾶλλον φ.*, in quo illud *ὑπέρχεται* ortum puto e scribendi compendio [3]), de quo consulas Bast. ad Gregor. Corinth. pag. 808; reliqui codices, et noster (qui tamen *μᾶλλον* plane omittit) vulgatam tuentur; quae eadem, si quid video, vera est lectio. Nam si quem forte offendat participium *φιλοῦσα*, praeter morem additum, teneat ille, verbum *ὑπάρχειν*, quod saepissime, apud posteriores potissimum scriptores, vice verbi *εἶναι* fungitur, subinde eâdem fere structurâ atque significatione inveniri, quâ *τυγχάνειν*; cujus usus, licet rarioris, testimonia tamen proferri possunt. Thomas Mag. pag. 868 ed. Bern.: *ὑπάρχω· ἀντὶ τοῦ εἰμί· Ἀριστείδης ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ* (exstat locus Tom. I. p. 146) *ὑπῆρχον δὲ εἰς ἅπαντα νικῶντες*. Add. Budaeus (Commentar. ling. Gr. pag. 182, 24), qui huncce affert locum ex Demosthenis oratione in Midiam (legitur pag. 526, 18 Reiskii, p. 20 Spald.): *οὐ γὰρ ἐχθρός γε ὑπῆρχεν ὤν, οὐδὲ ἐφ' ὕβρει τοῦτ' ἐποίησε*. Addere poterat ex eâdem oratione, quae leguntur paulo infra pag. 527 Reiskii, pag. 21 Spaldingii, *ἂν γὰρ ταῦθ' οὕτως ἐγνωσμένα ὑπάρχῃ παρ' ὑμῖν, οὐκ ἐνέσται αὐτῷ λόγος οὐδὲ εἷς*. Xenoph. de offic. magist. equit. II, 2. *οὐκοῦν ὑπὸ μὲν τῆς πόλεως ὑπάρχουσι διῃρημέναι φυλαί*. ibid. 9. *καὶ ταῦτα μὲν δὴ πάντα ὑπάρχει δεῖ ἐκπεπονημένα πᾶσι τοῖς ἱππεῦσιν*. Sic olim quoque fuit in ejusdem Xenophontis libro de republ. Athen. III, 6. *οἷς οὐδὲ νῦν δι' ἐνιαυτοῦ δικάζοντες ὑπάρχουσιν*; ubi nunc Schneiderus edidit *ἐπαρκοῦσιν* pro *ὑπάρχουσιν*. — Diodor. Sic. I, 28 (Tom. I. pag. 33, lin. 94 Wess.): *οἵτινες* (*οἱ Εὐπατρίδαι*) *ὑπῆρχον ἐν παιδείᾳ μάλιστα διατετριφότες καὶ τῆς μεγίστης ἠξιωμένοι τιμῆς*.

---

3) Nisi malis accipere illud *ὑπέρχεται* eo sensu, quo *ὑπῆλθε* Cat. min. 50; ad quem locum adhibe Coraji notam pag. 337, qui commode explicuit per *ἐθεράπευσεν, ἐκολάκευσεν*.

Saepissime quidem participio junctum inveniri hoc verbum, non ignoro; at plerumque alio sensu, qui et a nostro loco et ab iis, quos modo laudavi, abhorret, uti notet *auctorem esse, priorem facere*; de quâ significatione unus sufficere potest Valckenarius, ad Euripid. Phoen. 1576. pag. 533 et ad Herod. IV, 1. jure non omissus Sturzio in Lex. Xenophont. Tom. IV. pag. 363. Quodsi tamen quis sit, cui minus persuaserim sententiam meam, aliam ei proponam rationem hujus loci expediendi, ductam e Xenophontis loco parallelo, quem ante oculos habuisse Plutarchum verisimile est. Ita enim ille (Anab. I, 1, 4): *Παρύσατις ἡ μήτηρ ὑπῆρχε τῷ Κύρῳ, φιλοῦσα αὐτὸν μᾶλλον, ἢ τὸν βασιλεύοντα Ἀρταξέρξην*; i. e. „Parysatis, mater, Cyro *favebat*, sive, Cyrum *adjuvabat*, majori eum amore amplectens, quam illum, qui regnum tenebat;" ex quo sensu, nostro in loco ad *ὑπῆρχε* e sequenti *Κῦρον* subaudias necesse est *τῷ Κύρῳ*. Caeterum hunc usum verbi *ὑπάρχειν* praeter Viger. de idiotism. pag. 508, illustravit Wyttenbachius Select. Histor. pag. 381, (unde nuper profecit Creuzerus ad Plotinum de pulcrit. pag. 312) cui addi possunt aliquot loci Xenophontei apud Sturzium, Lex. Xenoph. Tom. IV. pag. 363.

Quoniam vero semel in vario hujus verbi usu illustrando versor, non omittendum putavi, tertiam singularis numeri personam quasi impersonaliter, eodem fere significatu (*τοῦ accidere, contingere, adesse*) quo alias *συμβαίνει*, construi cum infinitivo, de quo consulas Viger. de idiotism. pag. 508. Heindorf. ad Platon. Phaed. pag. 108. In Plutarcho est hoc frequentissimum; Artaxerx. cap. 4. 8. Agesil. 1. 10. Romul. 15. Brut. 7. Comp. Solon. c. Publ. 1. 3. Comp. Lycurg. c. Num. fin. Pyrrh. 14. Interdum etiam huic infinitivo praeponitur *ὥστε*, notante Schaefer. ad Sophocl. Oedip. Colon. v. 1350. Tom. II. pag. 524. Matthiae Grammat. Gr. §. 531. not. 2. pag. 761.

*εὔελπις ὢν, ὡς κατειργασμένης ἐκείνης, διάδοχον αὐτὸν ἀποδειχθῆναι*] Lectioni codicis S. G. caeteri codices non addicunt, in vulgatâ *κατειργασμένης*, quam ille mutat in *κατεργασαμένης*, persistentes. — Est vero hoc loco *εὔελπις* junctum infinitivo aoristi (cum res, in mente Cyri, ut jam peracta, quando Susa pervenisset, cogitetur); quod notandum; vulgaris enim ratio sibi habet futuri infinitivum; vide modo Schaeferum ad Longi Pastoralia pag. 409. 410. A qua tamen ratione multi recedunt loci: Plat. Phaedr. §. 13. p. 205. Heind. pag. 231, e. Steph. *ὥστε πολὺ πλείων ἐλπὶς ἐν τοῖς πολλοῖς ὄντα τυχεῖν τὸν ἄξιον τῆς σῆς φιλίας.* Sed ibid. §. 16 sequitur infinitivus futuri: *ὥστε πολὺ πλείων ἐλπὶς, φιλίαν αὐτοῖς — γενήσεσθαι.* Homer. Odyss. ζ, 314 et η, 76 *ἐλπωρή τοι ἔπειτα, φίλους τ' ἰδέειν καὶ ἱκέσθαι οἶκον κ. τ. λ.* ad quos locos adhibe Porsonum pag. 46. ed. Lips. et Acta philoll. Monacc. I, 4. pag. 450. — Eundem usum attigit Thomas Magister pag. 167 ed. Bern., exemplisque firmavit, quae nostro loco plane sunt gemina. Alios locos, in quibus tamen infinitivo aoristi addita est particula *ἄν*, suppeditabit Schaeferus ad Soph. Philoctet. vs. 629. Tom. II. pag. 347 seq. et ad Homer. Tom. III. pag. 156. ed. Lips. Et omnino post verba *putandi, sperandi*, et id genus alia, ubi futuri infinitivum exspectes, aoristi infinitivus invenitur, vel additâ particulâ *ἄν*, id quod frequentissimum, vel etiam omissâ; quod quamvis minus vulgare, extra omnem dubitationem posuerunt Poppo Observv. in Thucydid. p. 150, atque Heindorfius ad Platonis Protagoram pag. 487. Uberius vero in eandem rem inquisivit Wunderlichius Observv. critic. in Aeschylum pag. 177 et praefat. ad Demosten. orat. de coronâ pag. XV seqq. [4]) Quod qui

4) Adeo futuri infinitivum sequi, additâ particulâ *ἄν*, idoneis exemplis demonstravit Wunderlich. l. l. pag. XVII.; unde apparet, sanum esse, quod in Plut. Marcel. cap. 15 init. legimus:

minus tenebant, ii multis locis sunt lapsi, in quibus vel particulam *ἂν* absentem intrudere vel aoristum in futurum mutare voluerunt; quod praeter alios contigit Marclando ad Lys. pag. 818. 864 et 865 ed. Reisk. et Jacobsio in Addit. Animadverss. in Athen. pag. 15. Id ipsum vero, quod in verbis *putandi*, *sperandi* modo observavimus, nonnunquam etiam in verbis *ἐπαγγέλλεσθαι*, *ὑπισχνεῖσθαι* etc. obtinet, ut subsequatur infinitivus aoristi, vel omissâ particulâ *ἄν*. Vid. quae monuerunt Schaefer. ad Longi Pastor. p. 406 et Held. ad Plut. vit. Alexandr. cap. 18 in Act. philol. Monacc. Tom. II. fasc. 1. pag. 63 seq.; quibus unum addam locum Plutarchi e Pyrrho cap. 18: *καίπερ τοῦ Πύῤῥου συγκατεργάσασθαι τὴν Ἰταλίαν ἐπαγγελλομένου, φιλίαν κ.τ.λ.* Adeo praesentis infinitivus invenitur: Plut. Aristid. cap. 21: *οἱ Πλαταιεῖς ὑπεδέξαντο τοῖς πεσοῦσι καὶ κειμένοις αὐτόθι τῶν Ἑλλήνων ἐναγίζειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν.* Plat. Protag. pag. 497. Heind. pag. 319, a Steph. *δοκεῖς γάρ μοι ὑπισχνεῖσθαι ποιεῖν ἄνδρας ἀγαθοὺς πολίτας.* Sophist. pag. 328. Heind. pag. 232, d. Steph. *ἆρ' οὐχ ὑπισχνοῦνται ποιεῖν ἀμφισβητητικούς;* ubi videndus Heindorfius, idemque ad Gorgiam pag. 7. Add. Abresch. ad Xenoph. Ephes. pag. 241. ed. Locell. Quod dicendi genus imitati sunt Latini, docente Ruhnkenio ad Terent. Andr. I, 5, 3. pag. 49 et ad Eunuch. III, 3, 14. pag. 209.

Quoniam vero inter hanc utramque futuri et aoristi formam ubivis fere fluctuant codices, haud semel hoc suspensos tenuit editores. Sic, ut alia nunc mittam, infra cap. 26 *ἤλπιζε δὲ μάλιστα κατεργάσεσθαι τὸν πατέρα διὰ τῆς Ἀτόσσης*, haud scio an refingendum sit *κατεργάσασθαι*, quod praeter Juntinam, Ald. et Crat. noster quoque codex optimus cum S. G. suggerit.

---

*ἔκπληξις ἦν τῶν Συρακουσίων, — μηδὲν ἂν ἀνθέξειν πρὸς βίαν καὶ δύναμιν οἰομένων τοσαύτην;* neque, ut Corajo placuit, expungendum illud *ἄν*.

Brut. 41 init. ἡ δύναμις, οὐ πάνυ μαχεῖσθαι προςδοκῶσα τοὺς πολεμίους, ἀλλὰ μόνον ἐκδρομαῖς χρήσεσθαι πρὸς τὰ ἔργα καὶ βέλεσιν τοὺς ὀρύσσοντας ἐπιταράξειν; cod. Palat. nro. 168: χρησασθαι — ἐπιταράσσειν. Conf. Mar. cap. 12. 29. Public. 16 in. Contra in Solon. cap. 15 sine ullâ varietate infinitivus aoristi exstat, ut apud Xenophont. Cyrop. II, 4, 10. Agesil. VII, 6.

*Καὶ γὰρ εἶχεν εὐπρεπῆ λόγον ἡ Παρυσάτις, ᾧ καὶ Ξέρξης ὁ παλαιὸς ἐχρήσατο, Δημαράτου διδάξαντος, Ἀρσίκαν μὲν ἰδιώτῃ, Κῦρον δὲ βασιλεύοντι Δαρείῳ τεκεῖν.*] Sic dedit Schaeferus, praeeunte Reiskio, qui Bryanum secutus, ὡς, quod vulgo ante Ἀρσίκαν legebatur, ejecerat, quamquam in Annott. Tom. V. p. 719 alia omnia posuit. Eadem fere est ratio Coraji, quâ vel extrudatur ὡς vel mutetur τεκεῖν in τέκοι. Nobis tamen, quo minus tot viris, iisque doctissimis, assentiamur, nonnulla obstant. Nam primum in vulgatâ, quae retinet illud ὡς, omnes, quod quidem sciam, libri vetusti consentiunt, neque ullum ullo in codice vestigium apparet, unde intrusam esse hanc particulam suspiceris, cum potius credibile sit, eam praecedente syllabâ ος esse absorptam. Deinde satis est cognitum, in scriptoribus Graecis, inprimis Atticis, particulam ὅτι saepenumero post verba dicendi ita poni, si vel ipsa dicentis verba proferuntur, vel in accusativum cum infinitivo transit oratio, [5]) ut prorsus superflua videatur; quo de usu vide, quos citat Valckenaer. ad quaed. loc. N. F. pag. 390. add. Ast. ad Plat. de legg. pag. 469 et Bornemann. de gemina Xenoph. Cyropaed. recensione, spec. I. pag. 18. 19; quibuscum conf. Wyttenbach. Animadverss. in Plut. Moral. Tom. I. pag. 93. E Plutarcho praeterea hanc in rem tenendi

5) etiam, subsequente Genitivo, quem ajunt, absoluto. Plat. Gorg. pag. 115. Heind. (pag. 481, d.) *Αἰσθάνομαι οὖν σοῦ ἑκάστοτε καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὅτι — οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου;* ubi quaedam annotavit Heindorfius.

hi loci: Themist. cap. 16. Lycurg. 22 init. Artaxerx. 5. 14 med. Nonnulla quoque excitavit Schleusner. Lexic. N. F. Tom. II. pag. 529. — Id ipsum non minus in similem particulam ὡς, simili in structurâ cadere, abunde docent tot loci Xenophontei, Sturzii industriâ collecti in Lexic. Xenophont. Tom. IV. pag. 615. Est autem hic usus non Xenophontis solius, sed nostri quoque scriptoris ἀττικωτάτου, quem in hoc iterum Xenophontis vestigia legisse videmus. Themistocl. cap. 23: πρὸς τοὺς πολίτας ἔγραψεν, ὡς ἄρχειν μὲν ἀεὶ ζητῶν — οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις αὐτὸν ἀποδόσθαι, ubi Reiskius, parum attendens, deesse existimabat τολμῴη; quo quidem fulcro lubentissime caremus. Sic Lycurg. 14 fin. 20 init. Pericl. 12 init. Public. 21 med. Num. 5 circ. med. Artaxerx. 14 med., ὡς positum est, licet ipsa dicentis verba deinceps exhibeantur; vid. Ast. ad Platon. de legg. pag. 68, qui vero nihil aliud fecisse videtur, nisi quod Sturzium (Lex. Xenophont. Tom. IV. pag. 608) exscripsit, nullâ tamen ejus mentione factâ. — Cujus duplicis usus particularum ὡς et ὅτι rationem nuper proposuit Poppo Observatt. in Thucydid. pag. 185, quam quin amplectar, ego nullus dubito. Quae cum ita sint, vulgatam ὡς Ἀρσίκαν κ. τ. λ. restituendam esse censemus; in Polybio, XII, 25, 7 et XV, 2, 8, locis nostro geminis, vehementer probamus Schweighaeuseri, V. D. rationes, quibus ductus, ὡς, vulgo omissum, textui inseruit. Vide Tom. VII. pag. 124. 181.

Ut autem res ipsa, quae hoc loco narratur, satis intelligatur, hoc est tenendum, lege quâdam fuisse cautum apud Persas, ut e regis filiis non alius maximus natu patri in regno succederet, quam qui maximus fuit natu, patre jam regnum adepto atque administrante; qui nati fuerant, patre non ipso regnante, ii deinde a regno excludebantur. Consulendus inprimis hâc de re Herodotus VII, 3; coll. Justin. II, 10. Heeren. Ideen etc. Tom. I, 1. pag. 550 ed. Vindob.

## CAP. III.

*ἔστι δὲ θεᾶς πολεμικῆς ἱερὸν, ἣν Ἀθηνᾷ ἄν τις εἰκάσειεν*] Vulgo: *ἣν Ἀθηνᾶν τις εἰκάσειεν* (et sic quoque noster codex unâ cum reliquis); quod Reiskius, cui se applicuit deinceps Schaeferus, immutavit in: *ἣν Ἀθηνᾷ ἄν τις εἰκάσειεν;* caeterum monens, servari posse vulgatam, subaudiendo verbo *εἶναι* [6]); Corajus in textu retinuit vulgatam, sed in notis aliam proposuit lectionem: *ἣν Ἀθηνᾶν ἄν τις εἰκάσειεν.* Mihi, ut nunc sententiam meam qualemcunque proferam, prae caeteris unica placet lectio, quam e Reiskii rationibus exhibuit Schaeferus. Nam in vulgatâ: *ἣν Ἀθηνᾶν τις εἰκάσειεν* aegre desidero particulam *ἄν*, quae in hoc structurae genere (in *optativo*, quem vulgo dicunt, *potentiali;* de quo Matthiae Gramm. Gr. §. 528, 2. pag. 753) an omnino omitti queat, admodum dubitaverim; in Plutarcho certe nullum adhuc geminum offendimus exemplum. Vide Heindorf. ad Euthydem. pag. 311. Werfer. Act. philoll. Monacc. Tom. I. fasc. 2. pag. 257. Refragantur fortasse aliquot loci Homerici; quos tamen in posteriores scriptores minus valere, bene docuit Schaefer. Melett. Critt. Part. I. pag. 122. Quo accedit, ut librarii, cum omnino et voces et syllabas, quae fuerant repetendae, omitterent, (vid. Brunck. ad Sophocl. Oedip. Tyr. 1089. s. 1096) inprimis *ἄν*, praecedente syllabâ *ᾶ* vel *αν*, sexcenties neglexerint, *κακοφωνίαν* forsitan

6) quod v. g. additum habet Plutarchus Paul. Aemil. 25. *τούτους εἴκασαν εἶναι Διοσκόρους.* coll. Brut. 43. Pyrrh. 32. Themistocl. 15. *ἕτεροι δὲ φάσματα καὶ εἴδωλα καθορᾶν ἔδοξαν ἐνόπλων ἀνδρῶν· οὓς εἴκαζον Αἰακίδας εἶναι.* In quibus tamen locis vereor, ne alia obtineat notio *suspicandi*, *putandi* (ut quoque Romul. 27. Solon. 5. 12 fin. Public. 9. Cat. min. 72 fin. de mulier. virtt. Tom. VIII. pag. 277; passim), quam a nostro loco alienam esse judicamus, in quo potius altero valere videatur *comparandi*, *assimulandi;* quam utramque significationem exemplis firmavit Ruhnken. ad Timaei Lex. vocc. Platt. pag. 95; add. Valcken. ad Herodot. I, 84.

hanc ejusdem syllabae iterationem existimantes, quamvis reapse Graecis auribus non fuerit; conf. Schaefer. l. l. pag. 49. 120 et ad Gregor. Corinth. pag. 786, Bornemann. de geminâ Xenoph. Cyrop. recensione I, p. 27; id quod intellexisse videtur Corajus, emendans: ἣν Ἀθηνᾶν ἄν τις εἰκάσειεν.[7])

Num igitur amplectamur hanc emendationem, unde talis fere enascetur sensus: „*quam quis Minervam existimaverit*" sive „*quam quis Minervam esse suspicetur*")[8]? Equidem nolim; nam si retineas dativum Ἀθηνᾷ, aliter erit locus interpretandus, sic fere: „*quam quis comparare possit cum Minervâ*"; qui sensus, ut omnino, nescio cur, mihi videtur aptior, ita etiam accommodatior Plutarcho, quem comparationes et παραλληλισμοὺς ubivis summopere sectari, satis superque constat. Parum diverse idem est locutus Brut. 31 init.: τοὺς δὲ Λυκίους δεινή τις ἐξαίφνης πρὸς ἀπόνοιαν ὁρμὴ καὶ λόγου κρείσσων κατέσχεν, ἣν ἄν τις ἔρωτι θανάτου μάλιστα προσεικάσειεν. Num. 15. οὓς Σατύρων ἄν τις ἢ Πανῶν γένει προσεικάσειε.

De deâ ipsâ deque initiis, quae hîc narrantur, ex-

---

7) Inde jure eandem particulam, male vulgo omissam, de suo inseruit Reiskius in Plut. Agesil. 5: οὐ γὰρ ἂν τὸν Ἀγαμέμνονα ποιῆσαι χαίροντα τοῦ Ὀδυσσέως ἐπέεσσιν, εἰ μὴ μέγα ἀγαθὸν ἐνόμιζεν εἶναι κ. τ. λ.; nam ἂν post γὰρ praecipue omisisse librarios, ostendit Werfer. Act. philol. Monacc. Tom. I. fasc. 2. pag. 247. Atque negari nequit, quod Schaefer. Meletem. Critt. I. p. 55. 129 (coll. Heindorf. ad Plat. Protagor. p. 528 et Matthiae Grammat. Gr. §. 508, c. not. 1. pag. 715) contendit, rariorem esse hanc omissionem particulae ἂν, eamque in certis quibusdam verbis tantummodo inveniri. Neque aliis locis iu scriptore nostro haec particula deest (quod idem in Philostrato observavit Boissonadius ad Heroic. pag. 353); nisi illud excipias, quod legimus Agesil. cap. 8: καὶ γάρ, εἰ Λύσανδρος φορτικὸς ἦν, ὥσπερ ἦν, οὐκ ἠγνόει δήπουθεν Ἀγησίλαος ἑτέραν ἐπανόρθωσιν οὖσαν κ. τ. λ. ubi nihil varietatis e codicibus enotatum reperimus.

8) Hunc sensum sequitur Cruserius, vertens: „*quam Minervam conjicias esse*" et Dacierius „*on peu conjecturer, que c'est la même que Minerve.*"

posuit Creuzerus, Symbol. Tom. II. pag. 19 seqq., cui jung. Brisson. de reg. Pers. princip. I. §. 10. pag. 13 ed. Lederlin. Argentorati 1710. Hoeck. veteris Mediae et Persiae monument. Gotting. 1818. pag. 3. 9. 65.

*εἰς τοῦτο δεῖ τὸν τελούμενον παρελθόντα, τὴν μὲν ἰδίαν ἀποθέσθαι στολὴν, ἀναλαβεῖν δ', ἣν Κῦρος ὁ παλαιὸς ἐφόρει*] *ἀναλαβεῖν* vocabulum solemne nostro, si quis *vestem induere* dicitur; exempla beatâ manu suppeditabit Wyttenbach. Animadverss. in Plut. Moral. I. p. 308; add. Syrach. L, 12. Iob. XL, 5. quos locos debeo Bielio, Thesaur. philolog. I. pag. 102. [9])

De vestibus autem Cyri prisci, quarum hic mentio fit, conf. Hoeck. veter. Med. et Pers. monument. p. 72.

*δεῖ τὸν τελούμενον — σύκου παλάθης ἐμφαγόντα, τερμίνθου κατατραγεῖν, καὶ ποτήριον ἐκπιεῖν ὀξυγάλακτος*] Pro *δεῖ* Cod. Pal. *δή*; solemni librariorum errore.

Pro *σύκου* Corajus posuit *συκῶν* [10]), quod probo; erat enim *παλάθη*, ut idem monet, massa ficorum, quas in laterum morem figurantes, diu ut integrae servarentur, compingebant; quod vel adhuc apud recentiores Graecos fieri solet. Eadem fere ex Hieronymo in Oseae cap. 1. protulit Wesseling. ad Diodor. Sicul. XVII, 68. Tom. II. pag. 212; conf. etiam Herod. IV, 23. pag. 291 Wess. ibique Valcken. In universum quidem *παλάθαι* Graecis dicebantur *massae quaelibet*, tradente Salmasio ad Solinum pag. 1076, a; deinde praecipue *massae ficorum*. cf. Phot. Lex. Graec. pag. 270. Zonar. Lex. Gr. pag. 1507, ubi explicantur per: *μάζαι σύκων*; Lucian. Tom. III. pag. 102. ed. Bipont. (*παλάθαι*

---

9) *ἱματίων ἀποθέσεις* in mysteriis fieri solitae, explicantur passim a scriptoribus. Tu vide Creuzerum ad Plotin. de pulcrit. pag. 303 seq. pag. 307.

10) Poterant haec facillime confundi in codicibus. Vide modo Bastium ad Gregor. Corinth. pag. 774. 778.

*τῶν Καρικῶν)*, ubi videatur Palmerii nota pag. 447; idem pag. 159. *παλάϑη ἰσχάδων*. Add. Biel. Thesaur. philol. II. pag. 6. Etymolog. magn pag. 418, 49. Sylb. Schaefer. ad Longi Pastoral. pag. 381, a quo edocemur, apud Graecos hoc genus cibi e vilioribus fuisse atque pervulgatis. At in mysteriis Graecorum longe lateque patuit hic ficorum usus, de quo monuit omnium optime Creuzerus Symbol. Tom. III. p. 359 seq. Tom IV. p. 223. 513.

In eo, quod mox sequitur, Corajus et Schaeferus Reiskii emendationem *ἐμφαγόντα* receperunt, quae postea uno tantum firmata est S. G. codice, cum caeteri in vulgatâ *ἐκφαγόντα* adquiescant, quae et ipsa nihil mihi videtur offensionis habere; quin etiam concinnior possit haberi, quoniam in altero membro orationis *ἐκπιεῖν* legimus, et forsitan in mysteriis hoc fuit praeceptum, ut totâ istâ massâ initiandus vesceretur. Cimon. cap. 1: *χρίονται μὲν αἰθάλῳ τὰ πρόσωπα, ἐκπιόντες δ' ἄκρατον κ. τ. λ.*, recte rejecit Schaeferus, quod alii dabant *ἐμπιόντες*; est enim significantius illud atque efficacius. De permutatione τοῦ $\bar{\kappa}$ et $\bar{\mu}$ vid. Bast. ad Gregor. Corinth. pag. 405. 721.

*ἕτερ' ἄττα*] Cod. Pal. *ἕτερα ἄττα.*

*ἀφίκετο Τισαφέρνης πρὸς αὐτὸν*] Cod. Pal. *Τισσαφέρνης*, duplici *σ*, quae constans est hujus nominis scriptura apud Xenophontem, Thucydidem et Diodorum; ut in Plutarcho quoque, cum hic, tum alibi (v. g. Agesil. cap. 9. 10) sic scribi oporteat.

*καὶ προδοϑῆναι*] Cod. Pal. *καὶ παραδοϑῆναι.*

*πρὸς τὸν αὑτῆς*] Cod. Pal. *πρὸς τὸν ἑαυτῆς.*

*αὖϑις ἐπὶ ϑάλασσαν*] C. P. cum S. G. *α. ἐ. ϑάλατταν*, ut infra quoque cap. 21.

*ἡ μήτηρ κατέπεμψε* (scil. *τὸν Κῦρον*) *αὖϑις ἐπὶ ϑάλασσαν, οὐκ ἀγαπῶντα τὴν ἀρχὴν ἐκείνην, οὐδὲ μεμνημένον τῆς διέσεως, ἀλλὰ τῆς συλλήψεως, καὶ δι' ὀργὴν σπαργῶντα μᾶλλον, ἢ πρότερον, ἐπὶ τὴν βασιλείαν.*]

Plura hic notanda nobis se offerunt. Primum illud ἀγαπᾶν, junctum quarto casui, tertium cum exspectaveris, eo sensu, ut sit *contentum esse aliquâ re.* Quod vero, ut multa alia, e Platonis usu fluxit, de quo plures, Gottleber. ad Plat. Alcibiad. I. cap. 15. Ast. p. 119, e. Steph., Heindorf. ad Euthydem. pag. 417. Ast. ad Phaedr. pag. 388, unde probabiliter sua sumsit Matthiae Gramm. Graec. §. 403, c. not. 1. pag. 547; quibus jungendi Viger. de idiotism. pag. 221 ed. Herm. Reitzius ad Lucian. Tom. VI. pag. 464 ed. Bip., et quem primo loco laudare debebam, Gataker. ad Marc. Antonin. VI, 49. pag. 253, qui omnium doctissime ac copiosissime et hujus et cognati verbi στέργειν usum, ex quo utrumque denotat: *contentum esse aliquâ re, acquiescere in aliquâ re*, expediit. Verbum στέργειν nuper admodum attigit Moser. in Lectt. Plutarch. Specim. pag. 40. 41 in Creuzeri Meletematt. P. II. Ut ad Plutarchum redeam, indicemus aliquot locos, in quibus hoc verbum hoc ipso significatu est obvium: Artaxerx. cap. 21. Pyrrh. 12 med. Caj. Gracch. 1. Agesil. 16. 35. 28. Aristid. 16. Cimon. 9.

In proximis Schaeferus e codice S. G. quocum noster conspirat, edidit, Corajo quoque suadente, διέσεως, cum antea exstaret δεήσεως, quod propter alterum locum cap. 6. (ποῦ δὲ αἱ δεήσεις, αἷς ἐξελομένη τὸν ἐπιβουλεύσαντα κ. τ. λ.) Reiskius intactum reliquisse videtur. Bryan. et Mos. Dus. legi voluerunt διήσεως, „licet nomen hoc non occurrat, verbum tamen in ea re a Plutarcho et aliis adhiberi asserentes.“ Quorum si ea fuit mens, (nam ex iis, quae Huttenius, cujus solius editio nunc ad manus est, breviter protulit, quaeque modo descripsimus, illorum virorum quae vera fuerit de hoc vocabulo sententia, vix divinare, neque clare diserteque cognoscere possumus [11])) si, inquam, ea fuit

11) Quod idem iis accidet, qui Dacierii de hoc loco sententiam

illorum sententia, ut *δίησις* acciperent pro *dimissione, remissione,* a *διΐημι, remitto, dimitto*, vereor, ut linguae Graecae regulis conveniat haecce vocula. Quotquot enim a verbo *ἵημι* ejusque compositis formantur substantiva, per *ε̄* breve, non per *η̄* finguntur, quemadmodum *ἄφεσις, ἄνεσις, ἔφεσις, σύνεσις, ὕφεσις*, id genus alia (conf. Henr. Steph. Thesaur. ling. Gr. s. v.). Rectius igitur scribes *δίεσις* et in genitivo *διέσεως* a verbo *διΐημι*; *remissio*, vernacule Entlassung; quae vox, quamquam alio potissimum sensu in re musicâ usurpatur, [12]) quin etiam hoc sensu proprio reperiatur, nihil dubito, licet nullus locus in Stephani Thesauro indicetur, necdum ipse talem invenire potuerim.

Jam veniamus ad *σπαργῶντα*, quod omnes editiones atque codices habent; in nostro ad marginem adscriptum est: *γράφεται σπεύδοντα;* quae lectio, nisi omnia me fallunt, debetur librario cuidam vel lectori benevolenti, qui cum ipse gravitatem verbi *σπαργᾷν* non persentisceret, aliud nobis verbum obtrudere voluit, quo recepto, non solum infirmior erit oratio, sed etiam exstinctus color Platonicus, qui in hoc verbo inest. Usurpat enim Plato *σπαργᾶν* de *incensa cupiditate* et *impatientis animi aestu*, ut unus omnium optime tradidit Ruhnkenius ad Timaei Lex. vocc. Platt. pag. 234, qui fontem indicavit, ex quo, ut alia multa apud Plutarchum, ita haec quoque fluxerunt. Locis, ab eo laudatio, hos habeo addere: Lucull. cap. 6 init. Cicer. 40. Aristid. 17. Comp. Pericl. c. Fab. Max. 1 fin. Flamin. 20.

---

quaerent, quippe qui libere ita reddidit Gallice: „*oubliant la grâce, que le roi lui avoit faite.*"

12) „*Δίεσις* erat soni genus in musicâ veterum (ein Viertelton); „de quo diversimode statuebant Pythagorei. vid. Aristoxeni „Fragg. p. 172 seqq. ed. Mahn. et Schneideri Eclogg. physicc. „pag. 325. Etiam *διέσιον* est sonus musicus, deinde ad alias „res designandas traductus. Vid. Hesych. Vol. I. pag. 956. ibi„que nott. et Suiceri Thesaur. eccles. Tom. I. pag. 907." *Cr.*

Marcell. 28 med. Conf. Photius Lex. Gr. p. 590: σπαργῶσιν· ὀρεκτικῶς καὶ ἐπιθυμητικῶς ἔχουσιν. Add. Schleusner. nov. cur. p. 411. Gregor. Corinth. de dialect. p. 552 ed. Schaef. ubi vide annotata; nam ille Ionicis hoc verbum tribuit, quod exponit per ὀρέγεσθαι, ἐπιθυμεῖν.

## CAP. IV.

εἰ γὰρ ἄλλο μηδὲν, ἀλλ' ἡ μήτηρ ὑπῆρχε κ. τ. λ.] Pro μηδὲν Cod. S. G. οὐδὲν, sed cum μη suprascripto a manu paulo recentiori; quod in Plutarcho, ut serioris aevi scriptore, non statim rejiciendum puto; quippe qui, caeteroquin accuratissimus, tamen subinde commisit, ut scriberet οὐ, ubi ex vulgari Gramm. praecepto ponendum erat μή. Nam licet in Artaxerx. cap. 4. (οὐδὲν γὰρ ἦν οὕτω σμικρόν τι τῶν διδομένων, ὃ μὴ προςεδέξατο προθύμως) recte posuerit μὴ, cum tota sit sententia hypothetica, quam vocant, hunc in modum interpretanda: *quod non lubenter receperit*, aliis tamen locis, quorum eadem est ratio, usurpavit οὐ. Aristid. 25: οὐδεὶς ἦν τῶν ἀκουόντων, ὃς οὐκ ἀπῄει πένης μᾶλλον εἶναι βουλόμενος κ. τ. λ. Dion. 46: οὐδεὶς δὲ φίλαυτος οὕτως ἦν — ὃς οὐ μᾶλλον ὑπὲρ μόνου Δίωνος, ἢ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἀγωνιῶν ἐφαίνετο. Comp. Tim. c. Paul. Aem. 2: Ἑλλήνων οὐδεὶς ἡγεμών ἐστιν, ὃς οὐ διεφθάρη τότε κ. τ. λ. Comp. Dion. c. Brut. 4 init. Διονυσίου γὰρ οὐδεὶς ὅςτις οὐκ ἂν κατεφρόνησε τῶν συνηθῶν, ἐν μέθαις — τὰς πλείστας ποιουμένου διατριβάς; ubi notanda particula ἂν, quae in iis locis, quos supra excitavimus, deest [13]). Plura exempla, quae huc faciunt, largâ manu, uti assolet, protulit Wyttenbachius ad Julian. Orat. I. pag. 41, c. in Biblioth. crit. X. pag. 63. Neque minus tenendum illud ὅπως οὐ, quod aliquoties in Plutarcho offendi-

13) Cf. Matthiae Grammat. Gr. §. 509. not. p. 715. Dissen. disquiss. philoll. I, pag. 12. 13.

mus. Lycurg. 27 fin. *διὸ μᾶλλον ᾤετο χρῆναι φυλάττειν τὴν πόλιν, ὅπως ἠθῶν οὐκ ἀναπλησθήσεται πονηρῶν.* Lysand. 17 fin. *οἱ δὲ ταῖς μὲν οἰκίαις τῶν πολιτῶν, ὅπως οὐ πάρεισιν εἰς αὐτὰς νόμισμα, τὸν φόβον ἐπέστησαν φύλακα*; quod Corajus (Tom. III. pag. 370) commode exponit: „*ὅπως οὐκ εἰςελεύσεται.*" Agesil. 11 c. fin. *ἀλλ' ὅπως αὖθις οὐκ ἀποδειλιάσεις.* [14]) Sic olim legebatur in Caj. Gracch. cap. 1. *πολὺς ἦν ἐν αὐτοῖς λόγος, ὅπως οὐκ ἐάσωσι ἐπὶ δημαρχίαν τὸν Γάϊον προελθεῖν.* Schaeferus e cod. S. G. rescripsit: *ὡς οὐκ ἐάσουσι*; (noster cod. nro. 283 cum reliquis codd. retinet vulgatam) quod utrum jure fecerit, necne, accuratius tractare liceat; nam speciosa hujus unius libri lectio est, neque vero, ut mea fert sententia, a Plutarchi manu profecta.

Nam primum *ὅπως* haud raro pro *ὡς* s. *ὅτι* usurpari, inprimis apud Isocratem (summis autem in deliciis habuit noster Isocratem, ut quem saepiuscule imitando exprimere studuerit; id quod viris doctis satis est cognitum), bene praecepit Heindorf. ad Euthydem. p. 383. 384. Ex Plutarcho vide sis Themistocl. cap. 20. *τῶν Λακεδαιμονίων εἰςηγουμένων, ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας αἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μήδου πόλεις κ. τ. λ.*

---

14) Quin etiam *εἰ οὐ* invenitur et quidem apud probos scriptores, v. g. Thucyd. III, 55. pag. 474. Beck. *εἰ δ' ἀποστῆναι Ἀθηναίων οὐκ ἠθελήσαμεν, — οὐκ ἠδικοῦμεν.* Cf. ibid. VI, 89. Tom. II. pag. 149 Beck. *καὶ νῦν, εἴ τις καὶ τότε ἐν τῷ πάσχειν οὐκ εἰκότως ὠργίζετό μοι — ἀναπειθέσθω.* Schol. Thucydid. ad I, 28. pag. 67 Beck. *εἰ δὲ οὐκ ἐθελήσουσι παῦσαι τὸν πόλεμον.* Demosthen. de libert. Rhod. p. 197, 7 Reisk. *εἰ τὸ μὲν Ἀργείων πλῆθος οὐκ ἐφοβήθη τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν — οὐδὲ τὴν ῥώμην.* de foed. c. Alex. p. 216, 16 Reisk. *εἰ δ' οὐκ ἀνιᾶσιν οἱ καθ' ὑμῶν τῷ Μακεδόνι ὑπηρέται προςτάττοντες πράττειν κ. τ. λ.* Ulpian. in Demosthen. orat. de fals. legat. p. 98 infra (ed. Wolfii, Aureliae Allobrog. 1607): *εἰ μὲν γὰρ οὐκ ἔμελλε ποιήσειν, ἀλλὰ σὺ ἠπάτας.* Joann. Evang. X, 37. *εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι.* Paul. ad Roman. XI, 21. *εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται.* Conf. etiam Biel. Thesaur. philol. II. pag. 454.

Herodot. III, 62. ὦ δέσποτα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα, ὅκως κοτέ σοι Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέστηκε, οὐδὲ ὅκως τι ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς νεῖκός τοι ἔσται ἢ μέγα ἢ σμικρόν. Thucydid. III, 51. ἐβούλετο δὲ Νικίας τὴν φυλακὴν — ἔσπλειν, quem locum valde tenendum esse, jure censet Matthiae Grammat. Gr. pag. 775. Soph. Philoct. 169. — Antigon. 223. ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως τάχους ὕπο δύςπνους ἱκάνω; ubi Schol. pag. 133 Erf.: ὅπως] ὅτι. cf. ibid. vs. 677. Aj. 378. οὐ γὰρ γένοιτ' ἂν ταῦθ' ὅπως οὐχ ὧδ' ἔχειν, quod Erfurdtius comparat cum Antigon. 746: ταύτην ποτ' οὐκ ἔσθ' ὡς ἔτι ζῶσαν γαμεῖς, ubi alii γαμεῖν. — Ex eodem usu fit, ut Plutarchus, qui post verba κηρύττειν, γράφειν, ψήφισμα, alia, plerumque accusativum cum infinitivo posuit, [15]) interdum etiam usurparit ὅπως; ut v. g. Pericl. 32: ψήφισμα κυροῦται, Δρακοντίδου γράψαντος, ὅπως οἱ λόγοι τῶν χρημάτων — ἀποτεθεῖεν. Dion. 5: ὄντος αὐτοῖς ψηφίσματος, ὅπως ὁ ληφθεὶς — πεπράσκηται. Cat. maj. 22 fin. δεῖν ψηφίσασθαι, ὅπως οὗτοι — διαλέγωνται. Marcell. 25: συνθέμενος πρὸς Φάβιον, ὅπως ἐκεῖνος ἐπιχειρῇ Ταραντίνοις. Cim. 12: τέλος δὲ διήλλαξαν αὐτούς, ὅπως δέκα τάλαντα δόντες ἀκολουθῶσι. Adeo post εὔχεσθαι, cui vulgo accusativus cum infinitivo apponitur, invenias ὅπως: Paul. Aemil. 1. Δημόκριτος εὔχεσθαί φησι δεῖν, ὅπως εὐλόγχων εἰδώλων τυγχάνωμεν. Sic post ἐλπίζειν in Sophocl. Electr. 963. καὶ τῶνδε μέντοι μηκέτ' ἐλπίσῃς, ὅπως τεύξει ποτ' κ. τ. λ. quem locum tractavit Schaefer. ad Oedip. Colon. vs. 385. Tom. I. pag. 313. Invenitur quidem ὡς post ἐλπίζειν,

15) Vid. Held. ad Alexandr. cap. 11 in Act. Phill. Monacc. II. fasc. 1. pag. 50. Alios locos capitum numero tantummodo indicasse sufficiat: Tib. Gracch. cap. 7. Themist. 10. 11. Cicer. 26 post in. Pericl. 20. 30. Public. 23. 7. 8. 14. Cat. maj. 5. Philopoem. 15. Flamin. 7. Quaest. Rom. 101. p. 178 Wyttenb. Sic etiam post δόγμα: Aem. Paul. 29 init. — Marcell. 23 fin. ubi praecedit νόμον τίθεσθαι, Public. 16 fin. ubi antecedit εἰσηγεῖσθαι, quod supra cum ὅπως junctum vidimus in Themist. 20. Post γράφειν: Cicer. 23 fin. Moral. VIII. pag. 271 ed. Hutten. supra.

sed raro; vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 533. not. 1. pag. 765. Ad hunc eundem usum particulae ὅπως nonnulla quoque referri possunt, quae habet Matth. Gramm. Gr. §. 531. not. 2. pag. 761. et Dorville ad Chariton. pag. 341.

Deinde si quem forte suspensum teneat conjunctivus aoristi I. act. post ὅπως, contra Dawesii praeceptum, qui futurum ubivis vult reductum, (quod praeceptum plures deinceps repetierunt; vid. Matthiae Gramm. Gr. p. 738. add. Act. societ. philolog. Lips. II. p. 422. Jacobs. Additam. Animadverss. in Athen. pag. 286. Ast. ad Platon. Polit. pag. 460.) is legat exempla plurima, quibus bene docuit Heldius (ad Plut. Alexandr. cap. 41 in Actt. philolog. Monacc. Tom. II. fasc. 2. pag. 160 seq.), probum esse conjunctivum aoristi I. et activi et medii, qui excipiat particulam ὅπως, neque ullâ correctione tentandum.[16]) Atque praeter Heldium jam alii, (conf. Heindorf. ad Plat. Protagor. pag. 476. Popp. Observv. in Thucydid. pag. 135.) monuerant, non usquequaque stare posse illud Dawesii praeceptum, nisi, prorsus postpositâ librorum vetustorum auctoritate, temerarius haberi velis per veterum monumenta grassator. —

---

16) Add. Num. 2. Marcell. 4 med. 14 fin. 17 fin. 25 fin. Alex. 10. Arat. 19 fin. Pyrrh. 21 in. Artaxerx. 8. Aristid. 10. Themistocl. 12. Apophthegm. reg. Tom. VIII. p. 98. Hutt. med. ibid. p. 91. et Conviv. VII sap. §. 6. In Dion. cap. 10, ubi in vulgatis est μηχανήσεται, e cod. Palat. nro. 168 legendum: μηχανήσηται. In Cat. min. cap. 70 init. ubi est: ὅπως — φράσῃ, Cod. Pal. nro. 168: φράσῃ. (οι superscr.) — Add. Diodor. Sicul. II, 33 circ. fin. ἀρὰν θέσθαι τὸν διαδεχόμενον — ὅπως μηδέποτε διαλύσωνται ἔχθραν Καδούσιοι; ibid. 26 in. — ὅπως — βιάσωνται; Demosthen. in Mid. (pag. 522 R.) pag. 14 Spald. ἐκδόντος δέ μοι Δημοσθένους στέφανον χρυσοῦν ὥστε κατασκευάσαι — ὅπως πομπεύσῃ ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ Διονύσου πομπήν; ubi nollem apposuisset vir doctissimus: „pendet conjunctivus ab oratione obliqua, non ab ὅπως." Vid. ibid. (p. 544 R.) pag. 50. ἐπιστάμεθα Μειδίαν πείθοντα ἡμᾶς, ὅπως τὴν δίαιταν αὐτῷ ἀποδιαιτήσωμεν. Confer ibid. p. 65 (p. 554 R.): ὅπως ἂν διαλλάξῃ αὐτῷ Δημοσθένην.

Huic quaestioni alia simul affinis est, particula εἰ utrum conjunctivo jungi queat, necne; quae ratio cum latius pateat, pluribus illustrare operae pretium duxi. In Ionicis enim scriptoribus, atque Doricis, poetis praecipue, εἰ commode jungi posse conjunctivo, pluribus jam dudum erat persuasum, Fischero ad Weller. III, a. pag. 90. Dammio Lex. Homer. pag. 2150. Matthiae Gramm. Gr. §. 525, 7, b. pag. 749. cll. Jacobs. in Act. philoll. Monacc. I, 2. pag. 149. 150. not. 15, Hermann. ad Viger. p. 831, aliis; in Herodoto contra subdubitaverunt quidam, quorum agmen duxit Valckenarius ad Herodot. II, 52. p. 129 Wess. et VIII, 49. p. 640 Wess., ad cujus sententiam nuper se applicuit Werferus in Act. philoll. Monacc. I, 1. pag. 101. 2. pag. 235. 236. — In Atticis poetis, et quidem tragicis, ut comicis, eadem est controversia; vid. Brunck. ad Aristoph. Plut. 117, (coll. Dissen. disquiss. philol. I, p. 19) alios, qui diserte ac praecise pronuntiant, esse ubivis conjunctivum expungendum, ubi cum εἰ et εἴπερ conjunctus occurrat. Contra quos Wunderlichius Obss. critt. in Aesch. pag. 195, alii; qui cum tot locos, invitis libris optimis, sibi corrigendos vidissent, dubitationem injecerunt, quod etiam Hermanno placuisse video, cujus verba ex parte apponam: „Ut constructio particulae εἰ „cum conjunctivo, qui modus etsi in conditione indi„canda fere ubique particulam ἐὰν adjunctam habet, „tamen quare cum particulâ εἰ conjunctus ita improbe„tur, ut ista constructio ubique etiam invitis libris tol„latur, nulla ideonea caussa est. Nam quod etc." (ad Viger. pag. 942.) Et profecto latius patuit hic usus, quam qui Ionicis solis et Doribus vindicetur, cum in Atticistis quoque haud pauca hujusmodi reperiantur. Plat. Phaedr. p. 234, c. εἰ δέ τι σὺ ὑποϑῇς, ubi Astium probo, nihil innovantem; vid. annott. pag. 244. Alii loci sunt obvii apud Thucydidem, quos cum ante mutatos voluisset Poppo (Observ. in Thucyd. pag. 16), so-

Ioecum hoc structurae genus pronuntians, posthac, meliora edoctus, calidiora consilia retractavit. vid. Additam. pag. 251. Quibus priores jam alii eandem in rem inquisierant, Locella, Bastius, Boissonadius, citante Jacobsio l. l. pag. 150 not. Mihi quidem liquet, in posterioribus praesertim scriptoribus, e quibus noster habetur, et philosophis et historicis, nulli fraudi esse debere particulam εἰ, cum conjunctivo junctam; quod exemplorum copiâ confirmavit Jacobsius l. l. pag. 150 et potissimum in Additam. Animadverss. in Athen. p. 146, coll. praefat. ad Antholog. Gr. ad fidem cod. Pal. p. XLIX et Hermann. ad Viger. p. 851. quibus alia nonnulla ego subjiciam. Aeneas Tactic. prooem. pag. 14. εἰ δ' ἄρα τι σύμπτωμα γένηται; vid. annott. pag. 123 ed. Orell. Lucian. Nigrin. §. 12. pag. 37. Tom. I Bip. εἰ καί τις ἀφίκηται παρ' αὐτοὺς κ. τ. λ. Plut. Cat. min. 70. εἰ πάντες ἀνηγμένοι τυγχάνωσι. Tib. Gracch. 15. ἀλλ' εἴ τις ἂν ἁμάρτῃ αὐτῶν (de Vestalibus loquitur), ζῶσα κατορύσσεται. Corajus in notis ad h. l. vel ejiciendum putat ἂν, si quis praeferat conjunctivum, vel legendum ἁμάρτοι; quod postremum ne Graecum quidem nobis videtur, quippe praesente, quod in apodosi sequitur, conjunctivum flagitante; alterum magis arridet, literarum ob similitudinem, quae saepe librarios induxit, ut unam syllabam bis scriberent. Cod. Pal. nro. 283 lectioni vulgatae patrocinatur, quae etiam ita mutari potest: ἀλλ' ἥτις ἂν ἁμάρτῃ αὐτῶν; ut omnis loci difficultas tollatur. Alex. 22 init.: ἐπεὶ δὲ Φιλόξενος ἔγραψεν, εἶναι παρ' αὐτῷ Θεόδωρον, ἔχοντα παῖδας — καὶ πυνθανόμενος, εἰ πρίηται, χαλεπῶς κ. τ. λ. Agesil. 24 med.: οὗτος ἐπείσθη πολὺ κάλλιον εἶναι, εἰ τὸν Πειραιᾶ καταλάβῃ δι' ἑαυτοῦ καὶ τῶν Ἀθηναίων ἀφέλοιτο, ubi tamen Schaeferus ex S. G. edidit καταλάβοι. — de superstit. IX (Tom. VIII. pag. 75 supr. ed. Hutt.): ἂν ἐπὶ θύραις μὴ ἔλθῃς, εἰ μὴ προσείπῃς, δέδεταί σου τὸ σῶμα, ubi Matth. legi posse monet ἢ μὴ pro εἰ μή. Liban. epist.

CCXXVII. pag. 110 Wolf. *σκοπεῖτε δὲ, ὡς οὐκ ἂν ὑμῖν αὐτοῖς, εἰ μὴ βοηθήσητε, συνησθείητε.* Isocrat. Plataic. 18. pag. 529. *εἰ Θηβαίους μὲν μὴ διακωλύσητε,* quod Werferus mutatum vult in *διακωλύσετε;* vid. Actt. philoll. Monacc. I, 1. pag. 105.

*εἰ γὰρ ἄλλο μηδὲν, ἀλλ' ἡ μήτηρ ὑπῆρχε*] Notandum illud *ἀλλά;* ponitur enim exquisitiori usu ita, ut, praecedente *εἰ μὴ*, apodosin exordiatur et exprimat *tamen, saltem.* Quo referri potest Homeri locus in Iliad. *φ'*, 577, laudatus Zeunio ad Viger. pag. 513. Herodot. III, 72. *φυλακὰς γὰρ οἶδάς κου καὶ αὐτὸς, εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀκούσας* (Cod. Pal. nro. 129 pro *οἶδάς κου* offert *οἶδά που*). Xenophonteos locos suppeditabit Sturzius in Lex. Xenoph. Tom. I. pag. 132. De Platonis usu monuit Heindorfius ad Protagor. pag. 618, cui add. Phaed. pag. 91, b. Menon. p. 86, e, ubi vid. Gedik. et Buttm. p. 43. Hinc Plutarchus in Aristid. cap. 18. *εἰ μὴ πέπρωται Ἕλλησι νικᾷν, ἀλλὰ δράσαντάς γέ τι παθεῖν καὶ δείξαντας ἔργῳ κ. τ. λ.* Agesil. 7: *αὐτὸς ὁ Ἀγησίλαος, εἰ καὶ μὴ φθονερὸς ἦν — ἀλλὰ φιλότιμος ὢν ἐφοβεῖτο κ. τ. λ.* Solon. 20: *καὶ γὰρ εἰ μὴ γίγνοιντο παῖδες, ἀλλὰ τιμή τις ἀνδρὸς αὕτη κ. τ. λ.* Paul. Aemil. 3 med. de ser. numin. vind. pag. 41, in quo loco de eâdem dictione monuit Moserus in Meletem. Creuz. II. p. 50. Add. Hoogeveen. doctrin. particc. pag. 4, VII. et p. 10, X. edit. Schütz. Longinus fragm. VII. pag. 188 ed. Weiskii (Lipsiae 1818): *ἐν οἷς εἰ καὶ μὴ συνεχῶς, ἀλλ' οὖν πόῤῥωθεν ἰδεῖν ἔνι τῶν στοιχείων αἰτίαν;* vid. annott. pag. 530. Nonnunquam etiam omittitur *ἀλλά*, ut in Plut. Cat. maj. cap. 5 c. fin. *ἀλλ' εἰ διὰ μηδὲν ἄλλο, μελέτης ἕνεκα προεθιστέον ἑαυτὸν κ. τ. λ.* Demosth. de fals. Legat. pag. 371, 28 R. *ἡ ἀπολογία καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο, τοὔνομα γοῦν ἔχει φιλάνθρωπον,* ubi scriptum fuisse puto: *τοὔνομά γε ἔχει φιλ.;* cujus quidem particulae elegantiorem usum idoneis exemplis aperuit Toup. ad Longin. fragm. VI. §. 1. pag. 527 Weiskii.

*Τῶν αὐτῆς παρέχουσα καὶ διδοῦσα*] Cod. Pal. offert *αὐτῆς*; vitiose, ut apparet. In universum dici vix potest, quoties hâc in re peccaverint librarii, quantumque inde turbatum sit per veterum monumenta; vide modo Moserum in Creuzeri Meletem. II. pag. 44 not. et Bekkerum meum in specimine Observv. in Philostrati vit. Apollon. librum primum, Heidelb. 1818. pag. 41, ne plura. Quo eodem vitio adhuc laborare videntur aliquot nostri scriptoris loci. Cimon. cap. 19. *ὁ Κίμων, τελευτῶν δὲ τοὺς περὶ αὐτὸν ἐκέλευσεν εὐθὺς ἀποπλεῖν, ἀποκρυψαμένους τὸν θάνατον αὐτοῦ*; legendum *αὑτοῦ*. Artaxerx. 19: *ἡ Παρυσάτις θεράπαιναν εἶχε δυναμένην παρ' αὐτῇ μέγιστον*, ubi corrig. *αὑτῇ*. Ibid. 13. *ἀριθμὸν δὲ νεκρῶν ὁ Κτησίας ἐννακισχιλίους ἀνενεχθῆναί φησι πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην, αὐτῷ δὲ δισμυρίων οὐκ ἐλάττους φανῆναι τοὺς κειμένους*, restituend. *αὑτῷ*, ut ad Ctesiam pertineat. Flamin. 15 med. *ὁ Τίτος, διδοὺς τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, ἔστησε*; leg. *αὑτόν*. Lycurg. 29. *αὐτὸς δὲ — ἔγνω μηκέτι τοῖς πολίταις ἀφεῖναι τὸν ὅρκον, αὐτοῦ δὲ καταλῦσαι τὸν βίον*; leg. *αὑτοῦ*, nisi *αὐτοῦ* malis accipere pro adverbio loci, *ibi*.

*ἀθρόους μὲν γὰρ οὐ συνῆγεν, ἔτι τὴν παρασκευὴν ἐπικρυπτόμενος*] In Cod. Pal. est: *ἔτι τὴν παρασκευὴν δὲ κρυπτόμενος*, quod tamen propter *δὲ*, quod continuo sequitur, displicet, praesertim cum neque *ἐπικρύπτομαι* malae notae vocula sit, quippe optimis quibusque scriptoribus usitata, ut eâdem in re Xenophonti Anabas. I, 1, 6. Conf. Budaeus (Comment. ling. Gr.) p. 443, 44; Lexic. Polyb. p. 254. Ind. Demosthen. p. 352 R. Pollux V, 146. Dio Cassius XLII, 39. XLV, 11. XLVI, 32. Plutarchus Pericl. cap. 4. Dion. 19. 22. Solent autem librarii ignari in verbis compositis, ut alias praepositiones, ita *ἐπὶ* potissimum omittere; de quâ omissione disputarunt Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 510, ad Longi Pastoralia pag. 407; Brunck. ad Aristophanem saepius (v. g. ad Lysistr. vs. 408. 1010. 1220); Bekkerus in spe-

cim. Obss. Philostr. pag. 67. — Mox, eodem capite, exemplum hujus omissionis offendimus: *κολάσεως δὲ πάσης ἀφαιρῶν τὸ ὑβρίζον;* cod. Palat. cum S. G. offert: *ἐφυβρίζον*; quae lectio haud scio an praeferenda sit vulgatae; nam *ἐφυβρίζειν* est verbum Plutarcho usitatissimum; vid. modo Artaxerx. 30. Cicer. 13. Mar. 8. Syll. 6. 16. Pericl. 29. 33. Pyrrh. 26 med. Dion. 35 in fin. Cat. maj. 18 init. Philopoem. 16 post med. Flamin. 9 post init.; Athenaeus XII, 24. p. 523, a. s. 443. Tom. IV Schweigh. Sophocl. Ajac. 950; ad quem locum adhibe Hupfeldium in Animadverss. philologg. in Sophoclem. Marburg. 1817. pag. 17. Diodor. Sicul. II, 24. ibid. 23, (pag. 137. Tom. I Wess.) in illo Sardanapali epitaphio, quod Choerili Iasensis esse nuper contendit doctâ disputatione Naekius in libro, qui inscribitur „Choerili „Samii, quae supersunt, collegit et illustravit etc. Lipsiae „1817.“ Vid. p. 196 seqq., inprimis p. 208. — Aliud exemplum ejusdem praepositionis, male omissae, exstat in Tiber. Gracch. cap. 10: *καὶ τοῖς ἀπειθήσασι τῶν στρατηγῶν ζημίαν ἐπεκήρυξαν*; ubi Cod. Vulc. *ἐκήρυξαν*, perperam, quoniam hoc sensu solemne compositum *ἐπικηρύττειν;* de quo egit Sturz. Lex. Xenophont. Tom. II. p. 288. Duker. ad Thucydid. VI, 60. Kuhn. ad Polluc. IV, 93. Reisk. ind. Demosth. pag. 351; add. Plut. Themistocl. 26. 29.

*ἡδίω τε ἑαυτὸν παρέχων*] Cod. Pal. *ἥδιον τε ἑαυτ. π.* Ita quoque S. G. codex.

*καὶ περὶ τὸ τιμᾷν καὶ χαρίζεσθαι τὸ κατ' ἀξίαν ὑπερβάλλων*] Articulum *τὸ* (ante *κατ' ἀξίαν*) Reiskius ex conjecturâ inseruit, [17]) quem ego malim collocare ante *χαρίζεσθαι*, ut quoque Cod. S. G. et Palatinus exhibet. Est enim haud infrequens apud Plutarchum hujusmodi ite-

17) Plut. Aristid. 24: *οἱ δ' Ἕλληνες προσέταξαν αὐτῷ, ὁρίσαι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ κ. τ. λ.*

ratio articuli; vid. Lycurg. 25. *διὰ τῶν συγγενῶν καὶ τῶν ἐραστῶν.* ibid. 29. *παρὰ τῶν βασιλέων καὶ τῶν γερόντων.* Cat. min. 30 init. *καὶ τῇ λαμπρότητι καὶ προθυμίᾳ πεποιθώς,* Cod. Palat. nro. 168 suggerit *καὶ τῇ προθυμίᾳ π.;* quod tamen recent. man. exstinxit. Dion. 30. *οὐχ ἧττον ὑπὸ τῶν πολεμίων ἢ τῶν φίλων.* Cat. min. 39 init. *τῶν ὑπάτων καὶ τῶν στρατηγῶν παρόντων.* Philopoem. 4. *ἐβάδιζε μετὰ τὸ ἄριστον ἢ μετὰ τὸ δεῖπνον;* ubi a Junt. Ald. abest alterum *τό;* quod non nauci habendum, cum saepe articulus, priori vocabulo additus, ad alterum omittatur; vid. Jacobs. Additam. Animadverss. in Athen. pag. 274. Sic v. g. Artaxerx. 16 in. *καὶ τὸ κάλλιστον καὶ ἥδιστον;* ubi unus liber S. G. repetit *τὸ* ante *ἥδιστον.*

*καὶ ἡδόμενος ἐν τῷ δέχεσθαι χάριτας, οὐχ ἧττον τοῖς διδοῦσιν, ἢ τοῖς λαμβάνουσιν· ἐν δὲ τῷ διδόναι φαινόμενος εὔχαρις καὶ φιλάνθρωπος*] Haec se intelligere negans Reiskius, quaerit, an legendum sit: *καὶ ἡδόμενος ἐν τῷ δέχεσθαι καὶ διδόναι χάριτας.* Equidem tamen sic satis probum inesse puto sensum: „*delectabatur rex, si accipiebat officia* (sc. ab aliis remunerationis quasi causâ ipsi oblata), *non minus iis, qui ipsi* (sc. regi) „*offerebant, quam quos ipse donis afficiebat; qui si* „*dabat, hilaris atque humanus s. benevolens exstitit.*" At multo dilucidior erit sensus, ita si legeris: *καὶ ἡδόμενος — ἢ τοῖς λαμβάνουσιν ἐν τῷ διδόναι· φαινόμενος εὔχαρις καὶ φιλάνθρωπος,* i. e. „*delectabatur rex non minus, si munera accipiebat, iis, qui ipsi ea offerebant, quam, si ipse dabat, iis, qui ab ipso accipiebant*"; quo sensu etiam hunc locum accepisse video Dacierium, Gallicum interpretem; ita omnia optime sibi respondebunt; nam numerus atque concinnitas orationis Plutarchum tractantibus semper erit respicienda. Ut vero *δέχεσθαι χάριτας* de officiis s. donis, regi oblatis, capiam, faciunt proxima: *οὐδὲν γὰρ ἦν οὕτω σμικρόν τι κ. τ. λ.* (quae eadem verba repetuntur in Apo-

phthegm. reg. I, 1. p. 690. Tom. I. ed. Wyttenb.); ad quae ipsa refero εὔχαρις; alterum φιλάνθρωπος ad regis liberalitatem s. largiendi studium, ad διδόναι. De dictione δέχεσθαι χάριτας conferri possunt, quae attulit Wetsten. ad II Corinth. 6, 1. et qui ibi laudatur, locus e Plut. Themistocl. cap. 28. Potestatem verbi διδόναι, quâ sit *offerre, ad accipiendam ponere*, in nonnullis locis Plut. animadvertit Wyttenbachius ad Plut. Moral. I, 2. p. 1069; quemadmodum saepius hoc verbum non ipsum *effectum*, sed *voluntatem* exprimit; quâ de re videndi sunt Wunderlichius praef. ad Demosthen. pro coron. pag. XXXV (cui add. Demosth. in Mid. pag. 549. 563 Reisk.); Marclandus ad Lysiam pag. 295, ubi bene tractatur Plutarchi locus e Pyrrh. cap. 5; Taylor ad eundem Lysiam pag. 289; add. Plut. Cat. maj. cap. 2 init. Philopoem. 5. 7 init. Eundem usum quoque attingit Schaeferus ad Lambert. Bos. ellips. Gr. pag. 665. comparatque Latinorum *dare*; cui add. Liv. IX, 40. XXXI, 19. XXVIII, 5. XXXVII, 53. XXV, 12. qui loci laudantur in Glossario Livian. Tom. V. pag. 178 seq.

Participium φαινόμενος, in fine periodi positum, neminem remorabitur, qui hoc Plutarcho, si cui alii, proprium esse didicerit, in fine sermonis participium collocare, ubi nos verbum finitum unâ cum particulâ *et*, ad universum nostrum judicium de totâ causâ proponendum, usurpare solemus. Sic hujus ipsius capitis principio: ἔνιοι δέ φασιν — ἀποστῆναι βασιλέως· εὐήθη λέγοντες. Aristid. 8: τρίτῳ δ' ἔτει (οἱ Ἀθηναῖοι) — ἐψηφίσαντο τοῖς μεθιστῶσι κάθοδον· μάλιστα φοβούμενοι τὸν Ἀριστείδην, μὴ — διαφθείρῃ καὶ μεταστήσῃ πολλοὺς τῶν πολιτῶν πρὸς τὸν βάρβαρον· οὐκ ὀρθῶς στοχαζόμενοι[18])

---

18) i. e. non recte *conjecturam capientes* e viro, non recte hoc ex viri indole *colligentes*, *conjicientes*. Eâdem significatione occurrit hoc verbum, junctum Genitivo, apud nostrum in Alexandr. 31. Pericl. 2 fin. et apud Polybium frequentissime,

τοῦ ἀνδρός. ibid. 6. Artaxerx. 18 med. Thes. 26. Agesil. 29 init. Themistocl. 2. Publicol. 5 fin. Num. 11. Compar. Lycurg. c. Num. 4 a fin. passim.

*ἀλλὰ καὶ ῥόαν μίαν ὑπερφυᾶ μεγέθει προςενέγκαντος Ὠμίσου τινὸς αὐτῷ*] Anonym. habet *ῥοιάν*; reliqui *ῥόαν*, quod recte praetulerunt editores. De accentu, quo pingatur et haec et aliae hujusmodi voces, bene ad h. l. ex Eustathio praecepit Corajus, *ῥοιάν*, cum acuto in ultimâ syllabâ, non *ῥοίαν* esse scribendum; contra *ῥόαν* in penultimâ ubivis acuendum; de quo constanti gramma-

---

qui ei apponit vel Genitivum solum, (ut hic Plutarchus) vel additâ praepositione *ἐκ* s. *διά*. Vid. Lexic. Polyb. pag. 565, nro. 3. Budaei Commentt. ling. Gr. pag. 654. — Est plane eadem ratio verbi *τεκμαίρεσθαι*, quod genitivo jungit eâdem significatione Philostratus, V. Apollon. I, 22. pag. 28 Olearii: *τεκμαίρεσθαι δὲ χρή, τῶν μὲν σκύμνων ἐς μῆνας, τῆς λεαίνης δὲ εἰς ἐνιαυτόν* „*nimirum ex catulis mensium* „*indicium capere par est, ex laenâ autem anni.*" Schol. Schellershem. (in Bekkeri specim. Obss. Philostr. pag. 114.) ad h. l.: *ὅρα τεκμηρόμενον γενικῇ· λείπει ἡ ἐξ*; quam praepositionem addidit Diodor. Sicul. II, 5 fin. Tom. I. pag. 118 Wess. et IV, 8. Tom. I. pag. 254. lin. 44 Wess. Conf. Heindorf. ad Plat. Phaed. p. 221. Plat. Sympos. p. 65 Ast. Plut. Solon. 28. Sic *ἀπό* in Plut. Brut. 16. Num. 16 fin. Lycurg. 28. Marcell. 7 init. Xenoph. Memorab. III, 5, 6. Thucyd. IV, 125. conf. Matthiae Gramm. Gr. pag. 542, qui etiam de aliâ constructione hujus verbi cum dativo simplici exposuit. Invenitur denique *τεκμαίρεσθαι διά τινος* in Plut. Themistocl. 18.

Sed ab hâc notione verbi *στοχάζεσθαι* probe est distinguenda alia, *cupiendi, appetendi*, non minus frequens illa per veterum monumenta, ubi necessario genitivum requirit, v. g. Plat. Gorg. pag. 60 Heind. pag. 465, a. Steph. *κολακεία — τοῦ ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου.* ibid. p. 192 Heind. pag. 502, e. Steph. Plut. de mulierr. virtt. pag. 264. Tom. VIII Hutten. Proclus in Hesiod. pag. 151, a. lin. 27 Heinsii. Vid. Matthiae Gramm. Gr. pag. 449. Schweighaeuser. Lex. Polyb. p. 565. nro. 1. 2. Ind. Demosthen. s. voc. Diodorus Siculus I, 8. (Tom. I. p. 12 Wess.) *στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας*, ubi vide annott. Wesselingii, eundemque in indice Tom. II. s. v.; cui proxime Philo Iud. de poster. Caini pag. 252: *ὅσων τῷ κάμνοντι δεῖ, στοχαζόμενος τοῦ μετρίου, προσφέρων ἐπιδίδωσι.* Conf. etiam Lucian. Nigrin. §. 28, ubi significat *rationem habere alicujus rei;* quam notionem idoneis exemplis illustravit Gataker. ad Antonin. I. §. 9. p. 16. 17. Inde quoque est *parco, misereor*, docente Biel. Thesaur. philol. III. pap. 330.

ticorum praecepto; praeter ea, quae Creuzerus ad Plotin. de pulcrit. pag. 195, partim ex Gregor. Corinth. p. 220. monuit, videatur Oudendorp. ad Thom. Mag. p. 786 ed. Bernard. Vulgarem atque communem fuisse hanc scripturam, ex iis quoque videre licet, quae Sturzius ad Maittair. de dialect. p. 56 annotavit, Atticos in eo quoque a vulgari scribendi consuetudine recessisse, quod in nonnullis verbis accentum retro a fine moverent, scribentes χροία pro χροιὰ, id genus alia; attamen hoc exceptionis fuisse, neque regulam universam eo everti, consentaneum est, neque quisquam velim eo commoveatur, ut Riemero assentiatur, in alterâ Lexici illius editione ita ponentis (v. Tom. II. p. 532 s. v. ῥοιά): „Was die Accentuation betrifft, so sind das Grammati- „kergrillen, die sich widersprechen, hier, wie sonst." Nolim immorari in his refutandis, quae calidius videtur scriptis mandasse vir, caeteroquin de Graecis literis meritissimus. In Zonarae lexic. Gr. p. 1619, ubi legimus: „ῥύα καὶ ῥοιά· ἢ ῥοΐδία," nollem Tittmannus hoc apposuisset in not.: „Scrib. ῥοά et τὸ ῥοίδιον. cf. Suidas et Ammonius." Etenim in Suidâ (Tom. III. p. 261 Küst.: ῥοὰ, εἶδος δένδρου) haud dubito, ex ipso Ammonio (p. 123 ed. Valcken.) quin legendum sit: ῥοιὰ, εἶδος δένδρου; distinguunt enim grammatici inter ῥοιὰ *arboris genus* et ῥόα *ejusdem arboris fructus.* Videatur Oudendorp. l. l., cui nunc addas Etymol. Gudian. p. 495, 45: ῥοῖα, (sic) σὺν τῷ ἰῶτα τὸ δένδρον· ῥόα δὲ χωρὶς τοῦ ἰῶτα ὁ καρπός. Neglexisse videtur hoc discrimen Biel. Thesaur. philol. III. p. 250. — Denique adhibe Plutarchum in Apophthegm. reg. p. 690. Tom. I Wytt., ubi eadem prodidit, sed pro ῥόα usurpans μῆλον.

ὑπερφυᾶ. Alii codd., quibus nostrum adjungo, ὑπερφυῆ, quae forma ut minus Attica rejicitur a Graecis Grammaticis, quos magnam partem laudat Matthiae Gramm. Gr. §. 113. not. 1. pag. 157. Add. Sturz. ad Maittair. de dial. pag. 40, qui pluribus nos edocet, ve-

hementer sibi placere scriptorem nostrum in hoc Atticismo observando. In Platone, ubi aliquoties residebat altera forma, nunc demum haecce, ut magis Attica, recte est invecta; ut in Polit. III, 1. p. 65 Astii, *ἀδεᾶ* pro *ἀδεῆ*; vid. Astii observv. p. 439; in Gorg. p. 105 Heind. *ὑγιᾶ*, ubi consulas Heindorfium. Add. Menon. §. 10 (p. 77, a) *ὑγιᾶ*, ubi male adhuc in Beckii editione legitur *ὑγιῆ*, cum verum jam reposuisset Biesterus. Gorg. §. 91, *εὐφυᾶ*, quod etiam in Plutarchi Paul. Aemil. 37 fin. Marcell. 29 invenitur. Sic *διφυᾶ* apud Scholiast. mscr. Aristid. Panath. (qui penes Creuzerum est) ad locum, qui legitur p. 95 Jebb.; quod scholium integrum cum literarum studiosis communicabo, cum potestatem mihi fecerit Creuzerus, praeceptor pie mihi colendus: *δεῖ δὲ γνῶναι, ὅτι ὁ Χάραξ ἱστορεῖ τοὺς Ἀθηναίους εἶναι τῶν Σαϊτῶν· ἔστι δὲ Σάϊς πόλις Αἰγυπτίων· καὶ οἰκιστῆρα ἔσχεν Ἐρεχθέα· διὸ καὶ διφυᾶ προσαγορεύεσθαι φησὶν ὄντα δίγλωσσαν* 19)*· ἕτεροι δέ φασιν, ὅτι πρῶνος ἐδόξασεν ἔκ τε γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς τοὺς γεννωμένους παράγεσθαι· καὶ διὰ τοῦτο διφυὴς ἐδοξάζετο· περὶ μὲν οὖν τούτου πολλὴ διαφορά· ἐκ δὲ τῆς ἀποικίας ὠνομάσθαι φησὶ πολιοῦχον τὴν Ἀθηνᾶν· ἔστι γὰρ ἡ Σάϊς Αἰγυπτίων φωνῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶ· καὶ τούτου παράγει μάρτυρα τὸ τὴν Ἀθηνᾶν ἐποχεῖσθαι κροκοδείλῳ πρὸς τῇ ἀκροπόλει δηλοῦσαν τὴν ἀποικίαν ἐκ τοῦ Νείλου τυγχάνουσαν.* Cf. Creuzer. Symbol. I. p. 265. 309. II. p. 400. — Quae cum ita sint, vereor, ne infra quoque cap. 25 fin. reducenda sit forma Attica *ψοφοδεᾶ* pro vulgatâ *ψοφοδεῆ*. Item in Cat. min. 10: *πώγωνά τε καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει*; lege *ὑπερφυᾶ*; quamvis renitente codice Palatino nro. 168, qui continuo ante *μεγέθει* suprascriptum habet *τῷ*.

---

19) Num legendum *δίγλωσσον*?

## CAP. V.

*ἐπεὶ δ' — αὐτουργὸς ἄνθρωπος — τῷ ποταμῷ προςέδραμε*] αὐτουργὸς proprie de eo dicitur, *qui quid suâ ipse manu facit*; ut v. g. apud Sophocl. Antig. vs. 52. ὄψεις ἀράξας αὐτὸς αὐτουργῷ χερί [20]); deinde de *rusticano* postissimum *homine, agricolâ, qui solus sine servis opus facit, agrum colit.* Hesych. I. p. 630 Alb. αὐτουργός· ὁ δι' ἑαυτοῦ ἐργαζόμενος. Tu vide Budaei Commentt. ling. Gr. p. 1139; Dukerum ad Thucydid. I, 141 unâ cum Scholiis ad eundem locum; Sturzium in Lexic. Xenoph. I. p. 490. Cujusmodi hominum res cum parum laute atque opipare plerumque sint constitutae, eo traducta est vocabuli vis, ut omnino notet *pauperem, tenuem*; sic, praeter hunc ipsum locum, apud nostrum occurrit in Marc. cap. 3. Compar. Arist. c. Cat. maj. cap. 1. in quo utroque loco apte conjunctum est cum πένης; in Apophthegm. reg. I. pag. 690 Wytt. est αὐτουργὸς καὶ ἰδιώτης. Quam significationem egregie illustravit Perizonius ad Aelian. V. H. 1, 31 et XII, 43, cui adjung. Boissonad. ad Philostr. Heroica pag. 550, Brown Observatt. in Xenophontis Sympos. 1, 5. p. 12. — De verbo αὐτουργεῖν consul. Jacobs. in Themist. Orat. XXI. ad calcem Dionys. Hal. de comp. verb. p. 255.

In iis, quae paulo post sequuntur, Cod. Pal. offert *ἥσθεὶς οὖν ὁ Ἀρταξέρξης;* quod placet; solent nimirum post longiorem protasin, aut si plura sunt interposita verba, in apodosi Graeci collocare οὖν, quod orationem quasi redordiatur et sequentia aliquo modo connectat cum praegressis; quâ de re, tritissimâ per Graecorum scripta, laudasse satis erit Valckenaer. ad quaed. l. N. F.

---

20) Comparari potest noster in Flamin. 1: *ἐβούλετο τῶν ἀρίστων καὶ μεγίστων πράξεων αὐτουργὸς εἶναι.* Hinc *αὐτουργία, labor, quem quis ipse sustinet;* conf. Plut. Caton. maj. 1 med. 2. 3 init. 4 init. saepius. Tu vide inprimis Gatakerum ad Marc. Antonin. I. §. 5. p. 4, b.

p. 396, Sturzium in Lex. Xenoph. III. p. 358, Schweighaeus. in Lex. Polyb. p. 416.

*Τιριβάζου δείξαντος*] Cod. Pal. et S. G. *Τηριβάζου*, ex quo legitimam scripturam esse puto *Τηριβάζου*, quod etiam suasit Coraj. ad cap. 24. p. 449, quodque ex optimis quibusque codicibus in Agesilao, ubi pluries occurrit, jam restituit Schaeferus. Confirmatur etiam haec scriptio a Suidâ, (Tom. III. p. 46? Kust.), et Xenophonte, apud quem constanter nunc video *Τηρίβαζος* expressum (consul. Sturz. Lex. Xenoph. IV. p. 285), plane ut in Diodoro Siculo (v. g. XIV, 27. 85. XV, 8. 9. 10.). Hinc procul dubio in Isocratis Panegyr. p. 93 Langii restituendum *Τηρίβαζος*, nec minus apud nostrum in libello de superstit. §. 7. Tom. VIII. p. 70 ed. Hutt., ubi veram lectionem duo praebent codd. Mosq.

*ἐν δὲ θήρᾳ τινὶ Τηριβάζου δείξαντος αὐτῷ τὸν κάνδυν ἐσχισμένον, ἠρώτησεν, ὅ τι δεῖ ποιεῖν*] Corajus in textu fuisse suspicatur: *ἐν δὲ θήρᾳ τινὶ Τηρίβαζον, δείξας αὐτῷ τὸν κάνδυν κ. τ. λ.* Ego in vulgatâ, a quâ nullus, quod sciam, vetus liber recedit, acquiescere malim, quippe quae ipsa satis commodum sensum praebeat. Etenim ita accipio h. l.: „cum in venatu Teribazus regi ostendisset pallium (scil. regis) discissum, rex ab eo quaesivit, quid ipsi faciendum esset.“ Sin vero ex Coraji sententiâ quidquam esset mutandum (id quod parum necesse duco), scribendum, opinor, erat: *Τηριβάζῳ δείξας τὸν κάνδυν κ. τ. λ.*; molestiam enim facessit illud *αὐτῷ*, plane abundanter illatum, cum paulo ante praecesserit *Τηρίβαζον* [21]); quod aliis multis in locis Plutarcho minime accidit, qui crebro pronomina omisit, ubi forsitan requiras, repente subjecto mutato; quod qui non accurate animadvertunt, facillime difficultati-

---

21) Compares quoque cum nostro loco, quae attulit Held. ad Alex. cap. 4. in Actt. philoll. Monacc. II, 1. p. 28 seq.

bus impediuntur. Apponam nonnulla, quae tamen sexcentis, si vacaret, exemplis augeri possent. Lycurg. 30. ἦτουν γὰρ (Lacedaemonii) οὐ ναῦς, οὔτε χρήματα παρ' αὐτῶν — καὶ λαβόντες ἐχρῶντο κ. τ. λ., ubi ad λαβόντες necessario subaudiendum οὗτοι, scil. *socii*, non *Lacedaemonii*. Agesil. 40. τὴν βασιλείαν Ἀρχίδαμος ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρέλαβε, καὶ διέμεινε τῷ γένει μέχρις Ἄγιδος; ubi ad διέμεινε repete αὕτη sc. ἡ βασιλεία. Aristid. 4. ὁ Ἀριστείδης τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἄρχοντας ἀπεδείκνυε πολλὰ νενοσφισμένους, καὶ μάλιστα τὸν Θεμιστοκλέα — δι' ὃ καὶ συναγαγὼν (scil. οὗτος, ὁ Θεμιστοκλῆς) — περιέβαλεν. Artax. 15. τοῦ δὲ κροτάφου τυχὼν κατέβαλον τὸν ἄνδρα· καὶ τέθνηκεν (sc. οὗτος, ὁ ἀνήρ) κ. τ. λ. Artax. 20. ἐπεὶ δὲ τοὺς Ἕλληνας ὁ βασιλεὺς οὐκ ἔλαβεν, ἀλλὰ (sc. οὗτοι, οἱ Ἕλληνες) — ἐσώθησαν. Pyrrh. 33. ὁ ἐλέφας ἀνέμιξε φίλους ὁμοῦ καὶ πολεμίους ὠθουμένους ὑπ' αὐτοῦ· καὶ περιέπιπτον (sc. οὗτοι, οἱ φίλ. κ. πολ.) ἀλλήλοις, ἕως (sc. αὐτὸς, ὁ ἐλέφας) εὑρὼν νεκρὸν, ἀνείλετο. Jam Homerus Odyss. ρ', 251. αἲ γὰρ Τηλέμαχον βάλοι Ἀπόλλων — σήμερον ἐν μεγάροις, ἢ ὑπὸ μνηστῆρσι δαμείη (scil. οὗτος s. ὅδε, ὁ Τηλέμαχος). In his me nunc continebo; plura ejusdem generis apud Thucydidem reperiuntur, de quibus consul. Poppo Obss. in Thucydid. p. 189. Item in Platone; vid. Heindorf. ad Gorg. §. 140. ad Theaetet. §. 15; add. Protag. §. 29. 81. Euthydem. §. 10. de Republ. IX. p. 574, b. Ad Latinos usque permanavit hic usus; vide modo Corn. Nepot. in Datam. cap. 9 fin.; quocum comparandi Jo. Fr. Gronovius et Drakenborchius ad Liv. I, 50 fin.

Restat, ut de argumento ipso paucis videamus. Videlicet multam discriminis apud Persas toto in vestitu fuit positum; quem si quis pro arbitrio mutare voluisset, is certe magnas persolvisset poenas. Sic, praeter alia, rex solus *candyn* ἁλιπόρφυρον (ut Pollux Onomast. VII, 13, 58 est auctor) i. e. *marinâ purpurâ tinctum* gestabat; proceres, qui ejus aulam frequentabant,

pro suâ quisque dignitate, simplicem *purpureum*, eumque tunc demum, cum ab ipso rege, id quod magno honori vertebatur, dono accepissent; conf. Lucian. quomodo histor. sit conscr. Tom. IV. p. 202. 525 ed. Bip. reliquum vulgus *scorteis* utebatur. Egerunt de hoc Persarum more Barnab. Brissonius de reg. princip. Pers. I, 58. II, 188. p. 76 et 546. Perizonius ad Aelian. Var. Hist. VII, 8. pag. m. 369. Unde consentaneum est, summae insolentiae fuisse tales preces a Teribazo apud regem fusas.

*τοῦ δὲ Τηριβάζου δῶρα χρυσᾶ καὶ γυναικεῖα τῶν βασιλικῶν περιθεμένου*]' Pro *δῶρα*, omnibus invitis codd., Corajus ex ingenio edidit *δέραια*, hoc sensu, ut idem sit atque *περιδέραια*, quod, explicante Suidâ, est *ἐπιτραχήλιος κόσμος*. Habet quidem haec lectio, quo se tueatur, quandoquidem torques, monilia, et id genus alia, non solum ex auro, sed ex gemmis, lapillis, margaritis e Persarum ornatu fuisse constat [22]; neque tamen opus mihi videtur esse, cum vocabuli *δῶρα* vis, latius patens, *τὰ δέραια* non excludat. Caeterum vox *περιδέραια*, quâ Corajus explicat *δέραια*, aliquoties in Plutarcho est obvia, v. g. Sertor. 14. *οἱ δὲ πατέρες ἥδοντο, τὸν Σερτώριον τὰ χρυσᾶ περιδέραια δωρούμενον, ἃ Ῥωμαῖοι βούλλας καλοῦσιν*. Romul. 20. *φορεῖν δὲ καὶ παῖδας τὴν καλουμένην βοῦλλαν ἀπὸ τοῦ σχήματος ὅμοιον παμφόλυγι περιδέῤῥαιόν* [23]) *τι καὶ περιπόρφυρον*. Qui loci cum bullae Romanorum mentionem contineant, ansam mihi dederunt, uberius de eâ exponendi. Exstat enim super illâ caput singulare in Plut. Quaest. Roman. CI. p. 178 Wytt. (Tom. VIII. p. 368 seq. Hutt.); in quo describi-

---

22) Testimonia petantur ex Barn. Brissonio (de reg. princ. Pers.) p. 203 seq. 558. cui adjice Nepot. Datam. cap. 3. et Hoeck. veteris Mediae et Pers. monum. p. 52.

23) De scripturâ vocis *περιδέῤῥαιος*, (alii enim scribunt *περιδέραιος*) confer sis Hemsterhusium ad Polluc. Onomast. V, 56. pag. 506.

tur haecce bulla, simulque historia ac tesseraria ratio aperitur. Erat bulla (ut monumenta, hodieque servata, docent) insigne formâ rotundâ, cordis in speciem, quod pueri Etrusci, indeque Romani e collo ante pectus loro suspensum unâ cum togâ praetextâ gestabant, ingenuitalis ac fortunae documentum signumque. Eam vero cum togâ praetextâ, cujus in locum virilis suffecta erat, depositam, laribus consecrabant; vide sis praeter Plutarchi l. l. de Romanis Plinium, Histor. nat. XXXI, 1. Pers. Satyr. V, 38. Juven. Satyr. V, 153. alios. — De origine harum bullarum non minus traduntur varia atque multa, quam de ipsius nominis etymo, de quo disputandi otium nobis fecit Voss. Etymol. Ling. Lat. p. 95 ed. Amstelod. (1695 fol.). — Tesserariam s. symbolicam rationem quod attinet, nolim nunc repetere, quae alia alii Viri DD. statuerint; hoc unum attingam, ad quod, quamvis gravissimum, minus attendisse videntur, qui eam rem adhuc tractarunt. Nam ita Plutarchus l. l.: *ὅρα μὴ καὶ τοῦτο διὰ τὴν σελήνην φοροῦσι· τὸ γὰρ φαινόμενον σχῆμα τῆς σελήνης, ὅταν ᾖ διχόμηνος, οὐ σφαιροειδὲς, ἀλλὰ φακοειδὲς ἐστι καὶ δισκοειδὲς· ὡς δ' Ἐμπεδοκλῆς οἴεται, καὶ τὸ ὑποκείμενον.* i. e.: „Sed vide, an non bullam quo„que propter lunam gestent. Lunae enim figura, cum „dimidiato fulget orbe, non est globi similis, sed lentis „aut disci formam prae se fert: utque opinatur Empe„docles, etiam subjecta materia.“ Extrema verba *καὶ τὸ ὑποκ.* Wyttenbachio non integra videntur. „Vel Plutarchi,“ ait, „est, perditis proximis, vel librarii „omittentis proxima.“ Sed Sturzium fragm. Empedocl. p. 333. nihil offendunt, sic interpretantem: „materia „ei, sc. lunae, subjecta, vel eae lunae partes, quas nobis videre non licet.“ Lunam enim docet, ab Empedocle non solum tum, cum est semiplena, sed in universum putatam fuisse, disci formam habere. De voce: *τὰ ὑποκείμενα, subjecta materia,* consul. quoque Toup. ad Longin. de sublimit. 23. §. 4. p. 357 Weisk.

Ac primum, ut ad rem ipsam me convertam, satis constat, parturientes feminas in lunae s. Dianae tutelâ collocatas, eamque in ipso discrimine advocari solitas fuisse (vid. modo Cicer. de Nat. Deor. II, 27. ibique Davis. et Creuzer. p. 317, ne plura); quae summi numinis cura ita deinde ad natos ipsos pertinuit, ut justum illorum incrementum, corporisque formatio ac virium cultus totus ab ea regeretur, inque ipsius manu esset positus. Ex quo factum est, ut infantes, hujus deae curae traditi, hoc bullae insigni, quod in pectore gestarent, ornarentur, ut dea ipsa, quasi praesens, (nam bulla speciem s. formam lunae praestabat) melius curare posset ipsos, omniaque mala citius depellere [24]. Quâcum physicâ, ut ita dicam, significatione bullarum alteram simul conjunctam putamus, quae ad mores puerorum formandos spectabat, a quorum animis hoc ipso signo (quasi deâ ipsâ praesente) omnis humilis turpisve cogitatio arceretur, quique universi excitarentur ad tuendam pudicitiam atque ingenuitatem. Multa caeterum, lectu utilissima, hanc in rem disputavit Passeri, in disputatione peculiari de *puero Etrusco aheneo*, qui Tarquiniis 1770 e terrâ effossus, postea Romam est delatus; in cujus pectore conspicitur bullae insigne; unde varias de statuâ ipsâ conjecturas proposuerunt viri docti; vide Passer. l. l. (Romae 1771. 4.) pag. XXIV — XXVII. coll. Lanzi Saggio di ling. Etrusc. Tom. II. p. 529. et tab. XI. nro. 5. Boettiger. Sabin. tab. IX. ad pag. 5.

---

24) Inde Diana *παιδοτρόφος* dicta, cujus templum memoratur Pausaniae, Messen. (IV), 34. §. 3. Tom. I. p. 582 Facii. Diodor. Sicul. V, 73. Tom. I. p. 389 Wess.: *Ἄρτεμιν δὲ φασὶν εὑρεῖν τὴν τῶν νηπίων παιδίων θεραπείαν καὶ τροφάς τινας ἁρμοζούσας τῇ φύσει τῶν βρεφῶν· ἀφ᾽ ἧς αἰτίας καὶ κουροτρόφον αὐτὴν ὀνομάζεσθαι*, ubi erudite nonnulla monuit Wesselingius. Adeo pluribus diis deabusve commune erat cognomen, Apollini, (conf. Eustath. ad Odyss. XIX. vs. 86 p. 683, 40 Basil.) Veneri, Hecatae, Cereri, ut luculenter ostendit Ilgen. ad Hymn. Homer. pag. 603. De Cerere *κουροτρόφῳ* disseruit Creuzerus in Symbol. IV. pag. 330 seq.

Tom. II, et p. 252 ibid., ubi puer hâcce bullâ ornatus exhibetur. Etiam tiarae regum Persarum ex Sassanidarum familiâ superstructa erat bulla ingens, tanquam peculiare ornamentum, ut docent anaglypha, inventa ad Nackschi-Rustam; de quibus erudite nuperrime exposuit Hoeck. veteris Med. et Pers. monument., praecipue Tab. II. pag. 31 seqq. [25]) Rationem hujus moris idem Hoeck. l. l. p. 44. ita aperuit: „Significationem ha- „bere videtur (sc. bulla) symbolicam et vel solem vel „terrarum orbem innuere. Universae terrae potestatem „illo globo fortasse indicare voluerunt, etc.“

*τραπέζης δὲ τῆς αὐτοῦ μηδενὸς μετέχοντος*] *αὐτοῦ* dant unâ cum Ald. aliae edd. vetustae ac codices; Iuntina *αὐτοῦ;* Stephanus e codicibus quibusdam *αὐτῆς* reposuerat; quae lectio in textum recepta a Corajo, nunc nostro etiam codice confirmatur. Attamen magis arridet vulgata lectio, inprimis propter sequens *ὑπ' αὐτόν;* in quâ eâdem acquierunt Brissonius de reg. Persar. princ. p. 149 (apud quem praecipue videas Athenaei locum, IV, 26. p. 125. d. Casaub. p. 68. Tom. II. Schw.) et Dacier. in translat. Gallic. p. 216.

*'Οστάνην καὶ 'Οξάθρην*] Cod. Pal. cum S. G. *ὀξάνην καὶ ὀξάθρην.*

*κεχαρισμένην ὄψιν παρεῖχε τοῖς Πέρσαις ἡ τῆς γυναικὸς Στατείρας ἁρμάμαξα, γυμνὴ τῶν παραπετασμάτων ἀεὶ προφερομένη κ. τ. λ.*] *προφερομένη* e cod. S. G. restituerunt Corajus ac Schaeferus; reliqui habent *προσφερομένη;* perpetuâ librariorum confusione, de quâ vide sis Bast. ad Gregor. Cor. p. 789, Actt. societ. philolog. Lipsiens. II, 1. p. 190, Wyttenbach. ad Plut. Moral.

---

25) Unde conjecturam capere liceat, veteres quoque Persarum reges ex Achaemenidarum stirpe, a quibus Sassanidae se oriundos esse gloriabantur, quosque mirum in modum omnibus in rebus imitari studebant, (vid. Hoeck. l. l. p. 35), hasce bullas in ornamentis habuisse.

I, 2. p. 1071. Conferatur idem l. l. p. 1046, ubi nostrum locum laudans, habet προςφερομένη, nil fraudis cogitans. — Non poenitebit praeterea legisse, quae de similium verborum προςάγειν et προάγειν permutatione statuit Findeisen. ad Isocrat. orat. in Evagor. cap. 9. p. 25. Nostro in loco προφερομένη aptius existimaverim, cum noster non illud, „plaustrum sine velamentis *ac-„cessisse*“ (id enim est προςφέρεσθαι; cons. Ast. ad Plat. de Legg. p. 372), quam potius, „plaustrum sine vela-„mentis, *palam, aperte processisse*“ dicere videatur voluisse; qui sensus per praepositionem πρὸ optime exprimitur [26]). Utique enim tenendum, Persarum feminas, ex communi orientalium hominum more domi inclusas, si quando alio proficiscerentur, vectas esse plaustris (quas ἁρμαμάξας vocabant,) utrinque opertis atque velatis, ne quis forte praetereuntium eas adspiceret. Vid. Barnab. Brisson. de reg. Pers. princip. p. 514. coll. pag. 499. et Plutarchus ipse, duobus locis, iisque maxime memorabilibus, Artaxerx. 27. Themistocl. 26. Quantum igitur fuerit, quod hîc narratur a Plutarcho, non erit, spero, quod multis demonstretur; quo eodem nomine ad hunc locum attendi jubet Heeren. Ideen etc. I. p. 350 ed. Vindob. Conf. etiam Plutarch. Apophthegm. reg. (p. 173. f.) p. 690. Tom. I. ed. Wyttenb. — De vocabulo παραπέτασμα exposuerunt, nec hoc loco praetermisso, Dorville ad Charit. p. 628. et Wyttenbach. ad Plut. Moral. Tom. I. p. 553, qui aliam quoque metaphoricam hujus vocis significationem illustravit, quâ sonat: *aliquâ re uti tanquam velis, quibus obtegantur, obruanturque sententiae, non quibus declarentur.*

---

26) Eadem ratio in Pyrrh. valet, cap. 13: κἀκεῖνον ᾄδειν ἐκέλευον εἰς μέσον προσελθόντα; ubi cave, ne (quod quidam praebent) corrigas προςελθόντα; et in Artaxerx. 27 init.: ὥστε μὴ μόνον τὸν προεξελθόντα, suffragante cod. Palat.; cum vulgo male legeretur προςελθόντα.

## CAP. VI.

*ἐὰν δ' ἀγροὺς — ἐὰν δὲ κώμας*] Cod. Pal. *ἂν δὲ ἀγρ. — ἂν δὲ κώμ.* — Caeterum haec omnia, iisdem paene verbis leguntur in Apopthegm. reg. et duc. p. 173, e. (p 690. Tom. I. Wyttenb.); quibus adhibe Annott. Wyttenbachii Tom. I, 2. p. 1046, unde nonnihil lucis huic loco afferri potest. Sic illud, quod continuo sequitur: *καρδίαν — φορεῖν βαρυτέραν* commode vir doctissimus ita explicuit: „*cor grave* accipiendum *constans*, *firmum*, comparatione contrarii." Inde *βαρυκάρδιος gravatum cor habens*, *durus*, *obstinatus*, apud Biel. in thesaur. philol. I. p. 279. coll. Alberti ad Hesych. I. p. 697. 698.

*καὶ φιλοσοφεῖν μᾶλλον, καὶ μαγεύειν βέλτιον*] *μᾶλλον* deest in cod. Pal.; idque forsitan haud male, si quidem *βέλτιον* ad utrumque referas, ad *φιλοσοφεῖν* et *μαγεύειν*.

*οἶνον δὲ πλείονα πίνειν καὶ φέρειν*] In Apophthegm. l. l.: *καὶ πλείονα πίνειν ἄκρατον αὐτοῦ καὶ φέρειν βέλτιον*, ubi vide Wyttenbach. l. l., qui alios veterum locos hac de re attulit; quo eodem, praeter alia, spectat Darii Hystaspis epitaphium apud Athenaeum, libro X. cap. 45. p. 434 d. e. (Tom. IV. p. 91 Schw.) *ἠδυνάμην καὶ οἶνον πίνειν πολὺν καὶ τοῦτον φέρειν καλῶς*; consul. annott. Tom. V. p. 442. atque Brisson. l. l. I, 84. p. 130. coll. 526. 527.

*μηδ' ἐπὶ τοῦ θρόνου*] Articulus *τοῦ* etiam a nostro cod. abest.

*τῆς τε Παρυσάτιδος τὴν πλείστην αἰτίαν τοῦ πολέμου φερομένης*] Erat, cum scribendum putarem *φερούσης*; ac vix abstinui, quin in textu id collocarem. Ponitur enim in hujusmodi dictionibus (qualis nostra est), in quibus *φέρειν* denotat *perferre*, *sustinere*, plerumque activum; sic, uti hoc utar, Demosthen. de fals. legat. p. 371, 15 R.: *Κτησιφῶν καὶ Ἀριστόδημος τὴν ἀρχὴν τὴν πρώτην ἔφερον τοῦ φενακισμοῦ*; quem locum unâ cum aliis, qui huc faciunt, laudat Reisk. in indic. Demosthen.

p. 780. Add. Sturz. Lex. Xenophont. IV. p. 444. Quoniam vero nullum codicem quidquam praesidii afferre videram, satius duxi, vulgatam retinere, quam ita mihi explicandam putavi, ut simul quandam medii vim persentiscerem, „cum Parysatis *in se reciperet, sustineret.*“ Ac pari ratione Graeci dicunt: ἆθλα, δόξαν φέρεσθαι, i. e. *pro se, in suam ipsius utilitatem auferre, reportare praemia, famam*; quae ipsa eximie illustravit Valckenaer. ad Euripid. Hippol. p. 211, 2. b. Add. Plut. Flamin. cap. 10 post init. 15 c. fin. Item promiscue φέρειν et φέρεσθαι πένθος, quod attigit Bast. lettre crit. pag. 72, ubi apte citat Phalarid. epist. 97: τὴν ἀρετὴν τοῦ γονέως, ἐφ' ᾧγε τὸ πένθος φέρεσθε. Quos vero locos Sturzius l. l. p. 449. nro. 12. attulit, ii parum mihi probantur, quod in omnibus facile agnoscatur medii quaedam vis, quippe cui ubivis locus est, quando quis quid *suum in usum* fecisse dicitur.

*καὶ φύσει βαρύθυμος οὖσα, καὶ βάρβαρος ἐν ὀργαῖς κ. τ. λ.*] βαρύθυμος h. l. *graviter animo affecta, iracunda*; quae vox praecipue de feminis usurpatur, praeter naturam vehementioribus atque iracundis. Callimach. in Cerer. 81: τὰν δὲ γυνὰ βαρύθυμος ἀμείβετο, quod malim vertere: „*graviter animo affecta;*“ nam vulgo vertunt: „*mente perturbata;*“ id. in Del. 215 de Iunone: νύμφα Διὸς βαρύθυμος, i. e. uxor Iovis *iracunda*. Plut. Alexandr. 9. ἀλλ' ἡ τῆς Ὀλυμπιάδος χαλεπότης δυςζήλου καὶ βαρυθύμου γυναικὸς, ἔτι μείζους ἐποίει κ. τ. λ. Cat. maj. 26. ἀλλ' εἰ μὴ καταλήψονται πόλιν, ἄνωθεν ἐχθρὰν καὶ βαρύθυμον κ. τ. λ. Pyrrh. 26. (ὁ Κλεώνυμος) ὑπ' ὀργῆς καὶ βαρυθυμίας ἐπῆγε τῇ Σπάρτῃ τὸν Πύῤῥον; ubi quod in marg. cod. S. G. legitur ῥαθυμίας, Palatinus nro. 283. in textu habet. Alexandr. 70 fin. δῆλος ἦν ἑαυτὸν ὑπὸ λύπης καὶ βαρυθυμίας διαχρησόμενος. Eodem sensu βαρυθυμεῖν in Syll. 6 init.; quod bene Corajus explicat per βαρέως φέρειν καὶ ὀργίζε-

σθαι. Add. Diodor. Sic. XX, 41. Tom. II. p. 435, 10 Wess. Biel. Thes. philol. I. pag. 279, et potissimum Schleusner. in spicilegio interprr. Gr. V. T. Lipsiae 1786. II. p. 29. Deinde quoque notat *animum abjicere, ὀλιγωρεῖν;* uti ostendit Hesych. I, 697, ac doctissimus ejus interpres Alberti ad h. l.; conf. ibidem I. p. 1060, et adjice Zonaram I. p. 378.

Huic vocabulo cognatum est alterum βαρύμηνις, cujus ex Heliodoro apte admonuit Corajus; quodque eandem fere habet vim ac potestatem; vid. Henr. Stephan. thesaur. II. p. 922. Suid. I. p. 417 Kust. Zonar. I. p. 370 [27]). Hinc Pollux VI, 29 segm. 124. 125. βαρύθυμος et βαρύμηνις conjungit. cf. idem I, 39. In Lycophron. Cassandr. 57 (ubi est βαρύζηλος δάμαρ) habet Tzetza (Tom. I. p. 356 Müll.) βαρύμηνις γυνή. Alia multa hujus generis recenset Stephanus in Thesaur. IV. p. 615. Unum attingam Herodoteum, βαρυσυμφορώτατος (Herod. I, 45), de quo vid. Vocc. Herod. ad calc. ed. Wessel. p. 11. et Toup. epistol. crit. p. 63 ed. Lips. Add. Appian. Reb. Macedd. IX, 17 fin. In quibus omnibus, cum βαρυ compositis, haec vocula eandem habet vim, quam in aliis compositis βαθυ, ut augeat significationem, et omnino exprimat, *copiosum* et *multum,* aut *valde;* in quo illustrando multus est Spanhemius ad Callimach. hymn. in Apollin. v. 65. p. 85, in Cerer. vs. 114. p. 717; de βαρὺς accurate egit Schleusnerus loco supra citato. Cujus usus ratio inde petenda, quod eâdem fere vi ac potestate ut βάρος et βάθος, sic βαρὺς et βαθὺς inveniuntur; quod bene vidit Dorville ad Charit. p. 232.

βάρβαρος] Hanc vocem, interdum Graecis usurpatam de irâ graviori et implacabili paene, quam cui objiciebant, eximie illustravit summus Hemsterhusius ad Xenoph. Ephes. p. 180 ed. Locell.

---

27) De βαρυμηνιᾷν compares Abreschium ad Xenoph. Ephes. I. §. 2. p. 83 ed. Peerlkamp.

*τοῦτο μὲν, ἣν ἐκεῖνος ἀπέδωκε, χώραν ἕξει*] Cod. S. G. post *μὲν* inserit *οὖν*, quod repudiat Palatinus cod. Et semper fere hâc in causâ libri vetusti fluctuant, tum in hoc, tum in aliis scriptoribus, ut facile viris doctissimis assentiar, librariorum culpâ hanc particulam (*οὖν*) saepius excidisse statuentibus, Schaefero Meletem. Crit. I. p. 30. Schweighaeusero Lex. Polyb. p. 416. aliis. Quare in Plut. Cat. min. 57 fin.: *ταῦτα μὲν οὐχ ἧττον οἰόμενοι — ἐπὶ πλέον διήλθομεν*, ex cod. Palat. nro. 168 forsitan legendum *ταῦτα μὲν οὖν οὐχ κ. τ. λ.* Sed tamen caute in his versandum neque sine bonis codd. quidquam innovandum, docent alii, iique haud pauci nostri scriptoris loci: Cimon. 19 fin. *τοιοῦτος μὲν ὁ Ἑλληνικὸς ἡγεμὼν κ. τ. λ.* Paul. Aemil. 14 fin. *ταῦτα μὲν περὶ τούτων* — (cap. 15) *ὁ δ' Αἰμίλιος κ. τ. λ.* Marcell. 7 fin. Pyrrh. 20 fin. Artax. 19 fin. *τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν οἰκίαν οὕτως εἶχεν. Ἐπεὶ δὲ τοὺς Κύρῳ κ. τ. λ.* noster codex bene omittit *οὖν*. Quocirca in Pericl. 6: *ταῦτα μὲν οὖν ἴσως κ. τ. λ.* amplectenda eorum codicum est lectio, qui illud *οὖν* ignorant. — Conf. Hoogeveen. doctrin. particc. pag. 543. VI. ed. Schütz.

## CAP. VII.

*Κύρῳ δὲ προσιόντι φῆμαι καὶ λόγοι προσέπιπτον*] Notetur h. l. elegans usus verbi *προσπίπτειν* de iis, quae *rumore* aut *famâ ad aliquem perveniunt, s. perferuntur*, idque *subito* inprimis atque *inopinato*. Sic infra cap. 24. *ὑποψίαι καὶ διαβολαὶ τῷ Ἀρτοξέρξῃ προσέπιπτον.* Paul. Aemil. 16. *τούτων δὲ τῷ Περσεῖ προσπεσόντων.* Philopoem. 12. *λόγου προσπεσόντος αὐτοῖς.* Mar. 11: *αἱ — φῆμαι προσέπιπτον.* Cicer. 43. bis — de mulierr. virtt. Tom. VIII. p. 273 Hutt. Pericl. cap. 16. Consul. Stephan. Thesaur. III. pag. 321. Budaei Commentt. Ling. Gr. p. 740 infr. Plurima vero exempla suggeret Lex. Polyb. p. 535. nro. 4. Eundem usum quoque attigit Weiskius ad Longin. de

sublim. 39. §. 4. p. 451. Simillime Latini dicunt, *fama accidit;* monente jam Leopoldio ad vit. Mar. cap. 11. Tu adde Liv. 27, 29. 45, 28. 8, 24. Ernestum in Clav. Cicer. s. v. Plin. Panegyr. 92.

*καὶ βάθος ἴσων*] Cod. Pal. *ἴσον*.

*ὡς δεῖ — οὐδὲ Μηδίας ἐκστάντα καὶ Βαβυλῶνος, ἀλλὰ καὶ Σούσων, ἐνδύεσθαι*] Pro *ἀλλὰ καὶ* ex conjectura, invitis codicibus omnibus, Corajus posuit *ἅμα καί*; quod vehementer displicet, cum tritissima sit loquendi ratio, ut in orationis incremento praegressum *οὐδὲν* s. *οὐδὲ* excipiat *ἀλλὰ καί*; vide modo, si tanti est, Lexic. Xenoph. I. p. 155. nro. 14. coll. Davisio ad Cicer. de nat. Deor. II, 64. E Plutarcho multa mihi collegi exempla, quae omnia exscribere, putidum foret. — De crebrâ autem permutatione *τοῦ ἅμα* et *ἀλλὰ* egerunt Schaefer. ad Longi Pastor. p. 457, Jacobs. additam. animadverss. in Athen. pag. 13. ac nuperrime Peerlcamp. ad Xenoph. Ephes. p. 381. — Caeterum non perinde est, si dixeris *οὔτε — ἀλλὰ καί;* cujus formulae vim ita definit Locella ad Xenophontem Ephes. p. 176, ut eam dicat esse: *non — at vero.* Add. Plut. Solon. cap. 27 med.

*κατασταθῆναι τὸν Κῦρον*] Cod. Pal. *κατίστασθαι τὸν Κῦρον*.

*(ὁ βασιλεὺς) σιγῇ καὶ σχέδην ἐπάγων, θαῦμα τοῖς Ἕλλησιν τῆς εὐταξίας παρεῖχε*] Molestum *ἐν* ante *τοῖς Ἑλλ.*, quod in vulgatas irrepserat, e melioribus codicibus, quibuscum noster concinit, praeeuntibus Reiskio et Corajo, sustulit Schaeferus [28]). Hunc in modum Plutarchus in

28) Nisi forte quis dictum putet *ἐν Ἕλλησιν* pro: *coram Graecis, in adspectu Graecorum;* de quo significatu praepositionis *ἐν* bene, ut alios taceam, tradidit Viger. de idiotism. p. 603. Unum tantummodo locum e Plutarcho indicabo, quem perperam cepisse videntur interpretes. Exstat ille in Cat. maj. cap. 21: *τοὺς δ᾽ ἄξιον εἰργάσθαί τι θανάτου δόξαντας, ἐδικαίου, κριθέντας ἐν τοῖς οἰκέταις πᾶσιν, ἀποθνήσκειν, εἰ καταγνωσθεῖεν*, i. e. *de iis, si in judicio servorum capitis damnati fuissent, supplicium sumebat.* Immo vertendum: „eos,

Themistocl. cap. 10. τοῖς μὲν οἶκτον τὸ θέαμα, τοῖς δὲ θαῦμα τῆς τόλμης παρεῖχε. Agesil. 34. Ἰσάδαν δὲ, οὐ τοῖς πολίταις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολεμίοις θέαμα φανῆναι καλὸν καὶ ἀγαστόν. Pelopid. 30. τοῖς σατράπαις — ὀφθεὶς, θαῦμα καὶ λόγον παρέσχεν. Homer. Odyss. XI, 287. τοῖσιν δ' ἰφθίμην Πηρὼ τέκε, θαῦμα βροτοῖσιν.

ἐν πλήθει τοσούτῳ προςδεχομένοις] Cod. Pal. προδεχομένοις.

εὖ δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἀντέταξε τῶν δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα] Optime veram lectionem ἀντέταξε pro vulgatâ ἔταξε Schaeferus restituit e cod. S. G. suffragante nostro quoque codice; cf. Artaxerx. 8. οὐχ ἧττον ἥμαρτεν Κλέαρχος, ἀντιτάξαι κατὰ τὸν βασιλέα μὴ θελήσας τοὺς Ἕλληνας. Aristid. 16. Παυσανίας προςέφερε λόγον, ἀξιῶν τοὺς Ἀθηναίους κατὰ τοὺς Πέρσας ἀντιταχθῆναι. Herodot. V, 110. — τοὺς Κυπρίους κατὰ τοὺς ἄλλους στρατιώτας ἀντιτάσσοντες. Frequentissime sic loquuntur Xenophon, Polybius, alii, in acie instruendâ; vid. Lex. Xenoph. I. p. 273 et Polybian. p. 57. Plut. Marcell. 18. Compar. Pelop. c. Marc. 2. Pyrrh. 24. 28. Diodor. Sic. II, 25. 26. Est enim haud inelegans praepositionis ἀντὶ usus in compositis, quo impertit verbo, quocum est composita, notionem τοῦ *ex opposito, ex adverso, e regione*; quem usum praeter Viger. de idiotism. p. 578, 3. attigit Goensius ad Porphyr. de antr. Nymph. p. 87. coll. Wesseling. ad Herod.

---

judicio habito, *praesentibus* (s. *coram*) *servis omnibus*, poenâ capitali affici, si criminis convicti s. damnati essent, par existimabat." Pertinet enim ἐν τοῖς οἰκέταις cum ad κριθέντας tum ad ἀποθνήσκειν. Sed, ut ad nostrum locum redeam, minus in eo hanc rationem valere posse, apparet. Accedit, quod verbo παρέχειν, adjuncto dativo personae, quem vocant, nil frequentius apud nostrum. Marcell. 6: ταχὺ γὰρ αἴσθησιν τοῖς βαρβάροις ἀφικόμενος παρέσχε. Pyrrh. 4 c. fin. Πτολεμαίῳ ἔν τε θήραις καὶ γυμνασίοις ἐπίδειξιν ἀλκῆς καὶ καρτερίας παρεῖχε. ibid. 18. οἱ Ῥωμαῖοι ἔκπληξιν τῷ Πύῤῥῳ παρεῖχον. Plura apponere supervacaneum putavi, in re satis clarâ atque perspicuâ.

IV, 5. p. 281. De κατὰ, *ex adverso, e regione, contra*, vid. Valcken. ad Herodot. III, 14. p. 200 Wess. et Fischer. ad Weller. III, b. p. 177.

ὁμαλεώτατα] Cod. Pal. ῥωμαλεώτατα. (τερα)

## CAP. VIII.

πλὴν ὅσα τῶν ἀξίων λόγου παρῆλθεν εἰπεῖν ἐκεῖνον] παρῆλθεν h. l. translatâ significatione accipiendum, ut Latinorum *fugit, praeteriit me aliquid.* Sic Philostrat. Heroic. p. 106 Boisson. παρέλθοι δέ με μηδὲν, μηδὲ ἐκλαθοίμην. Iob. XIV, 16. οὐ μὴν παρέλθῃ σε οὐδὲν τῶν ἁμαρτιῶν. Plura suppeditabunt Abresch. ad Xen. Ephes. p. 284 ed. Locell. Sturz. Lex. Xenoph. III. p. 452 seqq. Inprimis vero comparandus Demosth. in Mid. p. 550 R.: τοῦτο γὰρ αὖ (Num scribendum ἂν?) μικροῦ παρῆλθέ με εἰπεῖν. E quibus omnibus apparet, nihil tribuendum esse Mos. Dusoul, corrigenti ἐκεῖνος; conf. etiam Reiskium ad h. l. Vol. V. pag. 719. Superfluus videri possit h. l. infinitivus εἰπεῖν, vel saltem praepositum exspectabas μὴ ex communi consuetudine Graecorum (consul. Matthiae Gramm. Gr. §. 533. not. 3. Werfer. in Actt. philoll. Monacc. I, 2. p. 205 seq.). Sed vide Plutarchum in Romulo cap. 26: τοῦτο οὐδ' αὐτὸς διέφυγε παθεῖν. Public. 21. ὃ δὲ πᾶσι συμβαίνει τοῖς μεγάλοις, οὐ διέφυγε παθεῖν. ib. 18. ὁ Ποπλικόλας οὐκ ἔφυγεν ἐπ' αὐτοῦ δίκῃ κριθῆναι πρὸς Ταρκύνιον. Sol. 14. πολλοὶ οὐκ ἔφυγον ἕνα τὸν δικαιότατον ἐπιστῆσαι τοῖς πράγμασιν.

παρακαλοῦντος ἐξόπισθεν τῶν Λακεδαιμονίων εἶναι] Cod. Pal. cum aliis mendosum offert Μακεδόνων. Idem vitium quoque obvium in Cimon. 14.

ἁμαρτόντος δὲ Κύρου μέγα τῷ δῦναι προπετῶς κ. τ. λ.] Cod. Pal. μετὰ τὸ δοῦναι, quod malum sensum praebet. Neque vero ita, ut nunc legitur, locus plane restitutus

mihi videtur, in quo forsitan gravior labes adhuc resideat. Caeterum proclivis erat error librariorum μετὰ scribentium pro μέγα et μέτα pro μετά; conf. Solan. ad Lucian. Tom. I. p. 229 Bip.

εἰ καὶ μὴ μᾶλλον Κλέαρχος] Cod. Pal. εἰ μὴ καί; quod placet.

περισκοπῶν χώραν καὶ τάξιν, οὐκ ἀφ' ἧς σώσει τὸν ἡγεμόνα, ἀλλ' ἐν τίνι θέμενος ἑαυτὸν ἀσφαλῶς μαχεῖται καθ' ἡσυχίαν] Pro σώσει, quod omnes ad unum tenent et editi et scripti libri, noster codex: σώσειε, quae lectio, si quid video, nequaquam est rejicienda, quippe elegantissima. Subinde enim in uno eodemque orationis circuitu s. in duplici orationis membro optativum atque indicativum ita jungunt Graeci, ut unum cogitetur tanquam illud, quod fieri possit vel potuisset, alterum tanquam hoc, quod reapse quis fecerit vel in mente habuerit. Conf. si placet, Ast. ad Plat. de legg. pag. 125. Id quod luculenter patet e Platonis loco, in Apolog. Socr. cap. 17. p. 28, e. St., quem optime tractavit Schaeferus in Meletem. critic. I. p. 111: δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος, εἰ ὅτε μὲν οἱ ἄρχοντες ἔταττον, τότε μὲν οὗ ἐκεῖνοι ἔταττον, ἔμενον καὶ ἐκινδύνευον ἀποθανεῖν· τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος — ἐνταῦθα φοβηθεὶς, λείποιμι τὴν τάξιν; ubi ἔμενον et ἐκινδύνευον in indicativo sunt collocata, qui modus rem spectat, quae vere accidit, posterius λείποιμι in optativo, quia res, ut *quae fieri possit*, s. ut *possibilis*, ponitur. Plutarch. Solon. cap. 27. ἐδόκει εἶναι τῷ Κροίσῳ ἄγροικος, εἰ μὴ πρὸς ἀργύριον ποιεῖται τὴν ἀναμέτρησιν, ἀλλὰ ἰδιώτου βίον μᾶλλον ἢ τοσαύτην ἀγαπῴη δύναμιν. Maxime vere ad ipsum nostrum locum faciunt ea, quae attulit Jacobs. Additament. animadverss. in Athen. p. 145, qui quidem vir, de eodem Graecorum usu monens, multos congessit locos, nostro plane consimiles, in quibus optativus cum futuri indicativo conjungitur; quam vero rem summae fraudi fuisse librariis, ut saepe optativum in futuri indicativum conver-

terent, multi obtestantur veterum scriptorum loci. Consulatur Werferus in Actt. philoll. Monacc. I, 2. p. 249, cui addo e nostro Aristid. 25: *ἀποκριναμένου δ' Ἀριστείδου, ἔργου δεῖσθαι τὴν πίστιν, ὃ πραχθὲν οὐκ ἐάσει πάλιν μεταβαλέσθαι τοὺς πολλούς, οὕτως κ. τ. λ.*, ubi Aldina fert *ἐάσειε*. Eundem optativum, quamvis omnibus codd. invitis, restituit Reiskius in Cat. maj. 27: *τὸν δῆμον ὁρῶν τὴν πόλιν ὅλην, ὅπῃ ῥέψειε ὁρμαῖς, βίᾳ συνεφελκόμενον*; ubi vulgo est *ῥέψει*. Confer. denique Plat. Gorg. p. 482, d. p. 119 Heind. ibique annotata et Ast. ad Plat. Polit. p. 479.

*καὶ βασιλέως φυγόντος*] Cod. Pal. *φεύγοντος*.

*οὐκ ἂν ἐξεῦρεν ἑτέραν*] Cod. Pal. et S. G. inverso ordine: *ἑτέραν ἐξεῦρεν*.

*τὸ συμφέρον οὐκ ἠγνόησεν*] Cod. Pal. *ἠγνόηκεν*.

*ὁ δ' αὐτῷ μέλειν*] Cod. Pal. *ὁ δὲ αὐτῷ μέλλειν*. Idem mox omittit *ἔξει*.

## CAP. IX.

*Ὦ τὸ κάλλιστον ἐν Πέρσαις ὄνομα Κύρου καταισχύνων, ἀδικώτατε ἀνδρῶν*] Usum verbi *καταισχύνειν*, quo est *non tueri*, *dedecorare laudem* vel *propriam* vel *acceptam*, multis locis et aliorum scriptorum et nostri potissimum aperuit Wyttenbachius ad Plut. Moral. I. p. 608. Add. Pyrrh. c. 34. Alexand. 50 med.

Habet autem haec Artagersis in Cyrum facta objurgatio non minus eo vim, quod Cyrus hic minor natu a Cyro illo, conditore regni Persici, (quod hic alter Cyrus, minor natu, nunc destruere videretur) plane degenerarit, quam quod ipse nomen solis, supremi Persarum numinis, ferens, se tam indignum hoc nomine nunc gesserit. Nam, cum inter populos orientales (quod inde ad alios quoque permanavit) reges originem atque ortum a diis repetere solerent atque deorum instar se haberi vellent a subditis, par etiam erat deorum ipso-

rum nomina assumere. Sic Persarum reges, qui a sole se oriundos putaverunt, nomen ejus quoque sibi vindicabant. Ex quo intelligitur, cur primus Persarum rex, antea dictus *Agradatus*, ut auctor est Strabo p. 1060, posteaquam regnum est adeptus, nomen *Cyri* nactus sit, quod Persicâ linguâ nihil aliud sonabat, nisi *solem*; vid. Dorvill. ad Chariton. p. 511. 512. Ita enim nonnulli, veteres auctores, inprimis Ctesiam secuti, volunt, (v. g. Barn. Brisson. de reg. princ. Pers. p. 615. Larcher. ad Ctes. excerpt. Persic. cap. 49. pag. 502 seqq. Tom. VI. translat. Herodot., Heeren. Ideen etc. I, 1. p. 181—293 ed. Vindobon. coll. Corajo ad Plut. Artaxerx. 1.) licet alii aliâ rursus ratione hoc nomen explicandum putarent, quorum agmen ducit summus J. Scaliger de emendat. temp. pag. 586. B. C.; quod tamen ipsum nil impedit, quo minus priorem illam rationem amplectamur, siquidem etiamnunc sol apud Persas dicitur *Kour* s. *Kohr*.

Inde factum est, ut, qui deinceps Cyrum sequerentur reges Persarum, eum morem tenerent, ut, quod nomen antea privati quasi gesserant, illud, regnum adepti, cum alio, eoque honorificentiori, quod divinae stirpis atque potentiae subjectos populos admoneret, commutarent; vid. Scaliger l. l. p. 580 A. 592 B. Brisson. l. l. p. 15, Heeren. Ideen etc. I. p. 293. coll. 181. Sic quoque posteriore aevo Sassanidae, quos tenacissimos veteris moris jam supra vidimus, audiebant *participes siderum*, *fratres solis*, *totius orbis domini*, *reges regum* etc.; quâ de re vid. Hoeck. Monument. vet. Med. et Pers. p. 44.

*κακοὺς μὲν Ἕλληνας ἔρχῃ κακὴν ὁδὸν ἄγων ἐπὶ τὰ Περσῶν ἀγαθά·*] Recte in textum nunc receperunt editores nuperrimi veram lectionem *κακοὺς*, in cujus locum vulgatas editiones occupaverat pravum *καλοὺς*, firmatum quidem praeter nostrum aliis quoque libris, neque vero probandum. Poscit enim non solum sensus totiusque

loci ratio, sed etiam numerus atque orationis concinnitas, ut rescribamus *κακούς*; vide modo nostrum in Cat. maj. 15. *Μάνιον, θερμὸν ἀπὸ τῆς νίκης ἔτι θερμῷ περιπλακέντα, ἀσπάζεσθαι.* Flamin. 10. *ταῖς κατηγορίαις λαμπροὶ λαμπρῶς τὰς πόλεις ἀνεῤῥήγνυσαν Αἰτωλοί.* Demosthen. in Mid. p. 580 R. p. 103 Spl. *εἶτα θαυμάζεις, εἰ κακὸς κακῶς ἀπολῇ.* Plut. Cic. 26. *κακὸς τοίνυν ἀπόλοιτο κακῶς ὁ ψευσάμενος,* ubi plura Corajus p. 417. Tu vero adjice Dorvillium ad Chariton. p. 212 seq. et Wyttenbachium ad Plut. de S. N. V. p. 42. De *ἀπολεῖς*, quod statim sequitur, conferri potest Wyttenbachius ad Plut. Moral. I. p. 152.

## CAP. X.

*Τηριβάζου δ' ἀναβαλόντος αὐτὸν — καὶ εἰπόντος αὐτῷ*] Omnes codd. *ἀναλαβόντος*; quae lectio haud scio an retinenda sit. Firmari enim videtur tum iis, quae praecedunt: *ἐπ' ἄλλον ἵππον ἀναθέσθαι*, tum iis, quae cap. 11. leguntur: *ἀδυνάτως δ' ἔχοντα — ὑπολαβόντες ἦγον.* Mox eodem capite recedit haec lectionis varietas in illis: *ὁ Κῦρος ἐνσείσας τῷ ἵππῳ κατέλαβε τὸν Ἀρτοξέρξην*, ut e S. G. nunc expressum extat; male vulgo *κατέβαλε*, quod potius erat: *dejecit equo*. (v. g. Philopoem. 7 fin.) Noster codex habet: *κατεβαλε* (λ β written above).

*αὐτῷ* post *εἰπόντος* a nostro codice abest; a S. G. item.

*ὡς βέλτιόν ἐστι μὴ ζῆν*] Corajus de suo ante *μὴ* posuit *μοί*; cujus pronominis inserendi cum nullam satis idoneam causam perspicio, vulgatam equidem praetulerim, cui omnes quoque libri favent; ita, uti haec appellatio regis adhortatioque non solum ad se ipsum, sed in universum ad comites amicosque pertineat.

*ἐν ταῖς στρατείαις κομίζειν*] Cod. Pal. *στρατίαις*. Idemque mox omittit *γάρ*.

De argumento inprimis adhibe locum Herodoti I, 171. De signis vero, quae Persarum exercitui praeferebantur, consulatur Dorvillius ad Chariton. pag. 623, qui h. ipsum l. in exemplis posuit, coll. Bocharto in Hierozoic. II. lib. I, 1 fin. pag. meâ 8.

## CAP. XI.

*ἡ δὲ Κτησίου διήγησις, ὡς ἐπιτεμόντι πολλὰ συντόμως ἀπαγγεῖλαι, τοιαύτη τις ἐστί.*] Reiskius pro *ἐπιτεμόντι* (quod caeterum servari posse monet, si subaudias *ὑπάρχει*) conjecit *ἐπιτεμόντα*, probante Corajo. Sed nisi omnia me fallunt, *ἐπιτεμόντι*, a quo omnes ad unum stant codices, unice vera est lectio, quoniam in istiusmodi dictionibus, qualis nostra est, (ubi infinitivus cum particulâ *ὡς*, ut quid generaliter dictum accipiatur, ponitur) adjectiva ac participia, quae ad subjectum, quod vocatur, indefinitum referuntur, in dativo addi solent. Ut igitur in formulâ *ὡς συνελόντι εἰπεῖν*, quam noster imitando expressisse videtur, nemo unquam de mutando dativo in accusativum *συνελόντα* cogitavit, ita in eâ, quae hoc loco exstat, locutione nemo velim immoretur, quam corrigendo tentet. Vid. Viger. de idiot. pag. 205, et inprimis Valckenaerium ad Eurip. Phoeniss. Schol. p. 94.

*ἤλαυνεν εἰς αὐτὸν βασιλέα τὸν ἵππον καὶ αὐτὸς εἰς ἐκεῖνον*] Cod. Pal. in textu habet *αὐτὸς*, at in margine ab eadem manu scriptum legitur: *γρ. βασιλεὺς*; quae lectio sanequam aptior videtur vulgatâ.

*Τισαφέρνην*] Cod. Pal. fert: *σατιφέρνην*; et sic rursus S. G.

*μεστὸς ὢν ὁρμῆς καὶ θράσους*] S. G. liber: *ὀργῆς*; noster *ὀργῆς* (μ supra scriptum); de quâ commutatione frequentissimâ vide Brunck. ad Theognid. vs. 213. (pag. 19 ed. Lips. coll. pag. 229.).

ὅστις εἴη] Cod. Pal. ἐστίν.

*Τὸν δὲ Κῦρον, ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέροντα χαλεπῶς καὶ μόλις εὐνοῦχοί τινες παρόντες ὀλίγοι ἐπεχείρουν κ. τ. λ.*] Desideratur in cod. Palat. καί; quod aliquando admodum mihi placuit, ita quidem, ut, commate interjecto, χαλεπῶς ad ἀναφέροντα, μόλις ad sequentia traheretur. Sed nihil tribuendum huic lectioni; saepissime enim jungitur μόλις cum aliis adverbiis cognatae significationis, quod praeter ea, quae Bastius et Schaeferus annotarunt ad Gregor. Corinth. p. 169 seq., multis Plutarchi locis confirmatur, quorum aliquot indicabo. Lysand. 21. μόλις δὲ καὶ χαλεπῶς ἀφεθῆναι διαπραξάμενος ἐξέπλευσεν. Fab. Maxim. 17. χαλεπῶς δὲ καὶ μόλις τὰ ἐπιτήδεια τῇ στρατιᾷ κομιζόμενον. Philopoem. 5. ὡς χαλεπῶς καὶ μόλις ὕστατος ἀπελθεῖν. Caes. 49. ὁ Καῖσαρ (Cod. Pal. nro. 169 Καίσαρ) ἀπενήξατο μόλις καὶ χαλεπῶς. Alexand. 16. κρατήσας τῶν τόπων χαλεπῶς καὶ μόλις, εὐθὺς ἠναγκάζετο. Themist. Orat. X. p. 135, b. μόλις μὲν οὖν καὶ χαλεπῶς, ἀλλὰ συνεπείσθη καὶ εἶξε. Similia sunt: Phoc. 33. et Pyrrh. 34. μόλις δὲ καὶ βραδέως. Philopoem. 6. χαλεπῶς καὶ ταλαιπώρως. ibid. 7. δυςκόλως καὶ χαλεπῶς. Pyrrh. 5. χαλεπῶς καὶ βιαίως. Alexand. 16. ἀκριβῶς καὶ μόλις. Aelian Nat. Anim. XVI, 12 fin. ἀγαπητῶς καὶ μόλις.

Idem Cod. Pal. cum S. G. mox ita verba collocat: εὐνοῦχοί τινες ὀλίγοι παρόντες.

Antequam ad alia progrediar, paucis agam de verbo ἀναφέρειν; quod intransitive, vel potius sensu reciproco *se colligendi, ad se redeundi* accipi debet; ut eximie docuit Hemsterhusius ad Xenoph. Ephes. I, 1. p. 231 ed. Locell., quocum conferri possunt, quae disputarunt Villoison. ad Longi Pastoral. p. 210. Ast. ad Plat. de Legg. p. 396. Multos nostri scriptoris locos, in quibus universe est, *tueri se, non deprimi, velut immersum*, sed *emergere, convalescere*, beatâ manu congessit Wyttenbachius ad Plut. Moral. I. p. 502 seq.

Denique possis adhibere Herodoti interpretes ad I, 86. et Wesselingium ad ejusdem librum III. cap. 23. p. 205. Verbum ἀνακτᾶσθαι, quod eodem sensu occurrit, attigit Valckenaer. ad Theocrit. Adoniaz. p. 365, a.

τὰ ἐπιθωρακίδια φοινικᾶ] Cod. Pal. φοινικά.

## CAP. XII.

ὁ δὲ — ὥρμησεν αὐτὸς ἰέναι] Cod. Pal. cum S. G. neglexit αὐτός.

αὐτῷ δὲ, μικρὸν ἀπολείποντι] Cod. Pal. ἀπολιπόντι.

οὐ γὰρ εἶχε τὸ χωρίον ὕδωρ, καὶ οὐδ' ἦν ἐγγὺς τὸ στρατόπεδον] Molestum καὶ, mihi quidem jam dudum suspectum, nunc secundum Cod. Pal., nihil cunctatus, exstinguere jubeo.

μόλις οὖν ἐπιτυγχάνει τῶν Καυνίων ἐκείνων τῶν κακοβίων ἑνὸς κ. τ. λ.] Cod. Pal. ἐνεπιτυγχάνει. — Quod vero hoc loco ἐπιτυγχάνειν τινὸς nove dictum putat Corajus pro συντυγχάνειν s. ἐντυγχάνειν τινί, hoc subit mirari, cum jam Budaeus (Commentt. ling. Gr. p. 1508, 45) de hâc verbi ἐπιτυγχάνειν potestate exposuerit, quâ est *adsequi, quod petieras* et *tentaveras*; in quâ notione (ubi saepius ei opponitur ἀποτυγχάνειν) cum genitivo conjunctum invenitur, [29]) quandoquidem verba composita lubenter eum sibi adsciscunt casum, quem simplex postulat; quod potissimum in compositis verbi τυγχάνειν animadvertit Brunck. ad Euripid. Orest. 1291. et ad Sophocl. Philoct. 320. Cui notioni cognata est attera *offendendi aliquem, nanciscendi, inveniendi aliquem*, in quâ (quemadmodum ἐντυγχάνειν, συντυγ-

---

29) Exempla si quaeris, vide Plutarchum in Pericl. 6. Rom. 1. Indicem Graecit. Demosth. p. 364 Reisk. Aristophan. Plut. 245. (ubi: μετρίου γὰρ ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτυχες πώποτε.) Polybius XXI, 38. huic genitivo adjunxit περί.

χάνειν, de quibus vid. Matthiae Grammat. Gr. p. 511 not. Toup. emendd. in Suid. I. p. 113 Lips. add. Plut. Dion. 49. Brut. 16.) dativus plerumque ei adstruitur, quamvis alii loci rursus genitivum praebent, ut ergo utrumque structurae genus legitimum dixeris. Comprobarunt hunc usum idoneis exemplis viri doctissimi, Wesselingius ad Diodor. Sic. III, 27. T. I. p. 193, Locella ad Xenoph. Ephesium p. 281, Sturzius in Lexic. Xenoph. T. II. p.335, Wyttenbachius ad Plut. Moral. I. p. 333, cujus ipsa verba apponam: „ἐπιτυγχάνειν pro„prie est *assequi*, *scopum ferire*, tum translate gene„ratim *proposito satisfacere*, construiturque vel cum „casibus, genitivo et dativo, vel simpliciter ponitur, „quae est rarior usurpatio." Add. indic. Graecitat. Lysiac. Tom. VI. p. 813 Reisk. Lucian. Nigrin. §. 2. p. 28. Tom. I Bip. οἶδα τούτων ἕκαστα καὶ ηὐξάμην σέ τ ι ν ὶ σ π ο υ δ α ί ῳ ἐ π ι τ υ χ ε ῖ ν, ubi Schol.: ὅρα τὸ ἐπιτυχεῖν κείμενον ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν, καὶ δοτικῇ συντάσσεται. Conf. etiam Biel. Thesaur. philol. I. p. 622. Quin etiam cum accusativo construxit Plato de republ. IV, 8, cui loco adhibe Matthiae disputata in Grammat. Gr. §. 489; quae repetiit Astius ad Platonis l. l. p. 490.

εἰ μὴ πάνυ δ υ σ χ ε ρ α ί ν ο ι τὸ ποτὸν] Nostri codicis δ υ σ χ ε ρ α ί ν ε ι non postposuerim vulgatae, cum utrumque conveniat cum linguae Graecae legibus; quae etiam in oratione obliquâ indicativum admittunt. conf. Matthiae Gramm. Gr. p. 709. 710. Subjiciam nonnullos Plutarchi locos, qui mihi huc facere videntur. Aristid. 20. Θεογείτων εἶπεν, ὡς ἑτέρᾳ πόλει δοτέον εἴη τὸ ἀριστεῖον, ε ἰ μ ὴ β ο ύ λ ο ν τ α ι συνταράξαι πόλεμον ἐμφύλιον. Mar. 9. ἐπυνθάνετο τῶν παρόντων, ε ἰ μ ὴ καὶ τοὺς ἐκείνων ο ἴ ο ν τ α ι προγόνους αὐτῷ κ. τ. λ. Agesil. 9. ἱππικὸν συνῆγε, τοῖς εὐπόροις προειπὼν, ε ἰ μ ὴ β ο ύ λ ο ν τ α ι στρατεύεσθαι, παρασχεῖν κ. τ. λ. Pyrrh. 31. τῷ Πύῤῥῳ πολλὰς ὁδοὺς ἀνεῳγέναι πρὸς θάνατον, ε ἰ ζῆν μὴ σ χ ο λ ά ζ ε ι, ubi S. G. codex offert σχολάζῃ; Cod. Pal. nro. 283. vulgatam tenet.

Othon. 16. οἱ στρατιῶται τοῖς ἀπιοῦσι διηπείλουν ἀποσφάξειν, εἰ μὴ παραμενοῦσι, ἀλλ' οἰχήσονται. Marcell. 25. οὐδὲ σχολὴν ἄγειν κρατοῦσιν ἡμῖν ἐστιν, εἰ μὴ τοῦτον ὠσαίμεθα; ubi forsitan ex Plutarchi consuetudine exspectabas ἂν μὴ τοῦτον ὠσώμεθα. Nolo plura nunc congerere; nam aliis quoque locis, ubi post εἰ Optativum requiras, invenias apud nostrum Indicativum; v. g. in Aemil. Paul. 21: Μάρκος ἐπέδραμε τὴν μάχην, εἴ τινά που φίλον καὶ συνήθη κατεῖδε, φράζων τὸ συμπεσὸν αὐτῷ καὶ βοηθεῖν δεόμενος. Significat enim h. l. εἰ *quoties*, quod si obtinet, (in re praeteritâ) optativus plerumque ponitur; (vid. Matthiae Gramm. Gr. §. 525. nro. 6. p. 749.) et nostrum ipsum in Marcell. 17. Cimon. 10. Agesil. 4 fin. 9 init. Quam in rem valde tenendum illud Plutarchi in Caton. maj. 1: ὕδωρ δ' ἔπινεν, πλὴν εἴ ποτε διψήσας περιφλεγῶς ὄξος ᾔτησεν, ἢ ἐπιλάβοι μικρὸν οἰνάριον.

Τοὺς θεοὺς εὔχομαι ποιῆσαι μακάριον καὶ πλούσιον] Corajus scribi jubet τοῖς θεοῖς; verbo εὔχομαι semper dativum personae sibi poscente. Neque ipse, si simpliciter personam, quam precamur, additam habet εὔχομαι, nullo alio addito verbo, ad id ipsum, quod precamur, exprimendum, dubito, quin dativus locum habeat. 30) Sed alia, si quid video, res est, si infinitivus additur, ad quem hic accusativus pertineat, ut accusativi cum infinitivo, quae vulgo dicitur, constructio evadat. Vide mihi Themistocl. 28. ὁ Πέρσης κατευξάμενος ἀεὶ τοῖς πολεμίοις τοιαύτας φρένας διδόναι τὸν Ἀριμάνιον, θῦσαι λέγεται κ. τ. λ. Brut. 13. ὁ δ' ἐπεύξατο δοῦναι τοὺς θεοὺς αὐτῷ κ. τ. λ. Aliis locis accusativum cum infinitivo post se habet εὔχομαι, vel addito dativo personae, ut in Pericl. 8. ηὔχετο (ὁ

30) Verbum προσεύχεσθαι, propter vim praepositionis πρὸς, legitime cum dativo atque accusativo personae construitur; vid. Pierson. ad Moer. p. 314.

Περικλῆς) τοῖς θεοῖς μηδὲ ῥῆμα μηδὲν ἐκπεσεῖν ἄκοντος κ. τ. λ. Rom. 16. 18. Homer. Odyss. υ', 258. φ', 203; vel omisso, ut in Dion. 42: χαρὰ καὶ δάκρυα τοὺς Συρακουσίους κατεῖχεν, εὐχομένους ἐπιφανῆναι τὸν ἄνδρα. Aemil. Paul. 31. Lys. p. 709, 11 Reisk. Lucian. Nigrin. p. 28. Tom. I Bip. passim.

## CAP. XIII.

ὡς δ' ἐπέστη (ὁ βασιλεὺς) τῷ νεκρῷ καὶ κατά δή τινα νόμον Περσῶν ἡ δεξιὰ χεὶρ ἀπεκόπη καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος, ἐκέλευσε τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κομισθῆναι] Notetur h. l. usus pronominis αὐτὸς, quem quidem ignorasse videtur Moses Dusoul, cum scribi juberet αὐτῷ pro αὐτοῦ, invitis omnibus, quod sciam, libris manuscriptis. Est vero hic usus pronominis αὐτὸς admodum frequens apud nostrum, ut promiscue usurpetur cum ἐκεῖνος, neque ullum restet discrimen, utrum ponas ἐκεῖνος an αὐτός. Sic h. l. αὐτοῦ referri oportet ad Cyrum; atque vulgaris ratio poscebat ἐκείνου. Neque vero ita noster alibi, v. g. Rom. 7. ἀναχθέντος οὖν αὐτοῦ (τοῦ Ῥώμου) πρὸς τὸν Νομήτορα, καὶ κατηγορηθέντος, αὐτὸς (scil. ὁ Νομήτωρ) μὲν οὐκ ἐκόλασε, χαλεπὸν ὄντα δεδιὼς τὸν ἀδελφὸν, ἐλθὼν δὲ πρὸς ἐκεῖνον, ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης. Flamin. 7. ἀπέστειλε καὶ ὁ Τίτος — τοὺς πράξοντας, ὅπως ἐπιψηφίσηται ἡ σύγκλητος χρόνον αὐτῷ, τοῦ πολέμου μένοντος· εἰ δὲ μὴ, δι' ἐκείνου τὴν εἰρήνην γενέσθαι. ib. 13. τῶν δ' Ἀχαιῶν αὐτῷ πολλὰ — ψηφισαμένων, οὐδὲν ἐδόκει — ἐξισοῦσθαι, πλὴν μιᾶς δωρεᾶς, ἣν ἐκεῖνος ἀντὶ πάντων ἠγάπησεν. Themist. 28. ἀκούσας δ' ὁ Πέρσης ἐκείνῳ μὲν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, καίπερ θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὴν τόλμαν αὐτοῦ. Artaxerx. 2. τὸν γὰρ ἀδελφὸν αὐτῆς ἀποκτείνας ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο κἀκείνην ἀνελεῖν. ubi conf. Reisk. p. 719. Vol. V. Plat. Protag. p. 483 Heind. ἀλλ' ἐπειδὴ αὐτὸς ἀναστρέφοι καὶ οἱ μετ' ἐκείνου κ. τ. λ. In quibus omnibus promiscue usurpatum videmus αὐτὸς et ἐκεῖνος, quem eundem

usum nuper attigit vir doctus in Act. societ. philolog. Lipsiens. II. p. 425. Alibi *αὐτὸς* plane in locum *τοῦ ἐκεῖνος* successit, ut in Philopoem. 6. *ἐπεὶ δ' Ἀντίγονος ἐπὶ τὸν Κλεομένην — ἐστράτευσε, καὶ, τὰς ἄκρας κατέχοντος αὐτοῦ* (sc. *Κλεομένους*), *παρέταξε κ. τ. λ.* ib. 10. *φθάνει δ' αὐτοὺς ὁ Φιλοποίμην ἀπαντήσας τῷ Μαχανίδᾳ, καὶ τὸν ἵππον αὐτοῦ* (sc. Machanidae) *μετεωρίζοντα — ὁρῶν κ. τ. λ.* Public. 16. p. 260. lin. 12 seqq. Schaef. Cat. maj. 3. p. 248. lin. ult. Schaef. Alii rursus occurrunt loci, ubi *ἐκεῖνος* pro *αὐτὸς* positum esse existimes. Lycurg. 29. *τοῖς πολίταις* (sc. Lycurgum) *φύλακα τὸν θάνατον ἀπολείψειν, ὁμωμοκόσι χρῆσθαι τῇ πολιτείᾳ, μέχρις ἂν ἐκεῖνος ἐπανέλθῃ.* ibid. 11. *ὁ δὲ — ἔλεγεν, ὡς οὐ σκληρὸς οὐδ' αὐθάδης ὁ Λυκοῦργος, ἀλλὰ μόνος ἐκεῖνος ἥμερος καὶ πρᾷός ἐστι τοῖς ἄλλοις.* Cimon. 13. *λέγεται δὲ καὶ τῶν μακρῶν τειχῶν — τὴν πρώτην θεμελίωσιν ἐρεισθῆναι διὰ Κίμωνος ἀσφαλῶς, ἐκείνου χρήματα πορίζοντος.* Flamin. 8 fin. 9. Aemil. Paul. 8 fin. Romul. 27. *εἶτα σιγῇ προςτάττοντος ἠκροῶντο* (scil. *οἱ πατρίκιοι*), *καὶ τὸ προτέρους τὸ πεπραγμένον ἐκείνους πυθέσθαι τῶν πολλῶν πλέον ἔχοντες, ἀπηλάττοντο* [31]). ib. 28. — Denique etiam *ἐκεῖνος* pro *οὗτος* videtur accipiendum in Cimon. 11. *Κίμων δὲ βίαν οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων προςῆγε, χρήματα δὲ λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ βουλομένων στρατεύεσθαι καὶ ναῦς κενάς, ἐκείνους εἴα δελεαζομένους κ. τ. λ.* ibid. 14. 8. Num. 15 init. et fin. 19. c. fin. (p. 179. lin. 7 ab inf. Schaef.) 20. (p. 181 lin. 3 ab inf.) Public. 14. (p. 257. lin. 7 ab inf.) Artax. 26. (p. 190. lin. 14) passim. Quo eodem spectat Taylori praeceptum ad Lys. Tom. VI. p. 793 Reisk., *ἐκεῖνος* interdum ad propius referri, *οὗτος* ad remotius. Contra nonnunquam *οὗτος* invenitur, ubi *αὐτὸς* deside-

31) Exhibui locum mire turbatum a librariis, prout Schaeferus feliciter eum restituit, cujus lectionem nunc unice veram habeo. Recte quidem ad sensum jam antea interpretatus erat Cruserius: „neque ullâ re aliâ praelati vulgo, quam quod prio„res acta audientes discedebant.“ Sed male tunc exstabat *πρότερον*, et pro *ἐκείνους*, *ἐκείνου*, quod nihili puto.

rabas. Pericl. 36. τὰ μὲν οὖν δημόσια ταχέως ἔμελλε (Pericles) παύεσθαι, καθάπερ κέντρον εἰς τοῦτον (nimirum Periclem) ἅμα πληγῇ τὸν θυμὸν ἀφεικότων τῶν πολλῶν. Romul. 6 init. κληθῆναι δὲ καὶ τούτους — ἱστοροῦσι Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον. Similiter videtur ὅς occurrere in Homer. Odyss. η', 196.

Argumentum quod attinet, videntur omnino hoc supplicio apud Persas affecti fuisse, qui vel a rege defecerant, vel ei obtemperare detrectarant; conf. Ctesiae excerpt. Persic. §. 4. 10. 40. Plura habet Brissonius p. 573. coll. Dorvill. ad Charit. p. 582. Atque honestius habebatur hoc genus supplicii, ut manifesto patet ex Xenophont. Anab. II, 6, 29.

Caeterum facta est haec capitis et dextrae manus abscissio operâ Masabatis. vid. modo cap. 17. At vero Ctesias l. l. §. 58. regi ipsi hoc tribuit, et §. 59. Bagapati, sibi ipse igitur inconstans; nisi hoc potius Photio est dandum, qui tam pauca eaque maxime lacerata et maculata e tanto scriptore nobis servaverit. Xen. (Anab. I, 10, 1.) tantum hoc affert: ἐνταῦθα δὴ Κύρου ἀποτέμνεται ἡ κεφαλὴ καὶ χεὶρ ἡ δεξιά; ubi tenenda vis atque potestas, quae et h. l. et aliis multis (v. g. Plut. Pyrrh. 34. Artax. 14.) inest in verbo ἀποτέμνειν, de quâ nuperrime exposuit Gail in libro, qui inscribitur: le Philologue, Paris 1818. p. 55. 56.

μετὰ Φαλήνου] Cod. Palat. Φαλλύνου et paulo infra Φάϋλλον δὲ καί, τὸν κ. τ. λ.

## CAP. XIV.

*Καλῶς δὲ καὶ* (sc. ὁ βασιλεὺς) *Κτησίαν καὶ τοὺς ἄλλους ἐτίμησεν*] In omnibus codicibus atque editionibus usque ad Reiskium fuit ἐπετίμησε; qui quidem, cum malo sensu *increpandi, objurgandi* plerumque occurrere ἐπιτιμᾶν sibi observasse visus esset (conf. Plut. Flamin. 15 fin. de mulierr. virtt. p. 264. Tom. VIII Hutt., ne

plura); nostro in loco, in quo neutiquam hujusmodi sensus obtinere potest, praepositione ἐπὶ sublatâ, ἐτίμησε edidit, quod posteriores editiones deinceps occupavit. In universum recte a Reiskio observatum esse, negari nequit; recte an item emendatum, subdubitaverim equidem. Nam si quod vocabulum minus notâ significatione ac vulgari occurrit, multum, credo, abest, ut ad emendandum statim confugiamus, locumque e quovis sensu, quem quidem inesse velimus, refingamus, ut in verbi naturam ac vim inquiramus, indeque, quantum fieri potest optime, eam notionem, quae et apta sit toti sententiae neque abhorreat a verbi naturâ, eliciamus. Quae observatio cum egregie hunc in locum cadat, in quo insolentior significatus verbi ἐπιτιμᾶν et Reiskium et reliquos editores permovisse videtur, ut plane contra omnium vetustissimorum librorum fidem vulgatam lectionem immutaverint, periculum mihi faciundum duxi, annon lectio vulgata, omnibus, iisque antiquissimis codicibus, (v. g. nostro,) nixa, servari posset, neque tamen mala evaderet sententia.

*Τιμᾷν*, a quo unâ cum praepositione ἐπὶ nascitur ἐπιτιμᾷν, originem trahit a substantivo τιμὴ (i. e. *pretium, aestimatio*) ac proprie notat: *aliquid pretio dignum habere, alicujus aestimare*; deinde translate ad homines: *honorare aliquem.* Additâ praepositione ἐπὶ potestati simplicis verbi aliquid additur, eaque augetur, (vide modo Viger. de idiot. p. 628, b. nro. 4. Cattier. Gazophyl. p. 84. nro. 3.) ut sit: *majori aliquid pretio dignum existimare, pluris aestimare, aliquid addere pretio*: qui significatus praecipue valuit in iis rebus, quae venduntur, quorum pretium augetur; vernacule: *den Preis steigern*; (consul. Ruhnken. ad Timaei Lexic. Plat. p. 115). Quidni autem hanc propriam ac primariam notionem verbi ἐπιτιμᾷν ad homines quoque (ut in simplici τιμᾷν factum esse modo vidimus) translatam esse credamus, quâ idem verbum significet *insuper*,

*praeterea aliquem honorare?* Optime illa nostro loco convenit, neque ulla mihi causa superesse videtur, cur ad emendandum confugiam. Sic Herodot. VI, 39: Μιλτιάδης δὲ εἶχε κατ' οἴκους, τὸν ἀδελφεὸν Στησαγόρεα δηλαδὴ ἐπιτιμέων, ubi videatur Wesselingii nota, hunc usum illustrantis; Koenii conjecturâ, ἔτι τιμέων legentis, haud ineleganti quidem illâ, sed quae codicum auctoritate prorsus caret, non opus esse videtur [32]). Altera autem illa vulgaris significatio *animadvertendi in aliquem, objurgandi, exprobrandi*, inde, opinor, orta est, quod verbum τιμᾶν judiciali in causâ de judice adhibitum, qui quem poenâ dignum judicat, notionem *puniendi, animadvertendi* induit; quae in compositum ἐπιτιμᾶν transiens, in eo posthac potissimum invaluit, et paene unica est dominata. Conf. Hoogeveen. ad Viger. p. 245, a, qui, uti post vidi, ex parte occupavit, quae ego modo disputavi.

Quibus omnibus si quis forte minus persuadeatur, ut simul unà nobiscum in vulgatâ ἐπετίμησε persistat, adferat is leniorem saltem medicinam, quam quae Reiskii fuit, dico eandem, quam, uti supra vidimus, Herodoti loco Koenius adhibere voluerat, ut mutet ἐπετίμησε in ἔτι ἐτίμησε. Nam ἔτι et ἐπὶ quam facile in libris mscrr. confundi queant, iis, qui hujusmodi libros tractare didicerint, non est, quod operose monstrem. Cons. Jacobs. in Act. philoll. Monacc. I, 3. p. 289. — In clausulâ denique illud addam, in Isocrate (orat. in Evagor. cap. 19. p. 319 Lang.): οὐ γὰρ ἐξ ὧν ἑτέρων ἤκουεν οὔτε ἐκόλαζεν οὔτε ἐπετίμα τοῖς πολίταις, ubi Wolfius vertit:

32) Aliis locis eadem significatio a librariis est obliterata, eo, quod, praepositione ἐπὶ neglectâ, simplex scribebant τιμᾶν, ut in Demosthen. Leptin. p. 478, 12. Reisk.: οὐ τοίνυν ὑφ' ὑμῶν μόνον ὁ Κόνων τότ' ἐτιμήθη, ubi cod. Bavar. (Tom. II. p. 70 Reisk.): ἐπετιμήθη] ἐδοξάσθη. Eandem porro honestam vim retinuit adjectivum ἐπίτιμος; vid. Demosth. in Mid. p. 534. 545. 546, passim; add. Schleusner. spicileg. Lexic. in interprr. Gr. V. T. (Lips. 1786) II. p. 76.

„non enim cives aut puniebat aut *honorabat* ex aliorum „sermonibus." assentientibus Guarino et Findeisen. (in peculiari edit. Lips. 1772. cap. 8 et in indic. s. v.), mihi magis arridere vulgarem significationem *objurgandi, exprobrandi*, inprimis propter dativum τοῖς πολίταις, quem sine libris mutare non audeam. Quod vero Wolfius ille, vir Graecae linguae, si quis alius, peritissimus, non dubitavit, (ut ex ejus interpretatione manifesto apparet) quin inesset in hoc verbo potestas honesta, illud magno mihi videtur esse argumento, me supra haud vana disputasse; quae aliquando, si major accesserit lectionis copia atque ubertas, pluribus luculentioribusque exemplis a me confirmari posse, nequaquam diffido.

ἦν δέ τις ἐμμέλεια καὶ — δικαίωσις] C. S. G. ἐμ (sed ab aliâ man.) ἐπιμέλεια. Cod. Pal. ita exhibet: ἐπιμέλεια. Tu vide Wyttenbach. ad Plut. de S. N. V. p. 50.

δικαίωσις commode exponit Corajus per κόλασις; sic etiam in Plut. de S. N. V. p. 92 Wytt. δικαίωσις occurrit, ubi est *vindicta*. Plura de hâc significatione suppeditabunt interpretes ad Thucydid. VIII, 66. Confer etiam infra cap. 23. δικαιώτης, pro κριτής.

πρὸς Κῦρον φυγόντα] Cod. Pal. φεύγοντα.

διαπεῖραι τρισὶ βελόναις] Cod. Pal. inverso ordine: τρισὶ βελόναις διαπεῖραι.

Μιθριδάτῃ τε, τῷ βαλόντι πρώτῳ Κῦρον, ἐξέπεμψε δῶρα] Cod. Pal. pro τε dat δὲ, et pro βαλόντι μάλιστα, pro δῶρα δῶρον.

ὅτι τὸν ἐφίππειον Κύρου πῖλον εὑρὼν ἀνήνεγκας] Cod. Pal. post Κύρου inserit αὐτὸς, quod placet; idemque mox pro ἐγνύαν praebet ἐγνύην.

σοὶ ταῦτα δίδωσι βασιλεὺς] Cod. Pal. ὁ βασιλεύς.

καινόν τι πάθος] Cod. Pal. κοινόν τι π.

μὴ σι γ' εἶπεν, οὕτω τὸν Κᾶρα τοῦτον, ὦ βασιλεῦ τὸν ὄλεθρον ἀπαλλάξῃς] A Cod. Pal. abest γ'. Mox vulgo

erat ὀλέθριον pro ὄλεθρον, quod, probante Stephano, qui idem jam in suis codicibus inveuerat, atque Bryano, ex Juntinà et S. G. codice Reiskius convertit in ὄλεθρον; id quod optime nostro codice nunc comprobatum videmus. Usurpatum est abstractum, quod vocant, substantivum pro concreto, ut Latini, inprimis Comici, dicunt *crux*, *carcer* etc., nostrates *das Laster*, pro: *der Lasterhafte*; qui usus ut in multis aliis, ita potissimum in substantivis malae notae, et prae caeteris in vocabulo ὄλεθρος invaluit. Vide sis, praeter ea, quae Corajus ad Heliodor. Tom. II. p. 173 monuit, Stephanum in Thesaur. II. p. 1274. Reitzium ad Lucian. Vol. VI. p. 552 ed. Bip., et quem primo loco nominare debebam, Valckenaerium, qui in Observv. ad Ammon. I. cap. 10. p. 43. „*nullius frugis*" inquit, „*et inprimis* „*exteros* ὀλέθρους *dictitabant Attici.*" Egregie huc facit Callicratides Pythagoreus apud Stobaeum p. 591: ἀνάγκη γὰρ τοὺς πολλὰ ἔχοντας τετυφῶσθαι πρᾶτον, τετυφωμένως δὲ ἀλαζόνας γίνεσθαι· ἀλαζόνας δὲ γενομένως, ὑπερηφάνως ἦμεν· ὑπερηφάνως δὲ γενομένως, ὑβριστὰς ἦμεν· ὕβριος δὲ πάσας ἔσχατον καὶ πέρας ὄλεθρος; quem locum adhibuit Toup. ad Longin. de sublimit. 44. §. 7. p. 491 Weisk. — Denique cons. Ierem. XLVIII (al. XXXII), 8. 52. Similis vox est ὁ βάραθρος, de quo idem consulendus Valckenaerius l. l. add. Thom. Magist. p. 140 ed. Bernard. ibique interprr., indic. Demosthen. Reisk. p. 555. Parum diverse in Platonis Phaedro §. 57 ed. Heind. assentator dicitur θηρίον καὶ βλάβη μεγάλη; quem locum optime tractavit Boissonadius ad Philostrat. Heroica p. 521.

ἐκέλευσε τοὺς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν ἡ Παρυσάτις κ. τ. λ.] Infra cap. 17: ἐγχειρίσασα τοῖς ἐπὶ τῶν τιμωριῶν. Sunt vero hi *carnifices*, *tortores*; quae eadem notio *carnificandi*, *cruciandi*, *ad diuturnum cruciatum tradendi*, inest in verbo τιμωρεῖν apud Eustathium ad Odyss. XIX, 135. p. 687. lin. 7 seqq. Basil.; ubi de

voce δημιοῦργος disserit: ην δὲ οὐδὲ παρὰ τοῖς πάλαι δήμιος, ὁ αὐτὸς τοῖς ὕστερον· ἐκεῖνος μὲν γὰρ τῷ δήμῳ χρηστός· ὁ δὲ παρὰ τοῖς ἄρτι, τῇ τοῦ ζῆν μειώσει παρωνομάζεσθαι (corrig. παρονομάζεσθαι) δοκεῖ, ὡς οἷον ζήμιός τις ὢν διὰ τὸ *τιμωρεῖν*. Tu adhibe ad hunc locum, quae disputavit Wyttenbach. ad Plut. S. N. V. pag. 42, qui idem ad Select. histor. p. 452 et ad Plut. Mor. I, 2. p. 777 optime illustravit hunc usum verbi τιμωρεῖσθαι. Adde Bielium in Thesaur. philolog. III. p. 450.

ἕως *ἀποθάνοι*] Cod. Pal. cum S. G. ἀποθάνῃ; quâ de re alibi dicemus.

## CAP. XV.

κακῶς δ' ἀπώλετο καὶ *Μιθριδάτης* — ἐκ τῆς *αὐτοῦ ἀβελτερίας*] Cod. Pal. μητροδάτης, et sic semper infra. Idem continuo αὐτῆς ἀβελτηρίας; male; conf. Toup. emendatt. in Suid. I. p. 7. 8 Lips.

ὡς καλὴν μὲν ἐσθῆτα — ὦ Μιθριδάτα — καλὰ δὲ στρεπτὰ καὶ ψέλια] Cod. Pal. omittit ὦ et paulo post ita habet: κάλον (superscr. ἁ) δὲ στεμμα (superscr. ρεπτα) καὶ ψέλια. Caeterum videtur hic locus colorem duxisse ex Xenophonteo illo (Cyr. I, 4, 11): τὰ δ' ἐν τοῖς ὄρεσι καὶ λειμῶσι θηρία ὡς *μὲν καλά*, ὡς *δὲ* μεγάλα, ὡς *δὲ* λιπαρὰ ἐφαίνετο; conf. Sophocl. Electr. 87. 88.

ὦ *Σπαραμίξη*] Cod. Pal. cum S. G. ubivis habet σπαραμίζη; cui simile nomen *Σπαραμείζου* occurrit apud Athen. XII, 38. p. 528, e. (Tom. IV. p. 464 Schw.); prout optime nunc restituit Schweighaeuserus (vid. Annott. Tom. VI. p. 416) ex vulgato Παραμείζου.

*φθόνος μὲν οὐδείς*] Fluxit hoc iterum ex Platonis Phaedon. cap. 5. p. 23 Heind.: ἃ μέντοι τυγχάνω ἀκηκοὼς, *φθόνος οὐδεὶς* λέγειν, i. e. quae tamen audivi, *non recuso, quo minus dicam*; vide mihi Astium ad Plat. de legg. p. 66. ac Boissonadium ad Philostrat. Heroic. p. 504. coll. Biblioth. Critic. P. IV. p. 75.

τί λαμπρὸν, ὦ τὰν, ἢ μέγα] Cod. Palat. cum S. G. et hîc et in fine hujus capitis alteram praefert scripturam ὦ τᾶν, quae tamen improbatur Scholiastae Platonico ad Apolog. Socrat. p. 6 Ruhnk. p. 336. Tom. I Beckii, cui adde Maittair. de dialect. p. 118 et Bekkeri anecdd. I. pag. 197; quam rationem si tenere malis, in Phocion. cap. 16, ubi Schaeferi editio cum reliquis adhuc habet ὦ τᾶν, e cod. Palat. nro. 168 corrigendum est ὦ τάν. Locutionem ipsam illustravit Ruhnkenius ad Timaei Lex. Platon. p. 281, quem sequitur Boissonadius ad Philostrati Heroic. p. 587. Conferri quoque potest Heindorfii nota ad Platon. Gorg. p. 5.

πῖλον εὑρεῖν ἵππου περιῤῥυέντα] Cod. Pal. περιρυέντα.

## CAP. XVI.

ὥςπερ ἐλεγχόμενος] Cod. Pal. ἐξελεγχόμενος, quod summopere placet; est enim exquisitioris usus ἐξελέγχεσθαι: *imbecillitatis convinci, irritum deprehendi*; quâ de re monendi otium mihi fecit luculentissima disputatio Wyttenbachii ad Plut. Moral. Tom. I, 2. p. 866.

ἐκέλευσε γοῦν τὸν Μιθριδάτην ἀποθανεῖν σκαφευθέντα] Pro γοῦν alii οὖν, alii γάρ; noster οὖν. Nolo nunc longus esse, cum nuperrime diligentius de hâc causâ exposuerit Heldius ad Alex. cap. 48. in Act. philoll. Monacc. II, 2. p. 163 seqq., cui, si attineret, plura adjicere possem.

De ipsâ poenâ τοῦ σκαφευθῆναι praeter Ctesiam (v. Excerpt. Pers. §. 30), unde probabiliter profecit noster, videndi sunt Brisson. p. 583, atque Dorvill. ad Chariton. VI, 7. p. 549 Lips.

ἐφαρμόζειν ἀλλήλαις λαβόντες] Cod. Palat. καὶ λαβόντες.

καὶ μυιῶν προςκαθημένων πλῆθος πᾶν ἀποκρύπτεται τὸ πρόςωπον] Sic expressit Schaeferus; miras autem turbas in voce πλῆθος dederunt librarii, quorum alii scripseruut πλῆθος, alii (ut Palat. et S. G.) πλή-

*θους;* cui nullus est locus, nisi cum Sylburgio (ad Brissonium p. 584) *προςκαθημένων* mutaveris in *προςκαθημένου.* Quod si placet, *ἀποκρύπτεται* est accipiendum passivo sensu, ut paulo ante: *ὥστε τὸ ἄλλο σῶμα πᾶν ἀποκεκρύφθαι;* et in Pyrrh. 29 med.; quo simul vitatur ambiguites nonnulla, ex duplici accusativo orta. At alias saepissime *ἀποκρύπτεσθαι* activam habet significationem, adstructo accusativo vel simplici, vel unâ cum praepositione *πρὸς,* ut sit „*celare aliquem;*“ vid. Plut. Num. 14. Ages. 7. Pelopid. 30. Henr. Stephan. in Thes. Gr. Tom. II. p. 464. Lex. Polyb. p. 77. Attigit quoque Dorville ad Charit. p. 645 Lips. In Platone activâ notione saepius obvium est; v. g. in Protagor. p. 527. 579. 605 Heind. Ion. p. 535, a. b.

Est idem usus verbi cognati *ἐπικρύπτεσθαι,* de quo supra ad cap. 4. dictum est. Unum hic addo locum ex Platonis Protagor. p. 595 ed. Heind.

*ὅταν γὰρ ἤδη φανερῶς ᾖ*] Cod. Pal. *ὅτ' ἂν γ. ἤ. φανερός.*

## CAP. XVII.

*ὡς οὖν οὐδεμίαν* (Cod. Pal. *οὐδὲ μίαν*) *καθ' ἑαυτοῦ λαβὴν παρεδίδου*] i. e. cum nullam reginae *ansam praeberet.* Delectatus est noster hâc dictione, ut saepius eam frequentaverit. Agesil. 38. *ὁ δὲ μὴ προςδοκῶν οὐ δίδωσι τῷ παραλογιζομένῳ λαβὴν κ. τ. λ.* Cicer. 20. *τῷ δὲ Κικέρωνι λαβὴν οὐδεμίαν εἰς ἔλεγχον παρέδωκεν.* Aristid. 25 fin. *ἐπεὶ τὴν αὐτὴν λαβὴν παρέσχεν ὁ ἀνήρ.* Cat. maj. 15. (*ὁ Κάτων*) *ὅπου τινὰ λαβὴν παράσχοι τοῖς ἐχθροῖς, κρινόμενος διετέλει κ. τ. λ.* Demosthen. p. 1420, 9 Reisk. *ὅπως μήποτε τοῖς ἐπιβουλεύουσι λαβὴν δώσετε.* Nonnulla hanc in rem attulit quoque Astius ad Platon. Phaedr. pag. 251.

*μετὰ δὲ τὸν πόλεμον διαλυθεῖσα πρὸς αὐτὸν*] Corajus bene ad h. l. „*ἴσον τῷ διαλλαγεῖσα*“; quod idem annotavit ad Lysandr. 6. (Tom. III. p. 366.). Neque in-

frequens hoc verbum hoc sensu apud nostrum; vide modo Themistocl. 28. 29. Aristid. 20. Pericl. 29. Rom. 15. Demosthen. 23. Marcell. 23. Publicol. 19; quamquam nihilominus altero, διαλύεσθαι, i. e. *reconciliari cum aliquo*, saepissime est usus. Nolo locos congerere, quum omnes fere collegerit Wyttenbachius ad Plut. Moral. I. p. 491, ubi optime etiam de constructione exposuit. Cui adjungas, si placet, Lexic. Xenophont. I. p. 692. Lex. Polyb. p. 140. nro. 3.

καὶ ὅλως μικρότατον αὐτῷ τῇ Στατείρᾳ μετεδίδου] Cod. Pal. μικρότερον αὐτοῦ. De verbo ἀλύειν, quod mox occurrit, luculentissima exstat disputatio in Wyttenbachii Animadversionibus ad Plut. Moralia, Tom. I. p. 231, ut nulla fere materia disserendi relicta sit aliis. Nostro in loco, qui minime diligentiam viri doctissimi effugit, valet notio *animi otiantis*, *errabundi*, *quid agat*, *nescientis*, *taedium concipientis*, *otium fallere quaerentis*; quae et ipsa multis idoneis exemplis ibi firmata est.

σφοδρὰ δὲ γενομένη] Cod. Pal. δή.

καὶ πρὶν ἐν ὑποψίᾳ βασιλέα γενέσθαι] Cod. Pal. γενέσθαι βασιλέα, quemadmodum etiam Cod. S. G.

ὡς ἄνδρας καὶ εὐνούχους] Cod. Pal. εὐνούχους καί.

## CAP. XVIII.

καὶ τέκνων κοινωνὸν ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένων] Noster cod. cum S. G. ἐπὶ βασιλείας; perperam, ut vel unus Agesilai locus ostendit, cap. 1. ταύτης ἀφίησιν ὁ νόμος τῆς ἀνάγκης τοὺς ἐπὶ βασιλείᾳ τρεφομένους παῖδας. Add. ibid. cap. 52. Qui usus praepositionis ἐπὶ satis est frequens, quam quem multis illustrare opus sit.

Τισαφέρνης ἐξηπάτησε] Cod. Pal. Τισσαφέρνης.

Ἰάσασθαι δὲ καὶ τοῦτο] Cod. Pal. ἰᾶσθαι.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ ἄδηλον ὡς ἐπιτραγῳδεῖται τῇ Κλεάρχου μνήμῃ] Corajus, invitis omnibus libris manuscrr., qui tenaciter in vulgatâ conspirant, scribi

vult vel ἐπιτετραγῴδηται, vel ἐπιτραγῳδεῖ; cujus vero utriusque nullam idoneam causam perspicio. Nam prius si receptum velis, significantius profecto atque efficacius videri queat praesens, quod vulgata lectio suggerit. Alterum ἐπιτραγῳδεῖ ideo displicet, quoniam quod continuo subsequitur φησὶ, adversari videtur, quodque, si in praecedentibus ad ἐπιτραγῳδεῖ esset ὁ Κτησίας subaudiendum, repetere nihil fuisset opus; quo accedit, ut in universum minus bene haec active accipi possint, subaudito Ctesiâ, quam passive. Quae cum ita sint, manus abstineamus, et in vulgatâ acquiescamus, dum alii codices meliora attulerint.

De verbi ipsius notione, quâ primum significat: *tragice aliquid narrare*, deinde: *admirationem ciere* vel *ita aliquid narrare, ut in admirationem rem evadere velimus*, commode jam disseruit Budaeus (Commentt. Ling. Gr.) p. 1185, 25, coll. p. 1124, 17; add. Plut. Pericl. 28: Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος τούτοις ἐπιτραγῳδεῖ κ. τ. λ. Adhibe quoque Lex. Polyb. p. 200, ubi de ἐκτραγῳδεῖν. Simplex τραγῳδεῖν simili sensu usurpavit Plato in Cratyl. p. 414, c. p. 104 Heind., ubi vid. annott., etiam Longinus de sublimit. VII, 1. conf. ad h. l. Morum p. 258 Weisk.

ὥστε καὶ βασιλεῖ σφόδρα μεταμέλειν] Cod. Pal. μέλειν, iis, quae proxime antecedunt, ita obliteratis atque evanidis, ut legi prorsus nequeant.

## CAP. XIX.

αἰδουμένου βασιλέως] Cod. Pal. α. τοῦ βασιλέως.

ὀνομάζει Βελιτάραν] Cod. Pal. βελετάραν.

ἀποθνήσκουσα γοῦν ἡ γυνὴ] Cod. Pal. οὖν; de quo supra monuimus ad cap. XVI.

καὶ βασιλέως ἐξαιτοῦντος] Cod. Pal. τοῦ βασ. ἐξαιτ.

τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν] Cod. Pal. omisit οὖν; vid. supra ad cap. VI.

## CAP. XX.

*καὶ τοὺς αὐτῶν στρατηγοὺς ἀποβαλόντες*] Cod. Pal. *αὐτῶν.*

*ἐξελέγξαντες καὶ ἀποφήναντες τὰ Περσῶν καὶ βασιλέως πράγματα χρυσὸν ὄντα πολὺν καὶ τρυφὴν καὶ γυναῖκας, τὰ δ' ἄλλα τῦφον καὶ ἀλαζονείαν.*] Omnino hujusmodi nomina atque verba frequenter in Persas collata vides, inprimis a Plutarcho, qui adeo imitatorem nactus est Iulianum (Orat. I. p. 28, b.), cui adhibe Wyttenbachium in Bibl. Crit. T. X. p. 33. Unum locum subjiciam, eumque simillimum. Pyrrh. 19: *ταῦτα μέντοι κενὴν ἀλαζονείαν καὶ κόμπον ἀποδείκνυτε.* Lubenter autem *τῦφος* et *ἀλαζονεία*, et id genus alia Graeci conjungunt; quod multis allatis locis docuit Toup. ad Longin. de sublim. 44. §. 7. p. 491 Weisk.

De elegantiori potestate verbi *ἐξελέγχειν*, *quâ exprimit imbecillitatem vel pravitatem alicujus experiri suo ipsum incommodo: aliquid suo ipsum damno cognoscere, ex occulto in apertum proferre*, consule Wyttenbach. Animadverss. in Plut. Mor. Tom. I. p. 866; coll. p. 1054 et 1170, ubi de simplici *ἐλέγχειν* optime traditur.

*Ἀγησιλάῳ τὸν πόλεμον ἐπέτρεψαν*] Cod. Pal. *ἔτρεψαν.*

## CAP. XXI.

*ἐξέβαλε δὲ καὶ τῆς θαλάσσης*] Cod. Pal. et S. G. *θαλάττης.*

*ὁ δὲ Κτησίας αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ βασιλέα φησὶ προςθεῖναι τὴν λειτουργίαν αὐτῷ ταύτην*] *ἀφ' ἑαυτοῦ* legendum est cum Corajo ac Schaefero, quamvis repugnantibus vetustis libris, in quibus omnibus (ne nostro quidem excepto) legitur *ὑφ' ἑαυτοῦ*, quod tantopere abhorret ab hoc loco, ut vix aliquem fore existimem, qui ejus patrocinium suscipiat. Est enim usus admodum elegans praepositionis *ἀπὸ*, si *quis quid suapte, suâ*

*sponte, nullius rogatu monituve fecisse* dicitur. Cum Matthiae, qui commode hunc usum attigit in Grammat. Graec. p. 837, sunt conjungendi Marclandus ad Lysiam p. 890 Reisk. et Schaeferus in Meletem. Crit. I. p. 21, qui copiosius hâc de re exposuerunt. Apponam aliquot Plutarchi locos: Caj. Gracch. 2. Rom. 15. 27. Comp. Rom. et Thes. 1. Rom. 9. Thes. 35. Marcell. 24. Cat. maj. 5. Flamin. 21. Eadem praepositio mihi restituenda videtur Plutarcho in Comparat. Dion. c. Brut. 1: *Δίων — φίλους καὶ συνεργοὺς ἐπὶ τὴν πρᾶξιν αὐτὸς ἀφ' ἑαυτοῦ φαίνεται κτησάμενος.* Vulgo erat *αὐτὸς ἑαυτοῦ* (ut in nostro quoque codice nro. 168 exstat), pro quo Reiskius ex conjecturâ dederat *αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ;* Moses Dusoul *ἑαυτῷ.* Videamus simul aliam dicendi rationem, *ἐφ' ἑαυτοῦ*, haud semel quidem confusam cum eâ, de quâ modo diximus, sed tamen accurate ab eâdem distinguendam; usurpatur vero potissimum ad id denotandum, *quod quis facit per se et apud se, solus, aliis exclusis;* quemadmodum tradiderunt Perizonius ad Aelian. V.H. I, 34, alii, quos citat Matthiae Gramm. Gr. p. 856; quibus addas Marclandum l. l. atque, quod nostrum scriptorem attinet, Wyttenbach. ad Plut. Moral. p. 544. Tom. I.

*ὁ δ' Ἀνταλκίδας Σπαρτιάτης ἦν, Λέοντος υἱός.*] Cod. Pal. inverso ordine offert *Λέοντος ἦν.* — De Antalcidâ primarii veterum loci sunt (praeter hunc ipsum et quae sequuntur cap. 22.) Xenophontis in Histor. Gr. V, 1, 6 seqq. Diodor. Sic. XIV. p. 319. Plut. Agesil. cap. 23. Aelian. V. H. 14, 39. ubi consul. Scheffer. et Perizon.

## CAP. XXII.

*λαβὼν ἕνα τῶν ἀνθινῶν στεφάνων*] Cod. Pal. *ἀνθεινῶν.*

*ἦν δ', ὡς ἔοικεν, οὗτος ἐπιτήδειος ἐντρυφηθῆναι — ἐξορχησάμενος ἐν Πέρσαις τὸν Λεωνίδαν καὶ*

*τὸν Καλλικρατίδαν*] Cod. Pal. cum S. G. habet *ἐπιτήδειος οὗτος*, quod placet.— Atque primum h. l. nobis animadvertenda vis adjectivi *ἐπιτήδειος*, sequente infinitivo: *dignus aliquâ re, idoneus alicui vel honori vel poenae*; quam potestatem unâ cum reliquis ejusdem vocabuli copiose, uti assolet, persecutus est Wyttenbachius in Bibl. Crit. P. XII. pag. 31 seq.; haud immemor ille nostri loci, quem ita vertit: „*dignus, cui per luxu-„riem insultaretur.*“ [33]) Nec minus notandum illud, quod posuit noster infinitivum verbi, cum *ἐν* compositi; qui dicendi modus post hujusmodi adjectiva, qualia sunt *ἐπιτήδειος, ὀχυρὸς*, id genus alia, et Plutarcho et aliis scriptoribus frequentatur; in quo facile vim quandam propriam praepositionis *ἐν* agnoscas, quae usurpetur de re in loco, de quo sermo instituitur, peragendâ; id quod aliquot locis ad Herodotum annotavit Wesselingius, ad IX, 7. p. 649, coll. ad V, 23. p. 382, (ubi de *ἐνστρατοπεδεύεσθαι, ἐναγωνίζεσθαι* egit) et ad VII, 69. p. 538. Quibuscum confer sis, quae Heldius attulit ad Plut. Alexandr. cap. 54. in Actt. philoll. Monacc. II, 1. p. 87.

In proximis valde interpretes exercuit verbum *ἐξορχεῖσθαι*, quo nimirum sensu adhibitum sit a nostro; quae nunc omittam. [34]) Clavierii sententiam (quam Corajus quoque adscivit) proferam, quae mihi quidem verissima videtur esse. Ita enim ille: *χαίρειν ἐάσας τὸν Λεωνίδαν καὶ Καλλικρατίδαν* s. *καταφρονήσας τῆς διανοίας τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων καὶ ἀποβαλὼν τὰ φρονήματα*, i. e. „ajant „abjuré les principes de Leonidas et Callicratidas.“

---

33) *ἐντρυφᾷν τινι* est *insultare aliquem*, ut in Plut. Pelopid. 30. *Πελοπίδᾳ δὲ οὕτω μὲν οὐκ ἐνετρύφησε, δῶρα δὲ κ. τ. λ.* Agid. 9. *μὴ δι' ὀλίγους, ἐντρυφῶντας αὐτοῖς, περιϊδεῖν ἐῤῥιμμένον τὸ ἀξίωμα τῆς Σπάρτης.* Themistocl. 18. Alcibiad. 32. 36. Conf. Etymolog. Gudian. p. 590, 28.

34) Commode nonnulla monuit Moses Dusoul, qui *ἐξορχησάμενος* interpretatus est: „*illudens.*“

Recte profecit e loco primario Herodoti, VI, 130: Ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπωρχήσαό (alii ἐξωρχήσαο) γε μὴν (in Wesselingii editione mendose impressum est: ἀπωρχήσαο γε μὴν) τὸν γάμον; ad quem locum legenda, quae erudite jam monuerat summus Valckenaerius, pag. 499 Wess. Pluribus vero hoc verbum illustravit Iacobsius ad Frontonis epist. Gr. (in Wolfii Analectis, I. p. 112.) nec nostrum locum praetermittens, in quo inesset notio *prodendi et prae se ferendi*, idque cum quâdam inverecundiâ, quae velanda detegit, arcana vulgi oculis spectanda offert, *adeoque destituendi*. Locis, a Jacobsio hanc in rem congestis, addi potest Philostrat. V. Apoll. VI, 21. p. 159 Olear.: παύσασθε, εἶπεν, ἐ ξ ο ρ χ ο ύ μ ε ν ο ι τοὺς Σαλαμινίους καὶ πολλοὺς ἑτέρους κειμένους ἀγαθοὺς ἄνδρας; vertente Oleario: desinite — Salaminiis *insultare*.

ἐξέβαλε πρὸ α ὐ τ ο ῦ] Cod. Pal. αὐτοῦ.

ἔτι δὲ κλίνην καὶ στρώματα καὶ τοὺς στρωννύντας ἔπεμψε, καὶ φορεῖς τοὺς κ ο μ ί ζ ο ν τ α ς αὐτὸν ἄχρι θαλάσσης] Corajus, nullâ prorsus codicum, vulgatam tuentium, ratione habitâ, de suo scripsit τοὺς κομίσοντας, participio praesenti in futurum mutato;[35]) quod speciem nonnullam prae se fert, quippe solemni Graecorum consuetudine ita postulante, de quâ cons. Matthiae Gramm. Gr. §. 556, 7. p. 810; cui tamen praecepto multos inveniri locos adversantes, qui participium praesentis pro participio futuri exhibeant, apud eundem videre licet. Eadem causa haud dubie movit Schaeferum, ut in Longi Pastoralibus, p. 128: οὐ ταῦτα συνεξεθήκαμεν ἰδίῳ παιδὶ καὶ εἰς τούτους τοὺς ἀγροὺς κ ο μ ί ζ ο υ σ α ν Σωφροσύνην ἀπεστείλαμεν, vulgatae patrocinaretur contra eos, qui κομίσουσαν scribi vellent; adhibere praeterea poterat suam in rem disputantem Findeisen. ad Isocrat. in

35) Fugisse videtur Corajum, eâdem ex causâ antecedens στρωννύντας etiam in participium futuri mutandum fuisse; quod minime fecit.

Euagor. cap. IV. p. 9. Recte idem Schaeferus fecisse putandus est, quod in Plutarchi Alexandr. cap. 52: ὁ Παρμενίων ἀπέστειλε πρὸς Ἀλέξανδρον ἀγγέλους φ ρ ά ζ ο ν-τ α ς οἴχεσθαι τὸν χάρακα, vulgatam reliquerit, rejectâ Coraji emendatione φράσοντας, cui ne unus quidem codex opitulatur; quod optimo jure fecisse Corajum nollem, nuper pronuntiasset Heldius in Actt. philoll. Monacc. II, 1. p. 84, exemplaque cumulasset, quibus causam suam confirmaret, cum alia quoque in contrarium, eaque haud pauciora excitari possent exempla. vid. Agesil. 36: εὐθὺς οἱ πρῶτοι τῶν βασιλικῶν ἡγεμόνων ἐβάδιζον ἐπὶ ναῦν, θ ε ρ α π ε ύ ο ν τ ε ς αὐτόν; ubi perperam alii θεραπεύσοντες. ibid. 38: ἐκ τούτου καὶ ὁ Μενδήσιος ἔπεμπε π ε ι-ρ ῶ ν τὸν Ἀγησίλαον. Pericl. 30. γράφει ψήφισμα (scil. Pericles) κήρυκα πεμφθῆναι πρὸς αὐτοὺς καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους τὸν αὐτὸν, κ α τ η γ ο ρ ο ῦ ν τ α τῶν Μεγαρέων. Dion. 26. Τιμοκράτης ἐκπέμπει κατὰ τάχος ἄγγελον τῷ Διονυσίῳ, γράμματα κ ο μ ί ζ ο ν τ α. ibid. 31. Pyrrh. 13. οὕτω δὲ τοῦ δόγματος κυρίου γενομένου, πρέσβεις ἔπεμψαν, δῶρα τῷ Πύῤῥῳ κ ο μ ί ζ ο ν τ α ς καὶ λ έ γ ο ν τ α ς κ. τ. λ.

Quod vero rem ipsam attinet, constat, Persas molles propriam quandam lectorum eleganter et molliter sternendorum rationem primos invenisse; quam in rem ab iisdem adhibitos esse peculiares famulos, quos Graeci στρώτας vocabant; de quibus praeter Brisson. II. §. 143. p. 479. docta et copiosa exstat disputatio Valckenaerii ad Orat. de Philippo Maced. p. 272; qui idem vir l. l. pag. 269 seq. de Timagorâ plura, quae huc spectant, protulit.

ἄχρι θαλάσσης] Cod. Pal. μέχρι θ.

οὐ γὰρ ἐπὶ σ μ ι κ ρ ο ῖ ς οὕτω σοι] Cod. Pal. μικροῖς.

ἡ χάριτος ὑπόμνησις] Cod. Pal. ὑπόμνησιν.

## CAP. XXIII.

*οὐ γὰρ ἐνέμεινεν τῇ ὀργῇ*] Cod. Pal. *ἐν τῇ ὀργῇ*.

*αἰτίας δὲ μηδεμιᾶς ἐμποδὼν οὔσης ἔτι*] Cod. Pal. *μὴ δὲ μίας οὔσης ἐμποδὼν ἔτι*.

*δι' ἣν ὑπόψονται συνόντες ἀλλήλοις ἢ λυπήσουσιν*] Omnes codd. atque edd. *ἀλλήλοις*; quod ex conjecturâ Corajus mutavit in *ἀλλήλους*; parum recte, si quid video. Ac profecto subit mirari, qui factum sit, ut Corajum fugerit hoc breviloquentiae genus, quo unum nomen ad plura verba referatur; cujus usus ex uno Plutarcho magnam exemplorum copiam congessit Wyttenbachius ad Plat. Moral. I. p. 807 seq. Sic noster, in Pyrrh. cap. 17: *(ὁ Πύῤῥος) ἐπαγαγὼν τὴν Θεσσαλικὴν ἵππον αὐτοῖς ταρασσομένοις ἐτρέψατο πολλῷ φόνῳ*. Aristid. 3. *βέλτιον ἡγούμενος παρελθεῖν ἔνια τῶν συμφερόντων τῷ δήμῳ κ. τ. λ.* Reiskius, offendens, ut videtur, in vulgatâ, vel subaudiendum putabat *ἑαυτὸν* ad *παρελθεῖν*, vel cum Bryan. 3. corrigendum *τὸν δῆμον*; quorum neutro opus est, modo referas *τῷ δήμῳ* ad *παρελθεῖν* et ad *συμφερόντων*, cum extremo autem (cui proxime locatum est) solo convenire putes.

*Πέρσαις δὲ νόμον αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θεοῦ*] Coraji emendatio *αὐτὸν* (quam unice veram existimo) nostro codice firmatur.

## CAP. XXIV.

*Ἐμβαλὼν δ' εἰς χώραν — τῶν ἀπὸ σπόρου καὶ καρπῶν ἄγονον*] Abest *καὶ* a S. G. et Palatino codice, unde merito expunctum esse a Corajo arbitror; vid. notam ejusdem viri, quâ bene rationem reddidit. Sunt enim *καρποὶ* inprimis *fructus satorum, fruges*, quae distinguuntur ab *arborum fructibus*. Herodot. I, 17: *ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἁδρὸς*, et: *ὁ δὲ τὰ δένδρεα καὶ τὸν καρπὸν τὸν ἐν τῇ γῇ ὅκως διαφθείρειεν, ἀπαλλάσσετο ὀπίσω*. Philostrat. V. Apollon. *προσελθόντες οἱ Ἰνδοὶ τοῖς κάτω δένδρεσι καὶ τὸν καρπὸν ἀποθερίσαντες, ὅλως ποι-*

οὖνται κ. τ. λ. Vide quoque Sturzium in Lex. Xenoph. II, p. 657. Inde *συγκομιδὴ καρπῶν messis s. frugum in horrea collectio*, apud Diodor. Sic. I, 8. p. 12 Wessel. I, 15. pag. 19; ad quem utrumque locum consulas Wesselingium. Add. ibid. I, 74 init. p. 85: *τοὺς καιροὺς τοῦ τε σπόρου καὶ τοῦ θερισμοῦ καὶ τῆς ἄλλης τῶν καρπῶν συγκομιδῆς γινώσκουσι*, II, 36. p. 149. II, 47 init. p. 158 Wessel.

*ἀπίοις δὲ καὶ μήλοις*] Cod. Pal. *ἀππίοις*.

*ὄντων γὰρ δυοῖν ἐν τοῖς Καδουσίοις βασιλέων*] Cod. S. G. *δυεῖν*; de quâ formâ videndus Matthiae Gramm. Gr. §. 138. p. 164, ac praecipue, qui ibi citantur viri doctissimi; quam eandem formam, licet magis Atticam, saepius obliterarunt librarii, ut in Plut. Lycurg. 1. plerique codd. habent *δυοῖν*, sed melius *δυεῖν* unus offert S. G. Pericl. 6. 27. 37. in quibus omnibus veram lectionem *δυεῖν* unus alterve liber vetustus suggerit. Contra alii loci reperiuntur apud nostrum plurimi, in quibus sine ullâ varietate legitur *δυεῖν*: Agesil. 8. Aemil. Paul. 3 init. 18 fin. 22. Marcell. 29 fin. Pyrrh. 12 med. Cat. min. 73 init. Othon. 17 init. Syll. 37 init. Reg. et imper. Apophthegm. Tom. VIII. p. 96 Hutt. Consul. praeterea Wesseling. ad Diodor. Sic. I, 28. p. 33. Tom. I. et Bast. in Addendis ad Longin. p. 634 ed. Weisk. Quod non eo dictum velim, quasi ubivis hanc formam Plutarcho restituendam arbitrer, idque sine bonis codicibus (ut v. g. Num. 12 post init. 17 init.); quos quidem in talibus unice audiundos esse censeo; conf. Schweighaeuser. ad Polyb. Tom. VI. p. 361.

*εἰ σωφρονεῖ*] Cod. Pal. *σωφρονεῖς*; idem paulo post: *τῷ παιδὶ τῷ τοῦ Τηριβάζου*, ubi alterum *τῷ* vulgo omittitur.

*ἧκε δὲ καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ*] *καὶ* deest in cod. Pal.

*ἀλλὰ μοχθηρᾶς φύσεως καὶ ἀγεννοῦς*] *καὶ* abest a cod. Pal.

— ὥστε τοὺς ἄλλους πτεροῦσθαι καὶ συνεπικουφίζεσθαι] Palat. cod. ἐπικουφίζεσθαι; reliqui συνεπικ. et recte; assolet enim nonnunquam Plutarchus duo verba jungere, quorum uni tantum addit praepositionem, quae tamen et ipsa ad alterum subaudiatur. Exempla videantur in Lycurg. 15: ἅμα καὶ τῆς νύμφης ἐπιτεχνωμένης καὶ συνευπορούσης. — ibid. 24. ibid. 13: ἀλλ' ἀνάγκη ἁρμόζεσθαι καὶ συνεξομοιοῦσθαι τῇ μὲν οἰκίᾳ τὴν κλίνην, ubi Reiskii correctione συναρμόζεσθαι nihil est opus. Pyrrh. 22. ἧκον ἄνδρες, δεόμενοι Καρχηδονίους τε συνεκβαλεῖν καὶ τῶν τυράννων ἀπαλλάξαι τὴν νῆσον. Vid. Brunck. et Erfurdt. ad Sophocl. Antigon. vs. 533. — Aliis locis fluctuant libri, ut in Philopoem. 10. ὁ μὲν διαβῆναι καὶ φυγεῖν — βουλόμενος, ubi Vulc. cod. exhibet διαφυγῆναι; pessime; at ibid. 16: ἀλλὰ καὶ παριδεῖν τι καὶ παρακοῦσαι τῶν ἁμαρτανομένων, idem liber meliorem lectionem ἀκοῦσαι suggerit.

## CAP. XXV.

διὸ καὶ τῶν θηρίων τὰ ἀτιθάσσευτα καὶ δυσεξημέρωτα ψοφοδεῆ] Vulgo δυσεξημερώτατα, nostro quoque codice adstipulante. Alterum δυσεξημέρωτα, quod Moses Dusoul suasit, inde a Reiskio receperunt editores, formâ illâ superlativi (debebat enim proprie esse δυσεξημερωτότατα) offensi, quae tamen nihil habet offensae. Nam in quibusdam vocabulis factitatum reperimus, ut similium syllabarum una omitteretur, ne ingratus sonus aures offenderet; igitur δυσεξημερώτατα dixerunt pro δυσεξημερωτότατα. Quae res cum nuper admodum tractata sit a Wyttenbachio in animadverss. ad Plut. Moral. I. p. 454, non est, quod diutius hîc immoremur.

## CAP. XXVI.

ὁ δὲ νεώτερος Ὦχος] Cod. Pal. νεώτατος, atque paulo post pro σπουδαστὰς, σπουδαστούς.

ἤλπιζε δὲ μάλιστα κατεργάσεσθαι] Cod. Pal. κατεργάσασθαι; de quo egimus ad cap. II.

ἐκείνην γὰρ ἐθεράπευεν] Cod. Pal. ἐθεράπευσεν.

πέμπτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος] Cod. Pal. πεντηκοστὸν ἔτος.

ἄνπερ ᾖ δυνατὸν] Cod. Pàl. ἄνπερ ἠδύνατο.

τότε δὲ βασιλεῖ παλλακευομένη] Cod. Pal. τῷ βασ.

ἦν δὲ Φωκαῒς τὸ γένος] Male noster liber fert Φωκία; cum aliis locis (Aelian. V.H. XII, 1. Xenoph. Anab. I, 10. §. 2. Plut. Pericl. 24 fin. qui fere sunt primarii veterum loci de Aspasiâ) quoque dicatur Φωκαΐς.

οὐκ ἀηδῶς ἀνεδέχοντο] Cod. Pal. ἐνεδέχοντο, unâ cum S. G. codice, atque Aldinâ et Iuntinâ.

## CAP. XXVII.

οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αἰτηθεὶς ἐκείνην ἐλευθέραν ἔφησεν εἶναι] Placuit Corajo legere οὐ μὴν ἀλλὰ, sublato καί. Sed ego hic rursus meliores codices dispiciendos censeo, cum utrumque dicendi genus, οὐ μὴν ἀλλὰ et οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ, frequentissimum sit apud nostrum, neque unum ab altero differat, nisi quod οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ plus habeat gravitatis et efficacitatis. Eadem est ratio in Thes. 36: οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων ἑλὼν τὴν νῆσον, ubi Corajum expungentem καὶ jam Leopoldus p. 83 meliora docere poterat ac Vigerus de idiotism. p. 464. In Cat. maj. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς συγκλήτου ψηφισαμένης retineri velim καὶ, male a nonnullis ejectum; vide mihi Cimon. 4. Pericl. 8. 10. Cat. min. 57. Rom. 12. 28. Compar. Lyc. c. Rom. 4. Demetr. 3. passim. Vide Hoogeveen. de partic. p. 484 ed. Schütz. De οὐ μὴν ἀλλὰ confer, si tanti est, Astium ad Plat. Legg. p. 53. Quam in rem cum inciderim, simul attingam aliam cognatam locutionem οὐ μὴν — γὲ, sequente ἀλλὰ, *neque tamen, neque vero — sed.* vid. Plut. Num. 3 fin. Lycurg. 31 init. Solon. 15 init. 21 med. Cat. 54 med. Lexic. Xenoph. III. p. 149.

nro. 8. in quâ tamen particularum juncturâ hoc notandum, inter μὴν et γὲ semper interjectam esse vocem aliquam, auctore Porsono (Advers. p. 29 Lips.). Variat quoque noster hunc in modum: οὐ μὴν ἀλλὰ — γὲ, vocabulo aliquo interposito; vid. Caton. min. 59 in fin. Num. 4. 22. De quâ re in universum bene praecepit Hoogeveen. doctrin. particc. p. 482. 485 ed. Schütz.

ἀνέδειξεν] Ita Reiskius correxit. Nam vulgatae edd. omnesque codd. praestabant ἔδειξε; quod quidem parum aptum huic loco esse, facile credam Reiskio; quod vero substituendum est, mireris sane, eidem viro sagacissimo non in mentem venisse illud, quod hâc in re solemne est verbum nostro, ἀπέδειξε; ut enim non regem, occurrere etiam ἀναδεικνύναι hoc sensu (vid. Budaei Comment. Ling. Gr. pag. 961, 15. Plut. Public. 7. Mar. 8), multo tamen frequentius est ἀποδεικνύναι, quod singulis fere paginis invenitur; quâre h. l. malim sejungere judicium meum a Reiskio, atque legere ἀπέδειξε.

καὶ κεχλευάσθαι νομίζων] Cod. Pal. χλευάσθαι.

Ἄτοσσαν ἐνηγγύησεν] Cod. Pal. ἐνεγγύησεν.

οὐδεμίαν ἔφερεν ἐμμελῶς μεταβολήν] Cod. Pal. οὐδὲ μίαν ἔφερεν ὁμαλῶς μεταβολήν.

## CAP. XXVIII.

πῦρ οὖν ἐπὶ πῦρ ἐγένετο τῷ νεανίσκῳ προσκείμενος ὁ Τηρίβαζος ἀεί] Proverbialis locutio, de quâ post Erasmum (Adag. I, 2, 8. pag. meâ 61) monuerunt Boekhius ad Platon. Min. p. 145. Astius ad Platon. Legg. p. 121. et Wyttenbachius ad Plut. Moral. p. 481.

ὡς οὐδὲν ὀνίνησιν ἡ κίταρις ἑστῶσα περὶ τῇ κεφαλῇ τοὺς ὑπ' αὐτὸν, μὴ ζητοῦντος ὀρθοῦσθαι αὐτοῖς τὰ πράγματα] Mire turbatum est hoc in loco; quod nimia scripturae varietas (cui adjicio nostri codicis lectionem: τοὺς ὑπ' αὐτῶν μὴ ζητοῦντας ὀρθοῦσθαι τοῖς πράγμασιν) satis arguit. Equidem exhibui locum, qualem Reiskius, tum codi-

ces, tum ingenium secutus, refinxerat, cui nunc adstipulatus est Schaeferus, hoc, credo, sensu: „citarim, „erectam in capite, nil juvare eos, qui sub ipso essent „(i. e. ipsius subditos, potestati suae subjectos), nisi ipse „illorum res erigere studeret."[36]) Vid. Reisk. Vol. V. p. 721. Est igitur haec sententia non in universum s. generaliter dicta accipienda, sed quae peculiariter ad Darium pertineat; id quod propter sequens *κἀκεῖνον* minus aptum arbitror. Deinde, si quid video, Teribazus Darium regem incitare debebat minus iis commodis, quae ab ipsius regno ad subditos redundarent, quam iis potius, quae a regno (s. a citari impositâ) ipse perciperet; cui sententiae item refragatur lectio, ut a Reiskio est reficta. Accedit, quod eadem ambiguitatem quandam nobis parit, ob duplex pronomen *αὐτὸς*, modo de Dario, modo de ipsius subditis accipiendum, praesertim cum alterum *αὐτοῖς* ab omnibus codicibus absit; quo si opus esset pronomine, mutandum erat, meo quidem judicio, in *αὐτοῦ*, vel pressius ad sententiam propositam in *ἐκείνοις* s. *τούτοις*.

---

36) Insolitus cui videri possit genitivus absolutus *ζητοῦντος*, post accusativum *αὐτὸν* illatus. Sed proba est constructio, neque quidquam hanc ob causam innovandum. Consulatur Jacobsius in Actt. philoll. Monacc. II, 3. pag. 446, qui optime ibi alium hujusmodi locum Plutarchi (Thes. cap. 12) vindicat, cui similes aliquot juvat addere. Cimon. 9.: *φησὶν ὁ Ἴων, τῶν σπονδῶν γενομένων, παρακληθέντος ᾆσαι, καὶ ᾄσαντος οὐκ ἀηδῶς ἐπαινεῖν τοὺς παρόντας.* Agesil. 2: *ἀλλὰ καὶ (ὁ Ἀγησίλαος) τὴν φιλοτιμίαν ἐνδηλοτέραν ἐποίει, πρὸς μηδένα πόνον ἀπαγορεύοντος αὐτοῦ.* Romul. 27: (*ὁ Ῥωμύλος*) *εἰς ὑποψίαν — ἐνέπεσε, παραλόγως ἀφανισθέντος αὐτοῦ μετ᾽ ὀλίγον χρόνον.* Num. 2: *τοῖς Σαβίνοις ἦν τις εὐγνώμων λόγος — αὖθις ἀξιούντων τὸν ἄρχοντα γενέσθαι παρ᾽ αὐτῶν.* Inde explicandus locus difficilior Flamin. 8, qui admodum vexavit interpretes: *ὁ Φίλιππος, ὅλην ἐπερείσας τὴν φάλαγγα τοῖς Ῥωμαίοις, τὸ βάρος — οὐχ ὑπομεινάντων;* ut ad *Ῥωμαίοις* pertineat *ὑπομεινάντων*, constructione subito mutata. Proxime huc accedit alius genitivi absoluti usus, de quo Schaeferus ad Apollon. Rhod. II, 170 (ubi est: *ὅτι νεμούσης ἐμίγη*, cum exspectaveris *ὅτι νεμούσῃ ἐμίγη*) et Heindorfius ad Plat. Phaedr. p. 229. 267; add. Plut. Pericl. 38. Cimon. 4 fin. Rom. 9 med. Public. 10. Flamin. 15 med.

Quibus expositis, satis docuisse videor, Reiskii, quae nunc fertur, lectionem non amplius retineri posse. Praeferenda certe erat Coraji lectio: τοὺς ὑφ' αὐτῶν μὴ ζητοῦντας ὀρθοῦσθαι τοῖς πράγμασιν, nisi quod magis placeret ὑπ' αὐτῆς pro ὑφ' αὐτῶν, ut talis fere enasceretur sensus: „nihil prodesse citarim iis, qui sub eâ (scil. ci- „tari) essent, nisi ipsi suas res erigere studerent.“ Haud male videtur hunc locum vertisse Dacier. p. 265: „que „ce n'étoit pas un avantage bien considerable que de le „porter la pointe de son bonnet droite et relevée, quand „on ne savoit pas chercher les moyens de relever aussi „ses affaires.“ neque minus bene Cruserius (qui hanc sequitur lectionem: τοὺς ὑφ' αὐτῶν μὴ ζητοῦντας ὀρθοῦσθαι τοῖς πράγμασιν): *„nihil erectam in capite citarim prod- „esse his, quos illa cooperit, si erigere non quaerant „ipsi res suas.“*

De citari ipsâ, quantum valuerit apud Persas, qualecunque insigne fuerit regiae Persarum potestatis, ut nemini alii, nisi regi soli eam *rectam* ferre licuerit, multa habet Brissonius I. pag. 13. 14. 55 seqq. et Biel. Thesaur. philolog. II. p. 199. add. Suid. Tom. III. p. 464 Kust. Nunc vero doctissime hanc rem tractavit Hoeck. Monument. veter. Pers. et Med. p. 43.

κἀκεῖνον ἀβέλτερα φρονεῖν, εἰ, τοῦ μὲν] Cod. Pal. in textu habet πονεῖν, in margine φρονεῖν; idemque omittit εἰ.

ἐκείνῳ δ' ἀποδεδειγμένῳ — ἀνάγκην] Cod. Pal., neglecto δ', mox dat ἀνάγκη.

## CAP. XXIX.

μηδενὸς ἐλέγχου γενομένου] Cod. Pal. γινομένου.

τὸν δὲ Δαρεῖον, ὡς κατελαμβάνετο τοῖς ἐλέγχοις] Cod. Pal. ὡς κατέλαβεν ἐπὶ τοῖς ἐλ.

εἶτ' εἰς τὴν αὐλὴν προελθόντα] Cod. Pal. εἶτα ε. τ. α. προςελθόντα.

αὐτοῦ καὶ καταγαγὼν] Deest καὶ in cod. Pal.

## CAP. XXX.

τὸν ὑπόλοιπον, Ἀριάσπην] Cod. Pal. cum S. G. ἀρίασπον.

δολ
καὶ δολερὸς ὢν ὁμοῦ] Cod. Pal. φανερός.

οἱ δὲ ταῦτα καθ' ἡμέραν ἐκφέρειν δοκοῦντες ὡς ἀπόῤῥητα] ἐκφέρειν eleganter h. l. usurpatum est de *arcanis divulgandis s. prodendis*. Sic Herodot. III, 71. ἐξοίσει γάρ τις πρὸς τὸν μάγον. ibid. cap. 74. Plut. Themistocl. 23: πρὸς οὐδένα τοὺς λόγους ἐξήνεγκεν. Pyrrh. 5: ὁ Νεοπτόλεμος οὐ κατεῖχεν, ἀλλ' ὑπὸ χαρᾶς ἐξέφερε πρὸς τοὺς φίλους. Marcell. 20. Pericl. 13. 36. Diodor. Sic. I, 27. p. 32. Tom. I. Wess.: διὰ τὸ ἱερεῖς — μὴ βούλεσθαι τἀληθὲς ἐκφέρειν εἰς τοὺς πολλούς. Consulas Budaei Comment. Ling. Gr. p. 45, 26. Viger. p. 602, b. nro. 7. Unde Latini *efferre*. Cicer. de orat. I, 24. Philipp. X, 3. Terent. Adelph. IV, 4, 17: quod minime est opus usquam *efferri*. Age mitto, fieri potis est, ut ne quâ *exeat*; ubi Ruhnkenius p. 60. Tom. II. de verbo *exire* utiliter monuit. Add. Phorm. V, 7, 65. Eandem vim habet simile verbum ἐξαγορεύειν, quod solemne in *prodendis arcanis, quorum confessio vel dolore corporis, vel vi conscientiae extorquetur*. Plut. Public. 17: ἔφη δὲ (ὁ Μούκιος) χάριτι μηνύειν, ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσε. Ind. Graecit. Lys. p. 832 Reisk.; quibus adjice, qui penitus hanc in rem descenderunt, Perizon. ad Aeliani V. H. XII, 15. Wyttenbach. ad Plut. Mor. Tom. I. p. 450. — Etiam huc referendum ἐξαγγέλλειν: Dion. 35. et de mulierr. virtt. Tom. VIII. pag. 27, atque ἐξειπεῖν: Dion. 54, Sophocl. Electr. 521. quo-

cum compares Homericum ἐξονομῆναι Odyss. ζ, 66. et illud ἐξερῶ apud Sophocl. Electr. 578.

ζητεῖν ἐξαδυνατῶν διὰ τὸ γῆρας] τὸ deest in Cod. Pal. et S. G.

βασιλεύσας δὲ δύο καὶ ἑξήκοντα] Dissentit a nostro Diodorus Siculus, XIII, 108 et XV, 93, qui XLIII tantum annos regnandi Artaxerxi tribuit. Quo tamen Plutarchi fides minime infringitur, ut qui gravem auctorem secutus sit, Dinonem, scriptorem rerum Persicarum aeque ac Ctesias, peritissimum, quod colligitur ex Lucian. Macrob. §. 15. Tom. VIII. p. 122 Bip.

In Syncelli Chronograph. p. 255. XL anni ei tribuuntur.

## *Conjecturae ac vindiciae in Plutarchi Pyrrhum.*

Cap. III. ὁ δ' ἦν ἐπὶ γνώμης, Κάσσανδρον δεδοικὼς, ἐχθρὸν ὄντα τοῦ Αἰακίδου, καὶ σιωπὴν εἶχε] Nemo erit, quin intelligat, corruptum esse hunc locum, quamquam ipse sensus satis perspicuus videtur esse; vid. Coraj. ad h. l. Codices (ne noster quidem egregius nro. 283) nihil auxilii afferunt; unde verisimile mihi fit, excidisse unam voculam e textu, vel διττῆς, vel δίχα, ut integer fuerit locus: ὁ δ' ἦν ἐπὶ διττῆς γνώμης, vel: ὁ δὲ δίχα ἦν γνώμης, ut in illo Theognid. 91. ὃς δὲ μιῇ γλώσσῃ δίχ' ἔχει νόον; ubi consulas Schaeferum (Gnomic. poet. Gr. Lips. 1817) p. 9. 559. Vide etiam Sophocl. Electr. 547: δοκῶ μὲν, εἰ καὶ σῆς δίχα γνώμης λέγω. Locutio autem εἶναι ἐπὶ γνώμης nihil habebit incommodi, si contuleris cum Demosth. in Mid. p. 583 R. p. 108 Spald. τηρήσατε τὴν γνώμην ταύτην, ἐφ' ἧς νῦν ἐστέ. Philipp. I. p. 42, 4. 5 R.: καὶ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς τοιαύτης ἐθελήσετε γενέσθαι γνώμης. Hunc in modum Polybius aliquoties dixit ὑπάρχειν ἐπὶ γνώμης τινὸς, *in aliquâ sententiâ esse*; vid. Lexic. Polyb. p. 239. Similis est usus praepositionis ἐπὶ cum genitivo in illo: ἐπὶ ξένης εἶναι, *in peregrinatione esse*, de quo Fischer. ad Weller. III, b. p. 231. Noster in Pyrrh. 12: Λυσίμαχος ἐπ' ἀδείας γενόμενος — ὥρμησεν; ubi videndus Wyttenbachius in Biblioth. Crit. X. pag. 7. Hinc apud nostrum in Nic. 18: (ὁ Νικίας) ἦν δ' ἐλπίδος μεγάλης, ubi Stephanus malebat ἦν δὲ δι' ἐλπίδος μ. procul dubio reponendum: ἦν δ' ἐπὶ ἐλπίδος μεγάλης. Vid. Solon. 41: ὅθεν ἐπ' ἐλπίδος ἑκατέρων μεγάλης γενομένων, οἱ προϊστάμενοι προσέκειντο τῷ Σόλωνι. Timol. 11:

ὁρῶντας — Τιμολέοντα — τῇ Σικελίᾳ προςηρτημένον, ἐπ' ἐλπίδος ἀσθενοῦς καὶ βραχείας δυνάμεως, quemadmodum praeter reliquos codices exhibet Monacensis liber, (vid. Act. philoll. Monacenss. Tom. II. fasc. 2. pag. 196), idem damnans infelicem Reiskii conjecturam ἀπ' ἐλπίδος.]

Cap. IV. πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἠγωνίσαντο] Merito suspecta est Corajo vocula γῆς (quam tamen omnes libri manu exarati agnoscunt); in cujus locum substitutum vult διαδοχῆς. Mihi potius in mentem venerat: πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς οἰκουμένης ἠγωνίσαντο. Credibile enim est, librarium aliquem, qui elegantiam vocis οἰκουμένη minus teneret, pro eo breviorem voculam γῆ, cujus eandem esse potestatem fortasse opinaretur, textui intulisse. Hanc vero elegantiam, quam inesse modo dixi in voce οἰκουμένη, demonstrare mihi liceat ex iis, quae Schaeferus egregie posuit ad Lamberti Bosii ellips. Gr. p. 79: „In οἰκουμένη interdum plura subaudienda „sunt, tum scilicet, quum hâc voce non universus ter„rarum orbis designatur, sed aliqua duntaxat regio, „quae qualis sit, ex orationis serie constituenda est. „Nempe tum nomen illius gentis, cujus ea est regio, „subaudiendum. Ita apud Aristoph. Scholiasten ad „Equit. 725. ἡ οἰκουμένη haud dubie est ἡ τῶν Ἑλλήνων „οἰκουμένη vel ἡ ὑπὸ τοὺς Ἕλληνας οἰκουμένη etc."

Cap. V. καί τινος ὑποψίας ἅμα προςγενομένης, τὸν Νεοπτόλεμον φθάσας ἀνελεῖν] Pro φθάσας, quod in nostro libro etiam exstat, alii φθάσαι; unde Corajus suspicatur φθάσαντ'. Equidem, si quid mutandum est, malim rescribi: φθάσαι ἂν ἀνελεῖν sc. αὐτὸν (i. e. Πύῤῥον), i. e. *„et cum simul suspicio quaedam accederet, fore, ut Neoptolemus ipsum antea interficeret."* Infinitivus, qui sequitur τὸ φθάσαι, cum plerumque apud Atticos participium invenias, apud nostrum crebro reperitur. Marcell. 4: ὅπως — μηδὲν ὡς ὕπατοι φθά-

σωσι πρᾶξαι πρὸς τοὺς πολεμίους. Aemil. Paul. 8: ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν οὐκ ἔφθη ταῦτα κινῆσαι καὶ προαγαγεῖν εἰς ἔργον. Vid. Matthiae Gramm. Gr. p. 802. not. 2. Plura exempla beatâ manu congessit Wyttenbachius in Biblioth. Crit. X. p. 22.

Cap. VIII. μόνου δὲ Πύῤῥου τοῖς ὅπλοις καὶ ταῖς χερσὶν ἐπιδεικνυμένου τὸν Ἀλέξανδρον] Duriuscula videbatur omissio particulae ἐν ante τοῖς ὅπλοις, e praecedentibus ἐν πορφύραις etc. hîc subaudiendae, ut paene eam inserendam esse existimarem, licet codices omnes refragarentur. Sed nunc dubitationis nonnihil attulerunt alii nostri scriptoris loci: infra cap. 15. ὡς δυνάμεις — ὑπάρξουσι — εἰς δισμυρίους ἱππεῖς· πεζῶν δ' ὁμοῦ πέντε καὶ τριάκοντα μυριάδας, quemadmodum Corajus ex Ald. Iunt. Crat. et codice S. G. rescripsit, ut e praegresso εἰς penderet; noster codex cum vulgatis male habet μυριάδες. cap. 22. (ὁ Πύῤῥος) εἰς ἐλπίδας αὖ πάλιν κενὰς ἐνέπεσε καὶ πράγματα. Demosth. in Midiam init.: οὐδ' ἀπέβλεψεν εἰς τὰς οὐσίας τὰς τούτων, οὐδὲ τὰς ὑποσχέσεις. Eodem pacto Latini: Cic. Academ. IV, 20. §. 66. p. 124 Goerenz. „meas cogitationes dirigo — *ad Helicen* et clarissimos Septemtriones, i. e. *rationes* has, „latiore specie, non ad tenue limatas;" ubi nollem, editor doctissimus, Goerenzius, de suo inseruisset *ad* ante: *rationes.* Confer, sis, eundem ad Cic. Academ. IV, 35 init. p. 202. ubi statuit, omitti praepositiones repeti, si *et* explicativa ponatur.

Cap. XI. ἐγνώσθη τῷ τε λόφῳ διαπρέποντι καὶ τοῖς τραγικοῖς κέρασιν] i. e. *agnitus fuit ab eximiâ cristâ et a cornibus hircinis.* Codex S. G. pro τραγικοῖς habet στρατηγίοις, et in margine στρατηγικοῖς, quod in textum recepit Corajus; noster codex in textu habet στρατηγικοῖς; quam tamen S. G. indeque Palatini libri lectionem merito damnavit Schaeferus, cum apertum sit Glossema librarii. Ut enim crista eximia ducum at-

que imperatorum insigne fuit; [37]) ita quoque Macedonum reges duo cornua hircina in galeis pro insigni gestabant; quod praeter alia veterum testimonia luculenter docent nummi apud Eckhel. Doctrin. numm. Vol. II. p. 124, ubi hunc ipsum locum respexit vir doctissimus. Pertinet autem haec res ad Panis cultum atque religiones, quae illis in terris admodum floruere; unde factum, ut Macedonum reges, (quibus Epiri reges adjungas) praeter Ammonis cornua, quae multis in nummis adhuc conspiciuntur, haec quoque insignia *cornuum hircinorum* adjicerent galeis. Qui enim deus (sc. Pan) in coelestium exercitu plurimum valebat, hic idem in mortalium exercitibus is erat, a quo omnia pendebant, quique omnia consilia et temperabat et moderabatur. Vide Creuzerum in Symbol. Tom. III. p. 282. — De Pyrrhi ornatu infra occurrit locus, cap. 16: *αὐτόθεν περίοπτος ὢν ὅπλων κάλλει καὶ λαμπρότητι κεκοσμημένων περιττῶς κ. τ. λ.*

Caeterum illud *τραγικοῖς* vereor, ut sanum sit. Quo enim sensu hic accipiendum est, dubito, an uspiam occurrat; nec a Stephano ullum est prolatum exemplum in Thes. Graec. III. pag. 1551. 1552. Scribendum igitur *τραγείοις*, (vid. Stephan. l. l. p. 1354) quod omnem difficultatem tollit. *)

Quod sequentia attinet: *ὥστε τοὺς Μακεδόνας σύνθημα προστρέχοντας αἰτεῖν*, nolo Xylandri ac Reiskii repetere sententias de hoc loco, quem facillime ita mihi videor capere: „*quo factum, ut Macedones accurrentes ab ipso peterent tesseram,*" eo nimirum consilio, ut pro Pyrrhi amicis ac militibus haberentur, atque

37) vide Lipsium de re milit. Roman. p. 124, ubi hunc ipsum locum laudatum reperies. Add. Plut. Alexandr. cap. 16: *ἦν δὲ τῇ πέλτῃ καὶ τοῦ κράνους τῇ χαίτῃ διαπρεπὴς, ἧς ἑκατέρωθεν εἱστήκει πτερὸν λευκότητι καὶ μεγέθει θαυμαστόν.*

[*) Cave mutes *τραγικοῖς*. De raro hoc usu adiectivi *τραγικὸς* aliquoties dixi. *G. H. S.*]

Pyrrhus pro ipsorum duce et imperatore. De voce *σύνθημα* multa laudarunt Leisnerus et Zeunius ad Lamberti Bosii Antiquitt. Gr. III. 5. §. 3. p. 183.

Cap. XVII. *Κράτιστοι δ' ἦσαν οὗτοι καὶ τῶν φίλων καὶ στρατηγῶν, οἷς ὁ Πύῤῥος μάλιστα χρώμενος διετέλει καὶ πιστεύων ἀπέβαλεν.*] Merito „*δυςδιάκριτον*" hunc locum censet Corajus, quamquam de sensu nulla est difficultas. Unde varia h. in l. tentarunt viri docti; quae omnia tamen aliena videntur. Ego codicis Palatini ope sic locum restituerim: *Κράτιστοι δὲ ἦσαν οὗτοι, καὶ τῶν φίλων ὁ Πύῤῥος καὶ τῶν στρατηγῶν, οἷς μάλιστα χρώμενος διετέλει καὶ πιστεύων, ἀπέβαλεν.* [38])

Cap. XXI. *τὸ δὲ πλεῖστον ἀλκῇ καὶ βίᾳ τῶν ἐλεφάντων κατειργάσατο*] *κατειργάσατο* de suo dedit Reiskius, quem secuti sunt Corajus ac Schaeferus, ad Pyrrhum referentes, ut videtur. Vulgata enim ferebat *κατειργάσαντο.* Equidem Plutarchum scripsisse puto *κατείργαστο* „*peractum est.*" Nam perfectum et plusquamperfectum hujus verbi plerumque *passivo* sensu usurpatur, aoristus *activo*, ut docuit Taylorus ad Lys. p. 874 Reisk.

Cap. XXXII. *καὶ νομίζων, ὡς ἀμφοτέρων ὑπαρχουσῶν, ἀπολλύναι θατέραν*] Perperam Reiskius, ut de aliis taceam, quae idem in h. l. insaniit, addi voluit *ἀνάγκη* post *θατέραν*, codicibus omnibus cum Palatino refragantibus. Iungendum est enim illud *ὡς* cum genitivis absolutis, qui subsequuntur, et verbum *νομίζειν* eodem sensu accipiendum, quo frequentissime *οἶμαι*, omisso s. subaudito, ut vulgo tradunt, verbo *δεῖν*. Sic v. g. noster in Philopoem. 4: *τὰς περὶ Ἀλέξανδρον ἱστορίας κατεῖχε τοὺς λόγους ἐπὶ τὰ πράγματα καταστρέφειν οἰόμενος.* [39]) Consulatur hoc de usu Lambertus Bosius,

---

38) In iis, quae proxime antecedunt, Codex Palatinus verba *Ἱερώνυμος δὲ — μυρίους καὶ τρισχιλίους* omittit.

39) Contra addidit *δεῖν* supra cap. 8: *κακολόγον — ἄνθρωπον οἰομένων δεῖν μεταστῆσαι τὸν Πύῤῥον.* cap. 21: *τῶν Ῥω-*

ellips. Gr. p. 596 Schaef., cui adde Buttmann. ad Demosthen. orat. in Midiam p. 58 Spalding. Heindorf. ad Platon. Protagor. p. 595 et inprimis doctum censorem in Ephemerid. Ienens. 1816. nro. 231 seqq. ad Plat. Alcibiad. I. cap. 22 Ast. §. 46 ed. Buttm.

Cap. XXIV. ὁ Πύῤῥος ἐπέστρεψε βίᾳ μετὰ τῶν ὑπασπιστῶν, καὶ — ὠσάμενος δι' αὐτῶν, καὶ φθάσας κ. τ. λ.] Cruserius hunc locum ita convertit: „*Pyrrhus, invitis suis, vertit se cum stipatoribus in eum*", et mox δι' αὐτῶν expressit: „*per medios*". Sed, si quid video, hi αὐτοὶ nulli alii esse possunt, nisi ipsi illi ὑπασπισταί; nihil enim praecedit, ad quod commode referatur αὐτοί; si vero *per hos ipsas* irruit in hostem, non poterat *unâ cum illis* irruere in hostem. Scribendum igitur: ὁ Πύῤῥος ἐπέστρεψε βίᾳ τῶν ὑπασπιστῶν καὶ etc. omisso μετά; i. e. *Pyrrhus, invitis stipatoribus, se convertit in eum.* Similiter apud Sophocl. Antig. 79. βίᾳ πολιτῶν, *invitis civibus*; ubi conf. Brunckium. Add. ibid. vs. 907. Plura suppeditabunt Vigerus ejusque editores, p. 84 et 723 ed. Herm., Marclandus ad Lysiam p. 301 Reisk.

Cap. XXVII. ἡ δὲ Χελιδονὶς ἐκποδὼν οὖσα καθ' ἑαυτὴν, βρόχον εἶχεν ἐνημμένον, ὅπως ἐπὶ τῷ Κλεωνύμῳ μὴ γένοιτο, τῆς πόλεως ἁλούσης.] Nodum in scirpo quaerit h. l. Reiskius, cum talem esse sensum appareat: *habebat laqueum alligatum Chelidonis*, i. e. *laqueum alligaverat alicui rei, quem collo injiceret, si urbs esset capta*, sive: *laqueum circa collum alligaverat, cujus ope se suspenderet, si urbs capta esset*, minime enim se reapse suspendisse Chelidonidem, satis ex iis, quae in fine capitis XXVIII narrantur, colligi posse videtur.

Cap. XXVII. ἧκον αὐτοῖς τῶν παρθένων καὶ γυναικῶν, αἱ μὲν ἐν ἱματίοις, καταζωσάμεναι τοὺς χιτωνίσκους, αἱ δὲ

---

μαίων — οἰομένων δεῖν ἐξίστασθαι μηδ' ὑπομένειν κ. τ. λ. Flamin. 3.

*μονοχίτωνες, συνεργασόμενοι τοῖς πρεσβυτέροις*] Multum hic locus, quem exhibui, ut in Schaeferi editione est expressus, interpretes atque editores Plutarchi exercuit. Nam lectio vetustissimorum codicum (nostri etiam) et editionum fert: *αἱ μὲν ἱματίοις*, omisso *ἐν*; ut hic fere sit loci sensus: *quae partim* (sic vertit Cruserius) *tunicas succinxerant sindonibus, partim solis amictae tunicis erant* etc. Quod ex Anon. enotatur *ἱμαντίοις* pro *ἱματίοις*, repudiavit Reiskius, ita proponens: *αἱ μὲν ἱματίοις ἐπικαταζωσάμενοι*; ut istae mulieris *τὰ ἱμάτια* exuta pro cingulis usurpassent, quibus adstringerent *τοὺς χιτωνίσκους*. Cum vero haec *ἱμάτια* pallia fuerint mulierum extrema atque amplissima, quae tunicae sive *τῷ χιτωνίσκῳ* superinduebantur, (vid. Octav. Ferrar. de re vestiaria II, 5. cap. 2. p. 154 seq. ed. Patavii 1654) intelligi sane non potest, quomodo hoc magnum latumque indumentum pro cingulo ad *τὸν χιτωνίσκον* adstringendum usurpare potuerint, nisi ipsae sibi in agendo molestiores fieri voluissent, quam faciliores. Quam ob causam multo magis arridet Coraji emendatio, quam nunc Schaeferus recepit, quamque pervelim confirmari a libro aliquo vetustissimo. Acquiescit nimirum in vulgatâ, nisi quod addi vult *ἐν* ante *ἱματίοις*, ac deinde post *ἱματίοις* comma inseri; quorum primum *ἐν* librariorum incuriâ excidisse, facile credam; distinctio vero post *ἱματίοις* locum multo expeditiorem reddit, cujus sensum talem fere nunc puto: *aliae in palliis*, s. *indutae palliis, tunicis infra adstrictis, aliae cum solâ tunicâ*. Namque vulgo Doriensium mulierum vestimenta super humerum per *περόνας* ac *πόρπας* fuerunt annexa; quibus ligamentis solutis, quo superiori parte essent solutiores atque agiliores, has vestes, ne plane in terram deciderent, alio quovis ligamento sive cingulo infra, circa ventrem aut coxam adstringebant. Confer, sis, quae Eustathius disserit ad Iliad. V. vs. 425: *ἐστί γε πέπλος καὶ ἐνταῦθα γυναικεῖος χιτὼν, ὃν οὐκ ἐνεδύοντο,*

ἀλλ' ἐπέροντο, καὶ τῆς περόνης ἀρθείσης καταῤῥέων αὐτὸς εἰς τὸ ἔδαφος φαίνεται.

Omnia vero de hâc Doriensium mulierum ratione vestitus congesta reperies in Creuzeri notis ad Scholiast. Philostrati, in specim. Bekkeri p. 110. 111.

Cap. XXVIII. ὁ δὲ παῖς Πτολεμαῖος, ἐξελίξας τὴν τάφρον, ἐπειρᾶτο κατὰ τὰς ἁμάξας ὑπερβαίνειν] Cruserii translatio: „*circumissa fossâ, plaustra superare tentabat*," quid sibi velit, ego non exputem. Occurrit idem verbum ἐξελίττειν in Paul. Aemil. 17: οὕτω δὲ τῶν συνεχῶν τοῖς τελευταίοις καθ' ὑπαγωγὴν ἐξελιττομένων, coll. Livio XLIV, 37 princip. 40) De usu militari hujus vocis, quo exprimit Latinorum *subducere*, post Henr. Valesium in praefat. ad Polyb. Tom. VII. p. XXV ed. Schweigh. et in emendd. V, 5. p. 125, egit Schneider. ad Xenoph. Rempubl. Laced. XI, 8. p. 63, cui adde Suid. Tom. I. p. 765 Küst. et Hesych. I. p. 1284 Alberti. Quae vero significatio nostrum in locum cadere nequit, cui aptior videtur illa, quae apud Appianum obtinet Bell. Civil. V, 83: παρέπλει τὴν γῆν τοὺς κόλπους ἐξελίττων, i. e. *oram legebat, ne sinus quidem trajiciens.*

---

40) Cf. Alexandr. 20. Δαρεῖος — σπεύδων — τῶν στενῶν ἐξελίξαι τὴν δύναμιν, quod Cruserius rectius vertit: *ex angustiis copias explicare.*

## SCHOLIA INEDITA IN PLUTARCHI VITAS

E

## TRIBUS CODICIBUS PALATINIS.

### E codice nro. 168.

Ad Phocion. cap. 21. (Tom. VII. p. 106. lin. ab inf. 6 Schaef.)

*φθειρομένων*] *ἀντὶ ἐντρεχόντων· ἐπιδημούντων· φοιτώντων.* [41])

Ad ejusd. cap. 29. (p. 116. lin. ab inf. 9 Schaef.)

*ὑπὲρ τὰ Κεραύνια*] *κεραύνια ὄρη τὰ ἐπέκεινα βοθρύτου, ἐν οἷς νῦν ἡ κίμερα λέγεται.*

Ad Caton. minor. initium.

*Ἐκλήθη ῥωμαῖος ὁ Κάτων διὰ τὸ ἐν ῥώμῃ αὐτὸν γεγενῆσθαι· ἥτις ἐκτίσθη ὑπὸ ῥωμύλου, ἐτειχίσθη δὲ μετὰ ἐνιαυτὸν τετρακοστὸν δεύτερον τῆς ἰλίου ἁλώσεως· ἵδρυται δὲ ἐν τοῖς ἑσπερίας μέρεσι τῆς ἰταλίας περὶ ποταμὸν τέβεριν· ὃς κατὰ μέσην μάλιστα τὴν ἀκτὴν ἐκδίδωσιν· ἀπέχουσα τῆς τυῤῥηνικῆς θαλάττης ρ̄κ σταδίους· ἰταλία δὲ καλεῖται ἡ ἀκτὴ σύμπασα, ὅσην ἰόνιος ΐ κόλπος καὶ τυῤῥηνικὴ θάλαττα· ἐκλήθη δὲ ἰταλία διὰ τὸν βασιλεύοντα ἰταλὸν καὶ τοὺς ἰταλούς· ἔχει δὲ ὑπ' αὐτῆς πόλεις τὴν νικαι̅· κύρνου ἄδρειαν· ταῤῥακίνας νεάπολιν, ῥήγιον· ἰούλιον τάραντον μαριανὴν· βρεντέσιον· ἄγκον· ῥάβενναν· καὶ ἀκουληΐαν.*

Ad cap. 13. (p. 141. lin. 19 Schaef.)

---

41) Conf. Wyttenbach. ad Plut. Moral. Tom. I. p. 425. Aristoph. Aves vs. 917. ibique Scholia p. 412 Küst.

ἀνὴρ πρεσβύτερος] τοῦτον γυμνασίαρχον ἰουλιανὸς ἀποκαλεῖ ἐν τῷ μισοπώγωνι.[42])

Ad cap. 51. (p. 188. lin. 10 Schaef.)

βωμολοχίαν] κολακείαν· γελωτοποιΐαν· βωμολόχοι δὲ κυρίως ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐπὶ τοῖς βωμοῖς καθεζόμενοι καὶ μετὰ κολακείας προςαιτοῦντες· ἔτι δὲ καὶ οἱ παραλαμβανόμενοι ταῖς θυσίαις αὐληταὶ καὶ μάντεις· ἐκ μεταφορᾶς δὲ τούτων ἐλέγοντο βωμολόχοι καί τινες εὔκολοι (sic. leg. εὔκολοι) καὶ ταπεινοὶ ἄνθρωποι καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπομένοντες ἐπὶ κέρδει (in cod. ἐπικέρδει) διὰ τὸ παίζειν τε καὶ σκώπτειν.[43])

Ibid. lin. 2 ab inf.

φενανίζων] χλευάζων.[44])

Ad cap. 53. (p. 190. lin. 18 Schaef.)

εἰς Συρακούσας] ἡ συράκουσα νῆσος ἐστὶ μία τῆς σικελίας· ἡ δὲ σικελία πρότερον μὲν ὠνομάζετο τριναχαρία ἐπὶ τοῦ τριγώνου σχήματος· μετέπειτα δὲ ἐκλήθη σικανία, διὰ τὸ κατοικῆσαι ἐν αὐτῇ σικανούς· οἱ δὲ σικελοὶ ᾤκουν πρότερον ἐν ἰταλίᾳ πυλεμούμενοι ὑπὸ πελασγῶν καὶ ἀβοριγίνων· Φίλιππος[45]) δὲ ὁ συρακούσιος ἔγραψε· κατὰ τὰν ἀλικαρνασέα διονύσιον ὡς χρόνος μὲν τῆς διαβάσεως ἦν ἔτος ὀγδοηκοστὸν πρὸ τοῦ τρωϊκοῦ πολέμου· ἔθνος δὲ τὸ διακοσμηθὲν ἐξ ἰταλίας οὔτε σικελῶν, οὔτε αὐσόνων, οὔτε ἐλύ-

---

42) vid. p. 358, B. C. ed. Spanh.

43) vid. Ruhnken. ad Timaei Lex. vocc. Platt. pag. 64. 65. Add. Etymolog. Gudian. p. 117 seq., ubi eadem leguntur iisdemque verbis, nisi quod pro ταῖς θυσίαις ibi exstat τὰς θυσίας.

44) Suidas III. p. 591 Kust. φενακίζει· χλευάζει; unde descripsit Photius p. 470. coll. Hesych. Tom. II. p. 1499 Albert. Pluribus de hoc verbo egit Zonaras p. 1813, ubi vid. Tittmann. Add. Etymol. magn. pag. 790, 15 seqq. et Etymol. Gudian. pag. 550, 50 seqq.

45) Lege Φίλιστος; et vide fragmenta Philisti, a Goellero collecta atque illustrata (Lipsiae 1818.) p. 146 seqq. — In sequentibus pro διακοσμηθὲν legendum διακομισθὲν, et pro φασὶν, φησίν.

De scripturâ vocis ἀλικαρνασεὺς vid. Schaef. Melett. critic. P. I. p. 1 seq.

*μων, ἀλλὰ λιγύων· ἄγοντος αὐτοὺς σικελοῦ· τοῦτον δὲ εἶναι φασὶν υἱὸν Ἰταλοῦ.*

Ad Dion. cap. 21. (Tom. IX. p. 22. lin. 10 Schaef.)

*ἀδελφὴν ἔχων αὐτοῦ] Θέστης ἀδελφὴ διονυσίου.*

Ad initium Bruti (p. 64. Tom. IX Schaef.)

*ἀπὸ τὸν οἰκισμὸν* (sic. corr.: *τοῦ οἰκισμοῦ) τῆς ῥώμης ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ πρῶτος ῥωμῦλος* (corr. *ῥωμύλος*)· *διέμεινε βασιλευομένη ἔτη σμδ καὶ κατελύθη ἡ βασιλεία ὑπὸ λευκίου ἰουνίου βρούτου, ὀλυμπιάδος ὀγδόης καὶ ἑξηκοστῆς ἐνεστώσης· καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ χρόνου ἀπεδείχθησαν ὕπατοι μέχρι ἰουλίου καίσαρος· οὐκ ἐκαλοῦντο δὲ ὕπατοι παρὰ ῥώμην· ἀλλὰ κονσούλους· μεθερμηνευόμενον εἰς τὴν ἑλλάδα γλῶττην συμβούλους ἢ προβούλους· κονσιάλια γὰρ οἱ ῥωμαῖοι τὰς συμβουλὰς καλοῦσιν· ὕπατοι δὲ ὑφ᾽ ἑλλήνων ὠνομάσθησαν ἐπὶ τοῦ μεγέθους τῆς ἐξουσίας, ὅτι τε πάντων ἄρχουσι καὶ τὸν ἀνώτατον τόπον ἔχουσι· τὸ γὰρ ὑπερέχον καὶ ἀκρότατον ὑπάτους ἐκάλουν οἱ παλαιοί.*

Ad Sertor. cap. 13. (Tom. V. p. 231. lin. ab inf. 6 Schaef.)

*ὁρῶν δὲ τοὺς Λαγγοβρίτας] λαγγοβρίτας λέγει τοὺς λαγγοβάρδους.*

Ad Eumen. cap. 7. (Tom. V. p. 261. lin. 8 Schaef.)

*εἰς ἄγημα συντάξας] ἄγημα τὸ προϊὸν τοῦ βασιλέως τάγμα.* [46])

---

## E codice nro. 169.

Ad Philopoem. cap. 10. (Tom. IV. p. 14. lin. 5 ab inf. Schaef.)

*φθάνει δ᾽ αὐτοὺς] ἀντὶ τοῦ προλαμβάνει αὐτούς.*

Ad Flamin. cap. 18. (Tom. IV. p. 55. lin. 6. 7 ab inf. Schaef.)

*ὅρα ὑπερβολὴν ἀνδρομανίας.*

---

46) Eadem habet Zonaras Tom. I. p. 29. Plura vid. apud Hesych. Tom. I. p. 46 ibique Alberti.

Ad Pelopid. cap. 17. (Tom. III. p. 124. lin. 5 ab inf. Schaef.)

*Ἔφορος*] *ὄνομα κύριον ἑνὸς τῶν ἱστοριογράφων.*

Ibid. ad lin. seq.

*Καλλισθένης*] *ὁ ἀν ἀριστοτε* λ (sic) *δηλονότι.*

Ad ejusd. cap. 18 init.

*Παμμένους*] *ὄνομα κύριον ἑνὸς τῶν τακτικῶν.*

Ad Pelopid. cap. 26. (Tom. III. p. 136 lin. penult. Schaef.)

*νόμιμον*] *οἱ γὰρ τύραννοι ὑπὸ νόμον οὐκ εἰσίν.*

Ad ejusdem cap. 32 fin.

*ἤδη δὲ πεπτωκότος*] *τοῦ πελοπίδου δηλονότι.*

Ad Caesar. cap. 22. (Tom. VII. p. 28. lin. 15 ab inf. Schaef.)

*τὸ παρασπόνδημα*] *σπονδή ἐστιν ἡ διαλλαγὴ ἡ γενομένη ἐπὶ διαφέρουσιν καὶ μαχουμένοις· παρασπόνδησις δὲ λέγεται ἡ ἐκ τοῦ θατέρου μέρους παράβασις καὶ τῶν ὅρκων ἀθέτησις· ὃς καλεῖται ψεύδορκος.* 47)

Ad ejusd. cap. 39. (p. 48. lin. 5 Schaef.)

*αὐτὸς*] *ὁ Καίσαρ δηλονότι.*

Ad ejusd. cap. 39. (p. 49. lin. 12.)

*τὸν νικῶντα* (Cod. *νικόντα*)] *περὶ πομπηΐου λέγει· ἂν γὰρ προσεκαρτέρησεν, ἐνίκησεν ἄν.*

Ibid. lin. 13.

*αὐτὸς*] *ὁ Καίσαρ.*

Ad ejusd. cap. 40 fin.

*λοιμῶδες*] *νόσος λοιμικὴ παρὰ τὴν στρατιάν.*

Ad cap. 41. (p. 50. lin. ult. Schaef.)

*τῆτες*] *τῆτες καὶ θῆτες οἱ μισθῷ διὰ πενίαν ἐργαζόμενοι.* 48)

---

47) Hesych. Tom. II. p. 869 Alb.: *παρασπονδήσας· παραβὰς τὰς συνθήκας.* Eadem Suidas Tom. III. p. 38 et Zonaras II. p. 1519.

48) Conf. Hesych. I. p. 1716 Alb. Zonaras I. p. 1041. Photius p. 72. Schol. in Plat. Euthyphr. p. 335. Tom. I Beck.

Ad ejusd. cap. 42 fin.

*ἀγχώμαλον*] *οὐ παρὰ μικρὸν οὐκ ἴσον· ἀπὸ τοῦ ἄγχι καὶ τὸ ὁμαλὸς ἀγχώμαλος διὰ τοῦ ω μεγάλου· ἐπειδὴ τὰ παρὰ τὸ μάλος σύνθετα διὰ τοῦ ω μεγάλου γράφεται· ἀνώμαλος, κατώμαλος, ἀγχώμαλος.* 49)

Ad cap. 48 init. (pag. 87. lin. 2. 5. Schaef.)

*ὅσοι δὲ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ*] *ἑτέρους τοὺς πομπηΐου δηλονότι.*

Ad cap. 49. (p. 59. lin. ult.)

*εἰς ἀκάτιον*] *μικρὸν πλοιάριον.* 50) et: *ὅρα μεγαλοψυχίαν ἀνδρός.*

Ibid. in fin. (p. 60. lin. 9.)

*αὐτοῦ τε τοῦ βασιλέως*] *τῶν αἰγυπτίων.*

Ad cap. 50. (p. 60. lin. ab inf. 7.)

*αὐτὸν*] *δομίτιον λέγει.*

Ad cap. 58. (p. 69. lin. 11.)

*τὸν Τίβεριν* (cod. *τέβαριν*)] *ὁ ποταμὸς τῆς ῥώμης.*

Ad ejusdem cap. 64 init. (p. 76. lin. 7 ab inf. Sch.)

*ἔκπυστος*] *ἔκπυστα, ἐξαγγελτὰ, ἔκδηλα καὶ ἐξάκουστα· γίνεται δὲ παρὰ τὸ πεύθω τὸ ἀκούω πυστὰ καὶ ἔκπυστα.* 51)

Ad Alexandr. cap. 16 med. (Tom. VI. p. 189. lin. 8 Schaef.)

*Ῥοισάκου δὲ καὶ Σπιθριδάτου, τῶν στρατηγῶν*] *οἱ του δαρείου.*

Ad cap. 22. (p. 198. lin. ab inf. 4.)

*Κρωβύλον* (cod. *κροβύλον*) *κ. τ. λ.*] *ὅρα ἀλέξανδρον καὶ ἀσελγείας ἀμέτοχον ὑπάρχοντα.*

Ad cap. 30. (p. 212. lin. 3.)

---

49) Eadem fere leguntur in Etymolog. magn. p. 15, 14 Sylb. et in Etymol. Gudiano p. 7.

50) cf. Suid. I. p. 79 Küst., Hesych. I. p. 186 ibique Alberti.

51) vid. Etymolog. magn. p. 323, 48 Sylb. et Etymol. Gudian. p. 178, 14. De cognato *ἀνάπυστα* vide, quae disputavit Eustathius ad Odyss. λ', 274. p. 434. lin. 46 seqq. ed. Basil. coll. Apollon. Lex. Homer. p. 168. ed. Villois., ubi nonnulla monuit Villoisonus, not. 9. p. 169.

*μήτε τὴν τεθνεῶσαν ἀδελφὴν καὶ γυναῖκα*] *στατεῖρα ἐκαλεῖτο ἡ γυνὴ δαρείου ἡ αὐτὴ καὶ ἀδελφή αυ*[τ]*οῦ* (sic) *πατήρ.*

Ad cap. 31 fin.

*τῶν προτέρων* (cod. *τῶν πρότερον*)] *ὅτε ἐν ἰσσῷ ἐμαχήσαντο· ἵνα μὴ προςθῇ ἔτι εἰπεῖν ὁ δαρεῖος ὅτι καὶ νῦν σκότος ἦν καὶ νὺξ ὥσπερ ἐν ἰσσῷ ὄρη καὶ τέμπη τουτέστι νώματα.*

Ad cap. 33 init. (p. 217. lin. 2.)

*ἐπευχόμενος*] *πάνυ φιλόθεος ὑπῆρχε ἀλέξανδρος καὶ ἐγκρατὴς ὥστε προγάμου γυναικὸς οὐκ ἥψατο πλὴν βαρσίνης.* [52])

Ad cap. 35 init.

*χάσμα*] *ὅτι χάσμα πυρὸς ἐστὶν ἐν ἐκβατάνοις ὡς ἐκ πηγῆς ἀναφερόμενον συνεχῶς τὸ πῦρ.*

Ad cap. 36 fin.

*Δίνων* (in cod. *δείνων*)] *εἷς τῶν ἱστοριογράφων.*

Ad cap. 43. (p. 230. lin. ab inf. 9.)

*ἐν ἁρμαμάξῃ*] *ἁρμάμαξα· ἡ πρὸς ἀνδρῶν καθέδραν κατεσκευασμένη ἅμαξα· οἷον ἅρμα καὶ ἅμαξα ἀνδράμαξά τις οὖσα· ἢ ἄνδρας ἄγουσα.* [53])

Ad cap. 60 init.

*τὰ δὲ πρὸς Πῶρον*] *ὁ βασιλεὺς τῶν ἰνδῶν.*

Ad cap. 71. (p. 265. lin. ab inf. 4.)

*ὅρα συμπάθειαν καὶ ἐνσπλαγχνίαν βασιλέως.*

---

52) conf. cap. 21. s. p. 198. lin. 1. 2. Tom. VI. Schaef.

53) Eadem exstant in Etymolog. magno p. 145, 22 Sylb., ubi tamen ante *ἀνδράμαξα* insertum est *ἢ*, pro quo Etymol. Gudian. p. 78, 41 habet *ἡ*. Hinc recte idem verbum a Corajo explicatur ad Artaxerx. 5. (Tom. V. p. 437 ed. Coraj.): „*ἐσκεπασμένη ἅμαξα, παρὰ τὸ ἅρμα καὶ ἅμαξα.*" Cf. etiam Toup. ad Longin. de sublimit. 43. §. 4. p. 473 Weisk.

E codice nro. 285.

Ad Demetr. cap. 1. adscriptum est margini scholium, sed ita obliteratum atque evanidum, ut integrum legi plane nequeat.

Ad ejusd. cap. 1. (p. 198. lin. 9 seqq. Tom. VIII Sch.)

*σημ· τὸ καὶ οὗτος ἐπιστήμας λέγει τὰς ἀρετὰς κατὰ πλάτωνα.*

Ad cap. 20. (p. 219. lin. 1.)

*τορεύοντες] ἐν ἄλλῳ τορεύοντες.*

Ad cap. 34 fin.

*μουσεῖον ἐκάλουν οὗ αἱ βίβλοι ἀπέκειντο.*

Ad Anton. cap. 9. (p. 273. lin. 13 sqq. Tom. VIII Sch.)

*ὅρα πάνυ τὸ χώριον ὅλον καὶ πρὸς ἀρετὴν παροξυντικόν.*

Ad ejusdem cap. 65. (p. 338. lin. 2.)

*ἴσως οὗτος ἐστὶ ὁ ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ τοῦ βυζαντίου ὑπὸ τοῦ λουτροχόου περιελαυνόμενος χαλκοῦς ὄνος αὐτῷ τῷ λουτροχόῳ ὀνηλατούμενος ἐκ νικοπόλεως πάλιν ἀναχθείς.* [54])

Ad Marium cap. 21. (p. 151. lin. 13 sq. Tom. IV Sch.)

*σημ· καὶ περὶ κωνσταντινούπολιν λέγεται μέγαν γενέσθαι τὸν χειμῶνα, ὅτε ὑπὸ τῶν βαρβάρων ὅτε* (sic) *ἡάλω.*

Ad init. Agid.

*σή. τὸν μυθὸν τὸν τοῦ ἰξίονος καὶ τὸ χώριον ὅλον ὡραῖον καὶ χρήσιμον.*

Ad Artaxerx. cap. 2. (p. 160. lin. 10. Tom. VIII Sch.)

*τούτου Κύρου τὴν ἀνάβασιν συγγράφει ξενοφῶν, μεθ' οὗ καὶ συνῆν ἐν τῷ πολέμῳ, τῷ πρὸς τὸν ἀδελφὸν καὶ σύμμαχος· ἑτέρου δὲ τοῦ παλαιοῦ κύρου ἡ παιδεία ἐστιν, ἣν αὐτὸς ἔτι ἱστόρηκε ξενοφῶν.*

---

54) vid. *Heyne*, priscae artis opera, quae Constantinopoli exstitisse memorantur, sect. II. p. 37. (Commentatt. Societatis regiae Götting. Vol. XI.)

# II.

# I. C. SCHMIDII

PRAESUL. WIRTENBERG. APUD ULMENS.

## ANIMADVERSIONES QUAEDAM IN LENNEPII ETYMOLOGICUM LINGUAE GRAECAE ET INDICEM ETYMOLOGICUM PRAECIPUARUM VOCUM LATINARUM.

Facile supersedemus laudare scholae Hemsterhusianae in literas graecas merita, cum tanta sint, ut illorum gloriae nihil addere possimus et ea ignorare homini harum literarum studioso maximae ignominiae sit. Quare si errores quosdam, in quos in investigandis vocum originibus hujus scholae discipulos doctrina sua inductos esse putamus, emendare aut lacunas explere nobis sumsimus, ne tantillum quidem de illorum laudibus detrahere in animo fuit. Ea vero cujusque generis cognitionis natura est, ut ulteriore consideratione corrigi, amplificari et promoveri queat; vir autem honestus atque bonus majorem animi voluptatem sentit, si literae, quam si laudes suae augentur. Regulas autem, quas in investigatione originum vocum graecarum et latinarum secuti sumus, prolixius explicare non opus est, quum ex animadversionibus, quas in lucem prodire jubemus, cognosci possint. Pauca tantum in compendio dicta praemittenda esse censemus.

1. Multis ille implicari nobis videtur difficultatibus atque erroribus, qui origines vocum graecarum et latinarum in graeca tantum lingua aut praecipue in illa quaerendas esse statuit. Tanta enim est hominum eoque etiam linguarum permixtio atque consociatio, ut exinde etiam formarum affinitates sonorumque similitudines in linguis ceteroqui diversis locorumque distantia remotis consequantur. Quidquid vocabulorum igitur in hac vel ista regione aut penitus periit aut tantopere mutatum est, ut inventu difficilis sit ejus origo, id

in remotis interdum locis et apud populos prorsus diversos incorruptum adhuc vel ita formatum invenire licet, ut origo aut saltem cognatio non difficulter agnoscatur, eoque affinitas linguarum et cohaerentia notionum humanarum appareat.

2. Doctrina etymologiae non valde promovetur, si vocum origines verbis assignamus, quae nimio notionis ambitu quasi exundant, quibusque res innumerae subesse possunt. Quid enim est, ut exemplis utar, quod non moveatur, aut efferatur, aut agat, aut sonet, aut luceat? Sicut ad rerum naturalium cognitionem parum confert scire, quod quid vivat aut vireat et moveatur, aut vita et motu destitutum sit; sic ad interiorem doctrinam etymologicam originesque investigandas non sufficit, vocem assignare voci, quae notione nimis ampla superbit.

5. Multum quidem ad regulas linguarum cognoscendas et ordinandas interioremque linguae Graecae cognitionem Grammaticorum facit doctrina, quae voces in elementa, quibus compositae videntur esse, quasi primaria solvit atque dissecuit. Cavendum tamen est,

a) ne in opinionem perducamur, elementa ista *sensu historico* radices esse, ex quibus vocabula sensim adoleverint. Quis enim, quaeso, quum linguae *nascantur*, neque vero *efficiantur*, facile sibi persuadebit, primaevos homines accepisse aut invenisse vocabula primaria ἄω, ἔω, ἴω, etc., atque temporibus labentibus exinde orta esse ἄβω, ἔγω, ἴδω, etc., postea vero effecta esse verba auctiora βάβω, βάγω, δέδω, γύρω, etc., tum denique maxime aucta et composita inventa esse et in usum prodiisse? quis in tanta originis linguarum caligine firmiter contendere audebit, vocabula simplicissima tempore antecessisse iis, quae magis aucta esse videntur?

b) ne originem vocum attigisse nobis persuadeamus, si vocabula ad elementa ἄω, ἕω, ἴω, etc. reduxerimus. Eandem in philosophia rationem sequuntur ii, qui, quum causae rerum perscrutandae sunt, praetermissis mediis ad primariam illico recedunt, nimirum ad Deum, qui omnium rerum fons est et creator et motur; ita vero causae proximae et mediae ignorantur.

4. Saepe in eo peccatur, quod significationes verborum per ambages ex vocibus sono tantum similibus educuntur, aut ex talibus vocibus extorquentur, inter quas vix ac ne vix quidem significationis similitudo intercedit. Videant alii, num ipsi in vitium inciderimus, quod in aliis vituperamus.

# I.

# VOCES GRAECAE.

### Ἀγαπάω.

Secundum SCHEIDIUM vox derivanda est ab ἀγάω, *admiror*; LENNEPIO autem censente a vocabulo ex analogia ficto ἄγος, *frangens* vel *fractum* et metonymice *ipsa fractio*, ex quo enata esse vocabula ἀγή apud Suidam, *undarum fractio*, et ἀκτῖνες, *radii lucis refractione orti*, idem contendit. Cum vero utraque derivatio nimis coacta sit, locum cedat faciliori ab hebraeo אָהַב, *dilexit*.

### Ἄιδω.

Ab hoc verbo, cui significatio *premendi* aut *constipandi* inesse videtur, vocem ἀδάμας deduxerim, id quod LENNEPIUS, ceteroqui in originatione non valde morosus, p. 1167. dubitationis signo notavit. Conjecturae nostrae fulcimento est vox germana *Fels*, quae ab antiquo *fillen*, *pellere*, originem duxit, et Latinorum gemma, quae cognata est cum nostro *Kamm*, cui etiam significatio *lapidis duri* inhaeret. MOSERO nostro, quocum communicare consuevi, quaecunque in literis graecis vel nosse mihi videor vel opinari saltem audeo, magis arridet derivatio jam aliis probata ab ἀ στερητικῷ et δαμάω, quod sit *lapis, qui domari nequeat*.

### Αἰθήρ.

Licet vox haec certissime orta sit ab αἴθω, *incendo, ardeo*, non tamen praetereunda est Aristotelis deriva-

tio *ἀπὸ τοῦ θεῖν αἰεὶ τὸν ἀΐδιον χρόνον*, De coelo L. I. c. 5. (Ed. Wechel. 1584) p. 7.

*Ἅλς.*

Derivationibus LENNEPII et SCHEIDII, quorum alter vocis originem ab *ἅλω*, *coagmento*, ducit, quippe quod salis natura ad coagulandum proclivis sit, alter vero ab *ἅλλομαι*, *salio*, quia sal igni impositum exsilire et cum crepitu quodam displodi soleat, tertiam adjungere permittas ab *albore* desumtam: *ἄλφος*, *albus*, sal enim coloris albi est.

*Ἀλύω.*

Ad explicandam hujus vocis significationem proferre liceat locum ex Galeno (Vol. V. p. 325) ab AFSPRUNGIO, literarum graecarum, dum spiraret, amantissimo, nobis suppeditatum: *ἀλύειν μὲν λέγουσιν ἐκείνους τῶν ὑγιαινόντων, ὅσοιπερ ἂν αἰεὶ τοῖς παροῦσι δυσχεραίνοντες, ἄλλοτε εἰς ἄλλα μεταβαίνουσι πράγματά τε καὶ πράξεις. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν νοσούντων ἐκείνους ἀλύειν φασὶν, ὅσοι μὴ φέροντες τὴν κατάκλισιν, ἐξαλλάττουσι τὰ σχήματα διὰ τὸ δύσφορον ἀεὶ τὸ παρὸν εἶναι.*

*Ἀμυδρός*, *obscurus.*

Nimis operose ex *μυδᾶν*, *madere*, extorquetur vocabuli significatio, quod scilicet proprie notet *valde liquescentem*, translate autem *omne id, cujus vestigia evanescunt, quodque quasi liquescendo formam suam pristinam amittit*, a d e o q u e, quod *obscurum* est. Ad notionem vocis explicandam stirpemque inveniendam propius adsunt verba *μύω*, *claudo*, et *μύζω*, *mussito*, in quibus significationem *clandestini*, *taciti*, *suppressi* facili negotio cognoveris.

*Ἄνεμος.*

Repudiata stirpe genuina, quae est *ἄω*, *spiro*, *flo*, adulterinae vocabulum attribuit auctor, scilicet voci *ἄνω*, quod nimirum ventus *quasi ad superiora* tendat.

*Ἀρά, imprecatio.*

Vox, ut multae aliae, ex Oriente advecta, atque hebraice אָלָה sonans, mutata canina in l, sicut אַיִל et *aries*; אָלָה autem est *adjuratio, exsecratio.*

*Ἀράχνης.*

Jam KANNIUS, sagacissimus originum vocabulorum indagator, qui vero rebus etymologicis atque in universum studio, quod per eminentiam humanitatis nominare solemus, valedixit, originem hujus vocis, quae peregre allata esse videtur, rite cognovit in hebraeo אָרַג, *texuit.*

*Ἀριστερός.*

Nec derivârim cum LENNEPIO ab *ἀρά, imprecatio*, quod manui sinistrae notio *noxii* inhaereat, nec cum SCHEIDIO ab *ἄρι, vehementer*, quod *ἀριστερὸς* proprie sit *vehementior atque adeo pejor, magis infaustus* etc. Praestat ignorantiam originis obscurae confiteri, quam ad dubia prorsus atque remotissima confugere. Videant alii, num clarius appareat et significatio vocabuli et origo, si conferatur cum nostro *die ärgere Hand*, manus sinistra.

*Ἄριστος.*

Expeditius atque rectius derivabis vocem, si illam cum nostra *der erste* comparaveris, quae similem significationem habet et ex eadem radice provenit, scilicet ex qua etiam *ἄρι, eher, Ehre, ἄρχω*, etc. orta sunt, quibus vocabulis id indicatur, *quod vel aetate, vel viribus et virtute, vel dignitate atque honore antecedit.*

*Βάκχος.*

RUD. FREY omnes fere Bacchi denominationes, sicut et sacra, quibus colebatur, ex Oriente allatas esse censet, quare vocem *βάκχος* derivat a בָּכָה, *flevit, ejulavit*, *διόνυσος* ab arabico דו, *dominus*, et נְוָאסִי, nowasi, *uvarum albarum genus*, quod sit *dominus vel inventor uvarum*, *δουσαρὴς* ab eodem דו et שָׂרִי, *dominus Scha-*

*rah*, qui locus haud procul a Mecca distabat. v. *Tempe Helvetic.* V, 185.

Βασσάρα.

Plura de hac voce argutatus est KANNIUS in *Erste Urkunde der Geschichte* §. 23.

Βδάλλω.

„Obscurae stirpis est." Quodsi vero δάλω et δέλω notionem *cupide edendi* habet, stirps verbi praesto est: *sugere* enim et *cupide edere* notiones cognatae sunt; cf. δέλεαρ.

Γαῖα.

En vocem, quae opinionibus campum amplissimum aperit. LENNEPIO placet, γαῖαν vocari a χάω, *hisco*, *pateo*; quod γαῖα sit *terra late patens*. Praestat originem petere ab αἶα, praemissa, ut saepissime, palatina, e. gr. εὖδις et γεῦδις, v. Nonn. XI, 57. Ed. MOSER. p. 82. Nec nimiae audaciae suspicionem incurrere mihi videor, si vocem αἶα a verbo εἶναι eductam esse credam; nam et Dores pro κτείνω, φθείρω pronuntiaverunt κταίνω, φθαίρω, cf. Is. G. Voss. *de permut. litt.* in fronte *Etymologici.* Sic convenit cum alio terrae nomine, scilicet ἔρα, quod enatum est ex ἔρεσθαι, et cum nostro *Welt*, priscis *Werlt*, quod e *werden* ortum est. Quodsi vero literam γ radicalem esse malueris, γαῖαν derivare placet a γάω, γαίω, *fio*, qua ex radice verbum γείνομαι, *nascor*, pullulavit.

Γελάω.

Optime dictum est a LENNEPIO, γελᾷν proprie usurpari de re *nitente et splendente*, postea vero ad risum transferri, quod risu veluti niteat facies; quae explicatio confirmatur usu verbi *renidere* pro *ridere*, e. gr. *homo renidens*, Liv. XXXV, 49. *ore renidenti*, Ovid. Met. VIII, 197. etc. Apud Suecos *glans*, quod ejusdem cum nostro *glänzen* stirpis est, risum et jocum significat; id quod argumento est, γελάω non a γέω de-

rivandum esse, sed a λάω, *video*, unde latinum *lucere*, i. e. *nitere*, *splendere*, originem habet. Pari ratione nostrum *lachen* cognatum est cum *lugen* et *leuchten*, adeoque cum Graecorum λάω et γελάω.

Γέῤῥον.

„Scutum Persicum," et quia lingua Persica cum Germanica cognata est, ejusdem stirpis cum nostro *Wehre*.

Γέρων.

„A γέρω, *gero*, qui honores aut baculum *gerit*." Pariter a vero abest ista derivatio, ac Aristotelis, qui γέροντα dicit esse quasi γήρον, *terrenum, calore privatum*, v. De generat. animal. L. V. cap. 3. Propiorem habebis stirpem in verbo ῥάω, ῥέω, *fluo, labor*: senectus enim ea est aetas, quae *ruere*, *fluere*, *labi* rectissime dicitur. Optime vero in indaganda hujus vocabuli origine versaberis, si illud compares cum nostro *greis*, *grau*, et notionem *canitiei* ex voce radicali adhucdum ignota illi inesse statuas, quae etiam adest in γραῦς.

Γλαυκός.

Nihil aliud est quam λευκός, praeposita palatina, (sicut in γαῖα) et cum γάλα, γάλαξ, γλάξ derivandum a λάω, ex quo *lucere*, et nostrum *leuchten*, splendere, ortum est.

Γωλεά.

Vox cognata cum κοῖλος, *cavus*, atque ex eodem fonte derivanda cum nostro *Höhle*.

Δάπεδον, δάπις et τάπης.

Stirpem, quae LENNEPIO non satis expedita videtur, voces istae habent in syllaba seu sono radicali δα, δαπ, qua indicantur res, quae humi jacent, humusque ipsa, res profundae et obscurae; e. gr. δαερὸς, *niger*, Hesych., δᾶμος vel δῆμος, *humus*, ταπεινὸς, *humilis*, δαμήτηρ, δήμητρα, *Ceres*, in quo nomine τὸ μ ad radicem pertinere arbitror, ut vox orta sit a δᾶμος, δῆμος,

tellus; (alias nominis originationes v. in Etymol. M. Ed. Sylb. p. 265.) *τίφος*, pluraque his cognata vocabula, et Germanorum *tief*, *tauchen*, *taub*, *tougen* (clam), *dunkel*, *düster*, *tappen* etc.

*Δεύτερος.*

Nonne quasi *δυό-τερος*, *zwei-ter?* Nec tamen hanc conjecturam urgere ausim.

*Δῆμος*, *populus.*

Quae vero significatio secundaria est, non primaria, nec vox a *δάω*, *ligo*, repetunda, sed vocabulis in *δάπεδον* recensitis annumeranda; proprie enim *humum*, *solum* significat. Sic saepius apud Homerum *πίων δῆμος*, *ager* Boeotiae *opimus*, v. Il. V, 710. XVI, 437. 673. et passim, Od. XIII, 97. 266. XIV, 329. XVI, 95. 96. XX, 210. etc. Ex quo significatu emanavit alter, quo *certa agrorum portio*, praesertim in terra Attica, *δῆμος* dicebatur, qui porro conjunctione notionum naturali generavit illum, quo *populi partitiones δήμους*, populumque ipsum, qui agrum coluit et inhabitavit, *δῆμον* appellaverunt Graeci. Nostratium *Damm*, quod idem est ac Aeolicum *δᾶμος*, in voce *Gartendamm* genus quoddam soli significat. Pari ratione vocabulum *Torf*, quo *cespitem bituminosum* appellamus, in cognato *Dorf* in significationem agri ab hominibus culti et habitati abiit, et translate pro nomine communitatis incolarum agri usurpatur.

*Ἔθνος.*

Proprie *copiam* significare *animantium in genere*, non hominum tantum, apparet ex appositis voci generibus animantium, e. gr. *ἔθνος ἀνθρώπων*, *ἔθνος λαῶν*, Il. XIII, 495. *ἑτάρων εἰς ἔθνος*, XIV, 408. *ἔθνεα χοίρων*, Odyss. XIV, 73.

*Εἴδω.*

Si comparas vocem cum hebr. יָדַע, persuasum tibi habebis, e remotioribus radicibus natam esse, quam quae primum in Graecia provenerint.

'Ελέγχω.

„Dictum pro ἐλέγω.“ Atqui ἐλέγω idem mihi videtur esse ac ἐκλέγω, *eligo, examino, accurate sciscitor,* et stirps in λέγω quaerenda, non in ἐλάσσω, ἔλω.

'Ερέβινθος.

Consonat vox cum *Erweten*, pisa.

"Εσχατος.

"Εχομαι in significatione *sequor* idem est ac ἕπομαι, eademque literarum permutatio, quae in λαγὼς, *lepús,* λύκος, *lupus,* βραχὺς, *brevis,* πρέσβυς et πρέσγυς, *priscus,* et sexcentis aliis apparet.

Ζεύς.

Hujuscemodi vocabula ad conjecturandum invitant quasi et excitant, quare et Etymologus noster in origine indaganda longe lateque exspatiatus est. Quam veniam damus, nobis vicissim petimus. Vox derivari potest a ζάω, ut etymologice idem sit ac יְהוָה, *qui est, qui vivit, der Lebendige.* Quodsi vero huic opinioni assensum negaveris, derives cum IHRIO (Gloss. Suio-Goth. I, 741 sq.) a *gut,* apud Ulphilam *thiuds,* quam radicem in pluribus Dei appellationibus adesse observat IHRIUS, e. gr. in *Gott,* Germ. *Choda,* Pers. *God* et *Gud,* Scand., *deus,* θεὸς, δὶς, *Thaut, Wodan,* quae nomina eorumque notiones e Scythia emanasse censet, quippe ex qua regione non tantum multae Graecorum et Germanorum voces, sed etiam dogmata quaedam Graecorum theologica effluxerint.

Ζόφος.

In indagatione stirpis hujus vocabuli hebraeum צָפַן, *abscondidit,* in subsidium vocandum esse videtur.

"Ηπαρ.

Mirus in lingua graeca et hebraea literarum in hac voce permutationis consensus est, dentalis scilicet mutatae in caninam et vice versa: ἧπα-ρ et genitivo ἥπατ-ος, et כָּבֵ-ד atque כָּבֵ-ר, ex quo insuper et originem

vocabuli peregrinam et levitatem falsitatemque derivationum vocis graecarum in Etymologico M. cognoscere licet.

'Ηχὼ et ἦχος.

Derivari possunt ab ἕπομαι, *sequor*, si literarum permutationem, de qua sub voce πρίαμαι egimus, etiam hoc loco adhibere velis: *echo* enim nihil aliud est, quam *vox, quae sequitur vocem.* Sed magis placet, nulla intercedente notionum translatione, ab ipso verbo ἕπω, *dico*, derivare, quod secundum eandem permutandi literas rationem etiam ἔχω enuntiabatur, ex quo priscorum Latinorum *seco*, *sequo*, dico, ortum est. v. Voss. Etym. et cf. quae dicimus s. v. *inquam.*

Θεράπων.

„Minister, a θέρω, *calefacio*, proprie *calefaciens*, adeoque *qui fovet atque fomentis calefacit.* Unde partim ad medicos, partim ad ministros sedulos transfertur." Sic Lennepius. Magis recurrere nobis placet ad hebr. תְּרָפִים, *idola*, Genes. XXXI, 31. unde θεραπεία, *cultus Deorum*, θεράπων, *Deorum minister aut cultor*, et translate, *quisquis alios colit* aut *in ministerio est.* Et quum Deorum ministri, ἱερεῖς, artem medicam exercerent, θεραπεύειν etiam *mederi* et θεραπευτὴς *medicum* significavit. Cf. Meiners Gesch. d. Wissensch. I, 480.

Θῆλυς.

Optime h. l. explicatur inhaerens vocabulo potestas *virendi*, *alendi*, *foecundandi*; addas, cognatum esse φαλλὸς, mutata, ut saepissime, litera θ in φ.

Θησαυρός.

Non dubito vocem, duce Vossio, derivare a τίθεσθαι et αὐρὸν, *locus*, *quo aurum reponitur.*

'Ιαύω.

„Commoror." Recte; idem quoque significant verba composita ἐνιαύω, παριαύω. Nec haesito sententiae

LENNEPII accedere, qui αὔω primitivum esse censet, cf. Etym. M. s. h. v. mihique persuasum habeo, exinde ortum esse *habere* in significatione *morandi* et frequentativum *habitare*. Ex eodem fonte repetenda sunt αὐλή, c-*aula*, stabulum, ovile, αὖλις, tentorium, castra, ἀβήρ apud Lacones, *habitatio* in porticu, οἴκημα στοὰς ἔχον, etc.; fortassis etiam nostrum *Hafen*, portus, Gallorumque *Havre*.

### Κανθός.

*Oculi angulus*. Non a κάω, *cavo*, originem duxerim, sed a κάνω, *pungo*; angulus enim *acutus* est. Cf. ἄκανθα.

### Κλέπτειν.

Nihil quidem absoni est in derivatione a καλύπτω, furtum enim *clandestine* perpetratur; dijudicent tamen alii, annon rectius derivetur a λάβω, *prehendo*: κ enim primae literae radicali saepissime praefigitur, e. g. καυχάομαι, αὐχάω, κλίνειν, *lehnen*, κλύειν, *lauern*, *lauschen*, κλείειν, to *lock*, Angl. v. Analog. p. 213.

### Κλύω.

„*Audio*, ob capitis inclinationem auscultantium.“ Equidem praeferrem derivare vocem a λάειν, *videre*; vocabula enim, quae res auditus designant, saepissime cognata sunt iis, quibus aut actionem videndi aut res lumine obfusas exprimimus. En exempla ex lingua graeca, latina et germana desumta:

| *Auditus.* | *Visus.* |
|---|---|
| ἀκούω. | ὄκκος, oculus, Auge. |
| brehen, (clamare) sprechen. | brehen, (splendere) Pracht. |
| dico. | δείκνυμι. |
| λακεῖν, ληκεῖν, (sonare, resonare) loqui, luen, (rugire) γλῶσσα, κλείω, κλύω. | λάειν, λεύσσειν, lux, lugen, γλαύσσω. |
| ἔρειν, orare. | ὁρᾶν. |

| | |
|---|---|
| ὄψ, ὄσσα, | ὦψ, ὄσσε. |
| sagen, | sehen. |
| schallen, | hell. |
| sonus, | Sonne, scheinen. |
| speak, Angl. | spähen. |
| φημὶ, | φάω, φαίνω. |
| zeugen, | zeigen. |

*Κόσμος, ornatus.*

Proximam vocis originem habes in κορεῖν; utraque saltem vox eidem stirpi attribuenda est.

*Κρήνη.*

„*Fons*, a κράω, *creo*, dictum *a saliendo in altum.*" Dubito; rectius mihi video repetere originem a ῥαίνω, *humecto*, ῥέω, *fluo*, rinnen. cf. quae ad κλέπτειν dicta sunt.

*Κτῆνος, jumentum.*

Originatio a κτάομαι, *possideo*, confirmatur eo, quod et alias pecora et opes iisdem fere nominibus signantur, e. gr. *pecus* et *pecunia*, *habe* apud Suevos pecus et opes, *faihu* apud Ulphilam et *fé* Isl. (Vieh) divitiae, *dobytek* apud Slavos pecus, et *dobyti*, acquirere, nancisci.

*Κύων.*

Si radix in lingua graeca quaerenda est, originationem probandam nobis offert verbum κύω, *pario*, *gigno*, quod ipsum cognatum est cum ὕω et κύω. Praestat autem sequi sententiam Platonis, κύων vocem esse ex terris barbaris advectam. v. Cratyl. p. 283. Ed. Bip. T. III. Nostrum *hund* ejusdem originis esse videtur. Ceterum ex ὕω vel ex sono ὑ ceu ex matrice prolifera innumerae enatae sunt voces, quibus res natura procreatae et animatae procreationisque genera notantur, e. gr.

*Ὕω, υἱός.*

*Φύω, φύλλον*, fio, filius, vieh, pecus, puer, pullus (i. q. πῶλος).

*Κύω*, *γυνὴ*, *κύων*, kind, hund.
Sohn, sus, sau, *ψυχή*.

*Λαγωός*, *lepus.*

De congruentia nominis graeci et latini supra dictum est. Radicem adhuc incognitam reperisse mihi videor in Ulphilano *laikan*, salire, quod verbum quoque peperit nostrum *lachs*, salmo: *salmo* autem pari modo ex *salire* ortum esse, quis est, qui non videat? *Salire* scilicet leporis est et salmonis.

*Λήγω.*

Magna vocis consonantia cum nostro *sich legen*; *λέγω* etiam apud Homerum est nostrum *legen.*

*Λῆδος.*

*Vestis panni rari et detriti.* Annon Scotorum *plaid* exinde ortum?

*Λήθω*, *lateo.*

Conferas vocem cum hebr. לוט, abscondere.

*Λίβανος*, *thus.*

A לָבַן, *album esse*, quia teste Plinio optimum thus *coloris albi* est.

*Μαργαρίτης.*

Peregrina omnino vox, et ad indagandam radicem subsidium linguae germanicae implorandum, scilicet, Wachtero rite docente, *mer*, mare, et *grut*, lapillus; *μαργαρίτης* est *lapillus marinus.*

*Μάω.*

Et literis et significatu prope abest a nostro *ich mag*; cogn. *μόγος*, *μογέω.*

*Μέλει.*

Propria verbi significatio videtur esse *dicere*, uti apud Suecos *måla*, loqui, et apud nostrates *melden*, nuntiare. Transitione vero notionum in alias similem sensum perhibentes *loquela* abiit in significationem *meditationis* sive cogitationis et *cantus.* Hinc *μέλει*, *curae*

*est*, *μελετᾷν*, *meditari*, et *μέλος*, *cantus*; *λόγος*, ratio, cogitatio, a *λέγειν*, *dicere*, quasi *sermo internus*, *autumare*, quod et sentire et dicere significat; *ἔπος*, *carmen*, ab *εἰπεῖν*, *dicere*, quasi sermo certis numeris enuntiatus, *kuedskap*, cantus, *kued*, sermo et cantus, *qued*, canere et carmen pangere, Isl. *quaeda*, carmen pangere, Suec. et *quithan*, dicere, Angl. Sax.

*Μέλεος.*

Ut vocis originem invenias, compares cum *ἠλεός*.

*Νεῖκος.*

Iurgium, consonat cum nostro *necken*.

*Νῦν.*

Certissime quidem ortum est ex *νύω*, non autem cum significatione *findendi*, *secandi*, ut *νῦς*, cujus accusativus *νῦν* est, *sectio* esset sive articulus *temporis*, sed *nuendi oculis*, ut sit minutissima temporis pars, *qua nui oculis potest*, ein Augenblick.

*Ξένος.*

Cum litera *σ* saepe in *ξ* mutetur, v. gr. *ξὺν* pro *σὺν*, (cf. Vossium de permut. litt.) et veteribus *peregrinus* idem fuerit, ac *homo noxius*, *hostis*, non ambigo vocem *ξένος* familiae verbi *σίνω*, *laedo*, accensere.

*Ξηρός.*

Et in hac voce literam *ξ* pro *σ* positam, neque radicalem, sed praefixam tantum esse censeo, adeo ut *ξηρὸς* stirpi *τοῦ arere* attribuendum sit.

*Ξύλον.*

Idem de hoc vocabulo statuendum idque voci *ὕλη* ceu stirpi adjudicandum esse mihi videtur; *ὕλη* autem materia est, et sensu strictiori materies lignorum.

*Οἶνος.*

Sine dubio et res et vocabulum ex Oriente in Europam migrarunt, uti jam Vossius docuit; alioquin derivari posset ab *οἴω*, *fero*; mustum enim, cum *fertur*, seu *fervore* in vinum mutatur.

*Ὄνος.*

„Ob *onerando* dictum animal, Lat. *onus.*" Quodsi vero antiquitus verbi forma *ὄσινος*, *ὄσνος* fuerit, quod ex Lat. *asinus* concludere licet, alia plane denominationis causa quaerenda voxque referenda est in numerum multorum animantibus inditorum similium nominum, e gr. *Osse*, *Aas*, *β'οῦς*, etc.

*Ὁράω.*

Convenit nostrum *wahren*, gewahren, wahrnehmen.

*Ὀργάς.*

Ager foecundus, arabilis. Conjungenda haec vox mihi videtur esse cum *ὄρχος*, *plantarum ordo*, et convenire cum nostro *furche*, utraque vero vox, si permutationem l in r saepissime obviam consideres, cum *ἄλοξ*, *αὖλαξ*, *ὦλαξ* et *sulcus.*

*Ὅρκος.*

„*Jusjurandum*, quasi *septum*, componendum cum *ἕρκος*; origo est *ὄρω.*" Recte se habent, quae de vocis origine dicta sunt, minus autem recta est explicatio. *Ὄρω*, ex quo natum est *ὅρκος*, eadem vox est ac Lat. *oro*, ore profero. Pari ratione nostrum *schwören* originem duxit a *wort*, quod similiter ortum est ex *orare*, nec contendere haesito, vocem *eid*, *oath* Angl. eodem modo eductam esse ab *ajo* vel ab ejus derivativo *autumo*, quod, ut primitivum ajere, *dicere* significat. Jusjurandum certe nihil aliud est, quam *indicium* solenniter editum, *verba* solennia et sacra, *verba* per eminentiam sic dicta. Observes, *ὡς ἐν παρόδῳ*, frequentem verbi *ἔρω* et *ὄρω* subolem: *s-ermo*, *v-erbum*, *w-ort*, *sw-ara*, Suec. *schw-ören* etc.

*Οὐρανός.*

„Quamquam etiam ab *ὅρος*, *terminus*, dici potuit." Sic quidem Philo de plantatione Noe: (Ed. Hoesch. p. 214.) *τὸν δὲ αἰθέριον ἐν κύκλῳ τόπον ὠχύρουτο* (*ὁ κοσμο-*

πλάστης) τὸν ἐκτὸς ὅρον τε καὶ φυλακτήριον αὐτοῦ τιθεὶς, ἀφ' οὗ καὶ ὁ οὐρανὸς ὠνομάσθαι δοκεῖ.

Πάλαι.

Non tantum cum *olim* et עֹלָם similem significationem, sed etiam eandem originem habet, sicut et german. *alt.*

Πάλλαξ.

Si *juvenem* denotat, proxime a πῶλος, *aetate vigens*, si *pellicem*, aut a πωλεῖν, quod sit mulier, *quae ipsa sese venditat*, aut a פִּילֶגֶשׁ, Gen. XXXV, 22. derivanda vox est, cui vocabulo inesse videtur נָגַשׁ, *appropinquavit*, aliudque, quod in graeco φαλλὸς adhuc superest, quod scilicet mulier sit, *quae sese viro ad concubitum appropinquat*, quod tam honeste quam turpiter dici potest.

Ποινή.

Iliad. XVII, 207. compensationem, *Ersatz*, denotat, quare non inepte cum *ponere* etymologice conjungere mihi videor.

Πρίαμαι.

Idem esse censeo ac κρίαμαι, notissima literarum permutatione, sicut *sepire* a σηκὸς, *puer* a κοῦρος vel καὶρ, pro quo et παὶρ, *purus* a κορεῖν, *oculus* ab ὀπεῖν etc. Κρίαμαι vero aut πρίαμαι significationem *emtionis* eadem ratione a κριὸς, *aries*, accepit, qua ὠνεῖσθαι ab ὄνος, *asinus*, πωλεῖσθαι a πῶλος, *equus pullus*, ἄρνυμαι, *redimo*, ab ἀρνὸς, *agnus*, et *pecunia* a vocabulo *pecus*.

Ῥέζω.

„Observandum autem, ab Homero *semper* de animalibus immolatis usurpari.“ Non quidem semper, e. gr. Il. X, 49 et 52., ubi simplicem agendi vel faciendi significatum habet.

Ῥωγάς.

Stirps vocabuli radices late egit, e. gr. *rupes* Lat.

(conf. *πρίαμαι*), *rocca*, Ital. *roc*, Gall. Angl. *b'rocken*, *hausruck*, *hundsruck* etc. Germ. *rotz*, Batav.

Ῥώξ.

Radix genuina vocabuli *rogus*, de quo h. l. agitur, in Suethico *raka*, radere, congerere, superesse videtur; *corrugare vela*, Liv. XXXIII, 48. ab Ihrio ex eadem stirpe deducitur.

Σιγάω.

Consonat non tantum cum Lat. *tego*, *taceo* et Germ. *schweigen*, sed etiam cum Hebr. סָכַךְ et שָׂכַךְ, *tegere*.

Σκολιός,

cui respondet nostrum *scheel*, mallem derivare ab *εἰλέω*, *circumvolvo*, (conf. ἴλλος) quam a *σκέλω*, quasi proprie sit *contractus ex ariditate*.

Σχίζω.

Sine sibila *κίζω*, cujus primitivum *κίω*, cogn. *scindere*, *schinden*, *scheiten* etc.

Τῖφος.

Nostrum *dümpfel* idem vocabulum esse videtur.

Τρύχω.

Sibila inserta *τρύσχω*, quod convenit cum nostro *dreschen*.

Τύπω.

Unde ortum *τύμπανον*, instrumentum, quo *percusso* sonus excitatur, quod vero Bayerus (Hist. Regn. Gr. Bactr. pag. 3.) derivat ab Indico *Dumame*, *σάμμα* apud Hesychium, *ὄργανον μουσικὸν παρ' Ἰνδοῖς*.

Ὕδω.

Componas cum hoc verbo Lat. *udus* et *fudo* i. e. *fundo*.

Φαῦλος.

Melius a *παύω*, *cesso*, deducitur, eoque cum nostro *faul* convenit.

*Φρέαρ.*

Ut recte docuit Etymologus, a φρέω, quod idem est ac φλέω, utrumque vero derivandum a ῥέω, *fluo*; φ enim praefigitur, sicut β et π.

*Χαῦνος.*

Etiam *valde cupidus* significat. Strabo de Eudoxi cupiditate proficiscendi narrans (Lib. II.) dicit: οὕτω χαῦνος ὢν πρὸς τὸ φιλεκδήμων εἶναι κ. τ. λ.

*Ψεύδω, fallo.*

Nimis remota atque impedita mihi videtur auctoris explicatio hujus vocabuli. Ψιὰ secundum Suidam significat *laetitiam* et ψιαδέω secundum Hesychium *ludo*, immo et *illudo*, quod ex voce ψιδόνες elucet, quae eodem teste *calumniatores* significat. Cum notione vero *illudendi* et *calumniandi* conjunctissima est notio *fallendi*. Ψιὰ vero ulteriorem derivationem effugit, vox enim est ad sonum efficta.

## II.

# VOCES LATINAE.

### *Abies.*

„Pro apies, *ἀπιείς.*“ Eandem vocabuli derivationem prolixius explicuit SCHEIDIUS Analog. L. Gr. pag. 266 seq., illudque comparat cum *aries* et *paries*, et compositum esse censet ex *ἀπὸ* et *ἰέναι.* Quod vero non facile concesserim, 1) quia nec *aries* nec *paries* ex compositione coaluisse constat, 2) quia, quo modo olim dictum est *ares* pro aries, eodem quoque dici potuit *abes* pro *abies*, 3) quia voci *ἀπὸ*, ex qua *abies* orta esse videtur, etiam sine conjunctione cum *ἰέναι* notio altitudinis inest. Cognata est praepositio *ὑπὸ*, quae radix est nostri *Gipfel*, *Wipfel.*

### *Accipiter.*

„Ab *accipiendo*“, sicut et Germ. *habicht* ab *haben*, capere, tenere.

### *Ad.*

„Ab *ἄδω.*“ Vix ac ne vix quidem crediderim, cum potius ab *ἔτι* derivandum sit, ex quo etiam Lat. *et* ortum est, et quocum Hebr. עַד consonat.

### *Aedes.*

Saepissime errabis, si graecarum latinarumque vocum origines in graeca tantum lingua quaesiveris, nec aut populorum migrationes et consociationes, quibus etiam vocabula peregre allata sunt, aut germina linguarum consideraveris pluribus quidem gentibus communia, sed non ubivis adhuc superstitia. Quodam enim

loco invenire licet verbum quasi adultum et ad perfectam maturitatem perductum, cujus elementa prima, e quibus paulatim adolevit, vel verba cognata, quae communem altioremque originem produnt, in remotis interdum locis recondita sunt. Etymologi est, remota adducere, condita in lucem protrahere: res quidem ardua multisque obnoxia erroribus, quos omnino evitare ne doctissimis quidem hominibus contigit. Parum vero studio linguarum conducit, ex remota tantum similitudine aut soni aut significationis cognationem verborum extorquere, vel ad elementa ista primaria, *ἄω, ἕω, ἴω, ὅω, ὕω, ἄβω, ἕβω,* etc. *ἄγω, ἄδω, ἕγω, ἕδω,* etc. *βάω, γάω, δάω* etc. *βάβω, βάγω* etc. confugere. Hisce praemissis ad *aedes* redeundum est. Quis quaeso eo se duci patietur, ut credat, *aedem* nomen accepisse ab *αἶτος*, quasi sit *adpetitus*, *gratus*, scil. locus. Compares vero cum Germ. *Etter*, et palatinis praefixis, *Gaden, Gatter, Gitter, Kothe*, aut dentali in sibilam mutata, Lat. *casa*, et Hebr. אָמַר, גָּדַר et כָּתַר, et in omnibus hisce vocabulis habebis non tantum easdem fere literas, sed etiam eandem notionem, scilicet *cingendi, sepiendi, habitandi.*

### *Amoenus.*

Mihi quidem a *μένος*, *μῆνις* eodem modo ortum esse videtur, quo nostrum *anmuthig* ejusdem significationis a *muth.*

### *Aerumna.*

Rectissime ad *ἄρω*, *tollo*, refertur; *dolor* enim, cui eadem fere notio inest, pari ratione originem nactus est a *tollo.*

### *Ames.*

Cogn. *hamus*, ideoque ejusdem stirpis.

### *Ancilla.*

Doctissime disputavit Vossius de vocis hujus etymologia, sed ad simpliciora recedendum esse censeo.

*Anna* Suecis est *opus rusticum perficere*, unde Germanorum *anke*, servus, ex quo ortum est diminutivum *ancilla*, serva.

*Anus.*

Ex Lennepii sententia ortum ab *ἀνύω;* sed vocem, sicut vocem ejusdem stirpis *senex*, praestat repetere ab *ἔνος*, *annus:* senex enim et anus *annosi* sunt. Sic etiam *vetus* originem duxit ex *ἔτος*, *annus*, nec procul absum *γέρων* nostro *Jahr* ceu cognatum adserere, si tibi minus placeant, quae supra de hac voce dicta sunt.

*Aperio.*

In indice deest. Liceat tantum observare, quod an ab aliis jam sit observatum, me fugit, *aperire* sive *adperire* verbum factitivum esse *τοῦ adparere:* illud enim est, in lucem producere, hoc, in lucem productum esse.

*Apis.*

Propter *aculeum*, quo armatae sunt apes, ab *acie* derivaverim, notissima literarum labialium et palatinarum permutatione. Pariter etiam *biene* derives a *picken*, pungere; apes enim nominantur *bigen* in Wernheri carmine in honorem S. Mariae.

*Aquila.*

„Ab acumine visus.“ Mihi quidem idem videtur esse vocabulum ac nostrum *Vogel*, familiaque cognatarum vocum sic constituenda:

1. cum digammate: volo, Lat. fowl, Angl. vogel, Germ.

2. sine digammate: ala, ales, aquila. — Volo pro *vogilo*, ales pro *aquiles*, ala pro *aquila*, sicut fowl pro *vogel*.

*Ara.*

„Ab *ἄρω*, *tollo*,“ nisi potius ab *ardeo*, siquidem *ara* locus est, quo ignis ad victimam cremandam imponebatur. Cf. Ihrii Glossar. s. v. *aerill*.

*Arbor.*

Non longe distat ab Hebr. עַרְמוֹן.

*Ardeo.*

Ἄσω, mutata σ in ϱ.

*Arista.*

„Ab ἀϱίω, pp. *quae impellitur a vento*" et Varro R. R. I, 48. „*quod arescit prima.*" Atqui vero magis nobis placet radix ἄϱω, cui notio *eminentiae* inest rerumque, *quae sursum tolluntur.*

*Arundo.*

Unde dicatur, non adparet; nec Germ. *rund* in auxilium vocare ausim, quamquam arundo teres sit atque rotunda.

*Aveo.*

Facile tenteris, originem aut saltem cognationem quaerere in Hebr. אָבָה, *voluit.*

*Baculus.*

Kannius vocem cognatam esse censet Hebraeo מַקֵּל, eadem literarum permutatione, ut in ὄππατα et ὄμματα, πεδὰ et μετὰ, παθοῦσα et μαθοῦσα, etc.

*Bellum.*

„Pro *duellum* sive potius *bduellum.*" Invitis Romanis iisque, qui illos sequuntur, hanc vocem non ad *duo*, sed ad πόλεμος sive πέλεμος (dicitur enim πελεμίζειν) referendam et *bd* ex πτ, πτόλεμος, factum esse puto.

*Bis.*

„Pro *bduis.*" Mihi quidem ortum esse videtur ex pronuntiatione literae secundae Alphabeti *beth, betha, bitha, bees, bis,* quae litera ad signandum numerum secundum (2) adhibebatur.

*Callis.*

Gallorum *carriere* ab hac voce originem duxisse, ex castiliano *calles*, viae, quod in lingua catalonica *carres* pronuntiatur, concludere licet.

*Calvus.*

Considerata literarum palatinarum et labialium permutatione, non valde dubitaverim φαλὸς, *albus,* pro voce cognata habere: *calvis* enim crines superstites *albae* aut *canae* esse solent.

*Caro.*

Nonne cognatio etymologica cum vocabulo σάρξ?

*Carus.*

Radicem agnoscere velim aut saltem cognationem in nostro *küren*, eligere, *bekoorlyk*, venustus, Batav.

*Caseus.*

„A *carendo.*" Vocabulum in lingua latina cognatis orbum originis peregrinae esse videtur, atque e Germania advectum, *Käs*, ab *essen*, edere.

*Clades.*

Propius adest vox cognata *laedere*, quam etiam nostrates habent in *leidigen*, Sueci in *glata, lata*, perdere, Celtae in *llad*, interficere, cui Lat. *letum* addere nullus dubito; quid quod etiam *gladius* ejusdem originis esse videtur?

*Cogo, cogito.*

Plerumque cum Lennepio derivatur a *co-ago*; lubentius assentior Ihrio, qui vocem cognatam esse observavit hebraeo הָגָה, ἡγέομαι, *hug*, (Germ.) mens, cogitatio.

*Colus.*

Contractum esse mihi videtur ex κόγχυλος, eoque cognatum nostro *kunkel*; colus enim *torta* est sicut concha. Nec obest prioris syllabae correptio, vocis enim cognatae *cochleare* prima syllaba etiam corripitur.

*Corium.*

Propius habes κῶς, dor. κῶρ, *pellis*, quam κέκορα, *secui.* Conf. *sepelio.*

*Cortex.*

„A *κείρω*“ aut a *χαράω*, *χαράσσω*, pungo, insculpo, ita ut significatione et stirpe idem sit ac *charta.* vid. p. 1094.

*Costa.*

Kannius rectius derivat vocem ab *ὀστέον*.

*Dens.*

„Pro *edens.*“ Num serio? Continetur in hoc vocabulo; ubi in nostris *Zinne*, *Zinke*, notio rei aut *scindentis* aut *scissae*, quare istarum vocum radix *δαίω*, *δαΐζω*, *divido*, esse videtur.

*Enim.*

Forma tantum a *nam* differt; litera enim e, ut saepius, (v. Analog. p. 203. et p. 507.) originalibus praefixa est.

*Ferrum.*

„A *findendo.*“ Haud crediderim; communem potius stirpem habet cum *aes, eisen, erz*, *aur*-um, *argentum*, *erde*, אֶרֶץ, id *quod e terra foditur*, adeoque ipsa *terra.*

*Ferus.*

„A *fero.*“ Idem ac *θὴρ*, *θηρός.*

*Festino.*

Originem quaeras in Germ. *hast*, *hasten*, properare.

*Filius.*

Vid. *κύων*.

*Fors, fortuna.*

Recte a *fero*, significant enim id *quod fert* et *quod fertur.* Germanis eadem sunt vocabula ejusdemque significationis: *baren*, *fahren*, ferre, *gebeuren*, (Belg.) accidere, *uurt*, *vurt*, eventus, casus, fortuna, Rhab. Maur. *gefahr*, quod casu fertur.

*Gemma.*

„A *γέμω*, turgeo“ potius idem ac nostrum *Kamm*,

i. e. lapidum quaedam species et quidem densa; conf. *ἄδω*.

*Gloria.*

A *κλύω* derivare placet, sicut *laus*.

*Granum.*

Varro quoque R. R. I, 48. a *gero* deduxit.

*Hasta.*

Radicem communem habet cum Angl. *cast*, Suec. *kasta*, jacere, jaculum mittere, ut recte docuit IHRIUS; potius igitur conjungas cum *ἵημι*, *jaculor*, quam cum *ἄδω*, *premo*.

*Herba.*

Derivare mallem ab *ἔρω*, unde et *sero*, aut, quod propius accedit, a *φέρβω*, *alo*, uti *βοτάνη* a *βόειν*, *pascere*.

*Horreum.*

Hebr. גּוּר, מְגוּרָה, granarium, et sono et significatione cognationem cum *horreum* habet.

*Hortor.*

Notio *impellendi* manifesto deprehenditur in cognato Gall. *heurter*.

*Hostis.*

Ejusdem stirpis est cum nostro *gast* et Hebr. גֵּר.

*Ignis.*

Pro *igenis*, ab *igo*, cogn. *ago*. Sic LENNEPIUS. Sit originatio recta, nimis tamen remota est. Vocem cognatam esse censeo cum *ἰπνὸς*, *laterna*, *furnus*, *caminus*, (cf. *πρίαμαι*) adeoque cum nostro *ofen*, Suec. *ogn*, Lat. *focus*, Hisp. *fuego*, Gall. *feu*. Ulterius harum vocum radicem perscrutando ducimur ad *αἴγη*, *splendor*, *αὔω*, *accendo*.

*Imitor.*

Eidem radici assignandum est, ac *simia*, *similis*.

*Inchoo.*

A *κίω*, eo, *go*, Angl., eadem ratione ac *initium* ab *ire*, et *angehen*, *beginnen* a *gehen*.

*Inquam.*

In-*quio* est *ajo* cum praefixa palatina. — Miram verborum, quibus notio *dicendi*, *monstrandi* et *videndi* inest, cognationem sequens tabula praebet, in qua ordinem etymologicum secuti sumus:

1. Verbum simplissimae formae et ceterorum *quasi* radix:

*ajo.*

2. Cum praefixa litera:

*jehen*, *quio*, *ur-gicht.*

3. Cum inserta:

a. *ἔκω*, et permutata gutturali in labialem *ἔπω*.
b. autumo.

4. Cum praefixa et inserta:

a. *cedere*, pron. *kedere*, (*cedo*, *cette*, dic, dicite, obsol.) *quithan*, Goth. *quedan*, Anglosax.
b. *seco*, *sequor* (antiq. pro dico), *sagen*, *sehen*, *zeigen.*
c. *dico*, *δείκνυμι.*

Pari ratione oro, *ἔρω* et *ὁράω*; *φωνὴ* et *φαίνω*; *ὄσσα*, vox, et *ὄσσε*, oculi. Arctam harum notionum conjunctionem facile concedes, si consideraveris, *dicere* idem esse ac *efficere, ut res cognoscatur.* Cf. *κλύω*.

*Integer.*

„*Ἀθιγής*, non tactus.“ LENNEPIUS igitur cum VOSSIO particulam *in* privativam esse censuit. Cum vero secundum Festum *adtegrare* idem sit ac *integrare*, intensionem particula *in* hoc loco exprimit, non privationem, et *in-teger* est valde spissus, sehr *dicht*, (quae vox Germana ejusdem cum *teger* originis est et a *θίγω* derivanda) i. e. *quod in se totum est;* in quo nil eorum deest, quae adesse debent.

*Interpres.*

Posteriorem hujus vocis partem non a πράσσω derivarim, sed potius a φράζω, loquor, *praaten*, Belg., ut *interpres* sit *interlocutor*.

*Laus.*

Lennepius h. l. in derivando haeret. Non vero dubito, quin vocem a κλυτὸς, qs. *lauds*, κλύω, audio, derivem: qui laudem habet, bene audit. *Clod* in lingua Cimbrica *laus* est; nostrum *lob* eidem stirpi adjudicandum.

*Legare.*

Mittere, cogn. *lacka*, Suec. *laecken*, Germ. *currere*, qs. *ire facere*; ילך, *ire*.

*Legumen.*

Quod ante Servium jam Varro R. R. I, 23. a *legere* esse censuit, potius a λήϊον, *seges*, repetendum esse videtur; λήϊα secundum Etymol. M. sunt σιτοφόρα χωρία, pro quo nostrates habent vocem cognatam *Kley*.

*Lignum, lucus.*

Frustra harum vocum in Graecis quaesiveris originem, quam habes in Germ. *lohe, loch, lob, laub*, quod *arborem, frondem, lignum* et *silvam* significat.

*Mendicus, mendum.*

Profluxerunt ex μίνω, μείνω, *minuo*, cognatumque habent Germ. *mangel:* quare *mendicus* non est *maculosus*, sed *cui res necessariae deficiunt*.

*Moereo.*

Cognatum est cum *mors* adeoque natum ex μείρω, divido, qs. *dividor, agitor huc illuc*. Alia vide apud Vossium.

*Mulier.*

Cognatum cum μυλλὰς, scortum. Notissima res est, nomina saepius ab honesta significatione in contumeliosam abire, et versa quoque vice a turpi in decoram.

*Nam.*

Ihrio accedo, qui a νόημα, *intelligo*, derivat, qs. *sciam quisnam*, fac sciam quis.

*Niger, nox.*

Derivanda esse censeo a νύβω, *nubo*, tego, permutatione literarum saepissime obvia. v. πρίαμαι.

*Nugae.*

Mallem derivare a *nux*, ut idem sint ac *nauclum*.

*Opimus.*

Annon ab *opis*, *opes*? Mosero placet derivare a πίων, vel πιμελής.

*Pars, partis.*

Conspirat sono et significatione Hebr. פָּרַד, *divisit.*

*Pellex.*

Vox et Orienti cognita, fortassis illinc allata, פִּילֶגֶשׁ, Gen. XXXV, 32. cf. supra πάλλαξ.

*Pileus.*

Cogn. *pellis* et Goth. *fela*, tegere, *filz*, sicut *huth*, *haut* et *hüten*, ad unam eandemque stirpem pertinent.

*Pluit.*

A λούω, praefixa labiali; pariter πλατὺς sine labiali *latus*.

*Polleo.*

Cogn. *valeo.*

*Proficiscor.*

Ihrius radicem in Suec. et Island. *fika*, tendere aliquo, superesse rite docuit.

*Puer.*

Etymologiam vocis v. in πρίαμαι. Convenit cum illa *gwr*, Celt. *gir*, *girl*, Angl. *earl*, Scand. et *kerl*, Germ.

*Quercus.*

A κέρχος, th. κέρχω, vel potius a κάῤῥων, fortior; sic enim convenit cum *robur* et אֵלָה, quae vocabula et

vires et quercum significant; *kiarkr*, Isl. robur, fortitudo. Nec levis est ASTRUCCII originatio vocis a Celt. *guer* vel *quer*, *vir*-idis, quod sit arbor semper virens. v. BECKMANNI Gesch. d. Erfind. III, 17.

*Saepe*, *semper*.

Annon utraque vox ab ἄψ?

*Sagax*.

A *sapio* deducere nullus dubito, tum ob literarum labialium cum palatinis permutationem saepissime obviam, tum propter ea, quae Cicero (Divin. I, 32.) ait: „*sagire* sentire acute est, ex quo *sagae* anus, quia multa scire volunt, (ergo nostrae *Hexen*) et *sagaces* canes," acute vero sentire nihil aliud est, quam *saporem* acutum habere, *sapere* acute.

*Salus*.

Si originem respicias, *integritatem* significat, ortum enim est vocabulum ab ὅλος, cui respondet Germ. *heel*, quod est *totum*, *nullo loco interruptum nec ulla ratione minutum*. Ex eodem fonte effluxit etiam *solus*, quae vox significat id, quod numero unum, ab aliis sejunctum, sed nulla parte destitutum est.

*Seculum*.

Habet formam diminutivam, quae nomen simplex *secum*, *saecum* supponit. Nisi meliora habes, concedas vocem derivare ab *aevum*, mutata labiali in palatinam et praefixa sibila.

*Sensim*.

A *sentio* ortum esse VOSSIUS putat, eoque dici, quod quid paulatim fiat, ita tamen, ut *sentiatur*. Nimis coacte. Obsoleta in lingua Germana vox adest *seine*, quae *lente* significat: *zuhtekliche und seine*, modeste et lente, WERNHERUS in carmine laudato p. 98. *daz sich erhub seine ein rinch umb die sunnen*, sol sensim circulo cingebatur, ib. 189. coll. 54. 43. Colludit cum *sachte*, *sanft*.

### Sepelio.

Longe discedendum esse mihi videtur a sententia eorum, qui vocem a σπηλαῖον repetunt. Verbum compositione ortum est ex *se*, i. e. seorsim, ut in *se-ditio*, et *pelio*, quod cognatum est cum *pellis* et Ulphil. *fill*, cutis, aliisque similibus, e. gr. *pallium*, Germ. *balg*, *fallere*, i. e. tecte, in obscuro vivere, etc.; a *fill* ortum est *fillan*, tegere, pelle enim vel cute corpus tegitur, et *fillan*, humare. *Se-pelire* igitur proprie est *rem tectam seponere*. Pari modo *spolium* originem duxit ex *pellis*, non ex σπάω, qs. *se-polium*, sine pelle, pelle exuta. Ex quo etiam elucet, quare *spolia* et *exuviae* eadem significatione veniant: utrumque enim secundum ἐτυμότητα *tegumen* corporis *exutum* sive detractum significat. Nec differt nostra *spolii* derivatio a Vossiana: σκῦλον enim ejusdem familiae est, cujus *pellis*, sibila praefixa et labiali in palatinam conversa, sicut et *corium*, mutato, ut saepissime, l in r. Addas *pilus*, *pileus* etc.

### Sepes.

Non tantum cogn. cum σηκός, sed etiam cum κῆπος; vide exempla in πρίαμαι.

### Servus.

Eadem in *servus* et *serere* significationis affinitas inesse mihi videtur, quae in עֶבֶר, servus, et עָבַר, terram colere, cognoscitur. Ingenuos liberosque agrum colere priscis temporibus puduit, laborque iste servis imponebatur. Ceterum cognatio vocabuli *servus* cum *serere* ex eo quoque apparet, quod Festo teste *eritudo*, quod sane idem est ac *seritudo*, dictum olim fuit pro *servitudo*.

### Si.

Recte derivatum ab εἰ, quod, sicut ἐὰν et ἤν, ortum est a verbo εἰμί; *si* enim idem est ac *sit*, e. gr. *sit recedas*, Plin. Ep. VIII, 24. perinde est ac si positum est

set: *si recedas.* Nostrum *wann*, *wenn* etiam cum wesen, esse, conspirat.

*Sitis.*

Ab αἴθω, *uro:* sitis enim *urit* et *siccat* corpus. Sic *durst* a *dürr*, aridus, siccus.

*Specio.*

Derivare quoque poteris a φάω, sibila praefixa; aestimanti vero sensum vocis ex comparatione vocabulorum res similes indicantium videtur derivandum potius esse a *spicare*, πείπειν, *in acumen desinere.* Pariter enim ὄκκ-ος, Hesych. *oc-ulus*, et ἀκ-ούω, *audio*, ab ἄκω, *in acumen desino*, ortum esse patet. cf. Valckenaerii Observat. ad orig. Gr. investig. p. 58. 62. 78.

*Spica.*

In eundem ordinem redigas vocem, in quem collocanda sunt *pingo*, *pigo*, *figo*, *pungo*, *piquer*, Gall. *spitze*, Germ., quibus exprimuntur res, quae pungunt vel in aciem desinunt. Varronis derivatio a *spe* (R. R. I, 48.) ridicula est.

*Taceo.*

„A τάκω." Confer potius, quae diximus ad σιγάω.

*Tranquillus.*

Veram vocis originem invenisse mihi videor, si illam compositam esse puto ex τέρεν, *leniter*, et κυλίω, *volvo*: mare enim, de quo vox primum et proprie usurpata esse videtur, *tranquillum* esse dicimus, si *placidis lenibusque undis* hinc illuc *volvitur.*

*Vagina.*

Derivationibus Vossiorum assentiri haud possumus, sponte quasi sese nobis offerente Graecorum mutatione τοῦ θ in φ, e. gr. θὴρ et φὴρ; sic etiam Neograeci φήκη pro θήκη, v. Crusii Turcograec. pag. 188. 210.; quo facillime expeditur vocis derivatio: *vagina* enim nihil aliud est quam *theca.*

*Vello.*

Adsciscas vocem *pello*, quae similis est significatione et sensu.

*Venus.*

„Ab impetu, quo ruit in amplexus. Th. ἕνω." Superest in Suevia meridionali vox *wäh*, bonus, pulcher, venustus, in lingua Suecica *wan*, pulcher, et in idiomate Celtico *gwen*, risus, *gwener*, Venus. Dijudicent alii, annon in hisce potius vocabulis origo nominis quaerenda sit. Plura de vocis *wäh* antiquitate et propagatione dabimus in libro *Schwäbisches Idiotikon.*

*Vetus.*

V. *anus.*

*Vicis.*

Remotius est thema ἴω, propius habes εἴκω, *cedo,* ex quo et nostrum *wechsel* ortum esse in aperto est.

*Virus.*

Lennepius ab ἴρος derivat, quasi sit gravis dolor, Vossius a vi; non possumus consentire, sed propius vero accedere nobis videmur, si vocis originem ducimus a πῦρ vel *uro:* virus enim *urit;* sic etiam Germ. *eiter,* virus, ab *eiten,* urere.

*Volo.*

Facile noscitur cognatio τοῦ θέλω, quod Turcograeci pronuntiant φέλω. v. Crus. l. c. p. 188.

*Urbs.*

In subsidium etymologiae vocanda sunt עִיר, *orbis, gyrus, curvus.*

*Uter.*

Idem ac πότερος. Sic ἤγανον et πήγανον, ἀλαιός et παλαιός.

### *Uxor.*

Secundum Vossium Fil. ex ξύνωρ, quae vox composita est ex σὺν et ὄαρ, uxor. Eminus petiit Etymologus, quod cominus adest. Origo quaerenda est in jungo, *junxi* et *juxi*, (conjunx et conjux) quod *uxor* dictum sit pro *juxor*, i. e. quae conjuncta est mari, vel quacum se conjunxit maritus; eadem nominis ratione, qua Germani dicunt *Gatte*, *Gattinn*, a *gatten*, conjungere.

III.

DE

# THEOPOMPI CHII EPITOME HERODOTEA

COMMENTATUS EST ATQUE FRAGMENTA EXPLICUIT

G. FROMMELIUS

RASTADIENSIS, SEMIN. PHILOL. HEIDELB. NUPER SODALIS.

Primum si quis juvenis in publicum prodire atque doctis coram virium specimen edere qualecunque audeat, neminem mirari arbitror, si aperte et ingenue profiteatur, subrustico sese quodam pudore teneri veritum, ne causa, quam agendam susceperit, cadat. Etenim frequentissima corona cinctum, ante gravissimorum judicum consessum, et ne solum quidem, sed in eorum comitatu, quorum splendida lux facillime nostram gloriolam exstinguat — ecquem hominem novum tam fortem vidisti, quin timide oculos tollat, strictim adspecturus tot tam praeclara nomina? Utut sit; me quidem certe nunquam poenitebit profiteri, hanc meam causam esse, meque nimis verecundum quam turpiter tumescentem haberi malle. Iam vero, ne verbosior in prooemio deprehensus eas poenas solvam, quas apud Graecos dependere lex erat, vestram ante patientiam benivolumque animum deprecati, accedamus ad ipsum nostrum propositum. Atque in eo miretur fortasse quispiam, cur ex tot Theopompinis scriptis hanc potissimum epitomen elegerim, ubi periculum faciam, cum multo majora eaque praestantiora restarent, ut Philippicae, Hellenicae historiae et quae omnium ore ferantur, ejus *θαυμάσια*, *σύγγραμμα περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν συληθέντων*, alia? Non satis digna esse ejusmodi argumenta, in quibus, ut in exilibus et jejunis, multum operae ponatur; etenim istius epitomes nonnisi apud grammaticos, Suidam, Hesychium, Grammat. Sangermanensem, vestigii quidquam superesse, et ne apud eos qui-

dem praeter singulas voces; nec scribentem nec lectorem, spe frustratos, multum fructus inde percepturos. Quae quanta veri specie in me conjici queant, praeclare sentio; ut vobis, ne amplius etiam hac temeritatis suspicione premar, nunc exponam, quae me permoverint ad provinciam tam male ornatam suscipiendam. Statim igitur, cum illud consilium cepissem [1]), Theopompi fragmenta (cui non dictus Hylas!) colligendi, disponendi et illustrandi, eam mihi rationem in tractandis reliquiis praescripsi, quam ipsum Theopompum, sive tempus, sive materiem spectes, in conficiendis operibus iniisse, probabile videbatur. Atque haec, quae aptissima arbitrabar ad intelligendos veteres historicos, quotquot communi literarum periere naufragio, haec ergo secutus, rem ita sese habere, mecum cogitavi: Isocratem, praeceptorem, quando bene sensisset, cuinam historiarum parti magis sese adplicaret Theopompi, cui Ephori ingenium, qui quidem bini excellentissimi ex ejus ludo historici prodierunt, alteri frena, alteri calcaria adhibuisse, prouti cujusque ingenium sibi posceret: cf. Marx. ad Ephor. fragmm. p. 17. cui adde Ions. de scriptt. hist. ph. I, 9. p. 51.: Ephoro, cui calcaribus opus fuisse antiquitas tradit, antiquiorem Graeciae historiam, Theopompo, ut homini Chio acerrimi ingenii, frenis potius quam calcarium stimulo egentis, recentiorem describendam adsignasse. Inde factum esse, ut Isocrates, quidquid huc facere opinaretur, Theopompum legere juberet; vel puerum semel incitatum ultro necessaria et vidisse et fecisse [2]). Itaque magna historicorum

1) Non est, quod h. l. id consilium uberius exponam. Hoc unum testatum faciam, in eo ineundo auctorem potissimum exstitisse mihi *Fr. Creuzerum*, praeceptorem meum; eundemque mecum communicasse aliquot schedas huc pertinentes, desumtas ex ejus adversariis. Atque hoc nomine me item devinxerunt sibi *F. C. Matthiae*, Professor Francofurtensis, V. C. et *Fr. Xav. Werferus* meus, proh dolor ὁ μακαρίτης.

2) Commode quis h. l. ex me quaerat: Quid tandem tu de di-

volumina, Herodoti, Thucydidis (cujus octavum librum ab ipso Theopompo conscriptum non sine auctore rumor est), Xenophontis (qui ubi finem fecit narrandi, inde perrexit noster) pervolvenda erant, et quos ante nominare debebam, Cadmi Milesii, Hecataei Milesii, Xanthi Lydi, Hellanici Lesbii, aliorum. In his autem Herodotum ipsi inter delicias fuisse, ut diligentissime perlectum in epitomen mitteret, vel res vel rationem, qua totum opus Halicarnassensis digesserit, penitius perspecturus, cum inde constat, quod saepiuscule vel immemori ea sibi excidere passus sit, quae praeoccupasset Herodotus, tum quod sermonis Herodotei flosculos nonnullos decerpserit. Quae ne temere posuisse videar, de singulis videndum. Atque ut ordiar a rebus utrique communiter narratis, Herodot. VII, 126. haec prodiderat: *Εἰσὶ δὲ κατὰ ταῦτα τὰ χωρία καὶ λέοντες πολλοὶ καὶ βόες ἄγριοι, τῶν τὰ κέρεα ὑπερμεγάθεά ἐστι, τὰ ἐς τοὺς Ἕλληνας φοιτέοντα.* Quae in describenda paeonica Philippi expeditione (Olymp. CV, 2. cf. Diod. Sic. XVI, 4. p. 84. ed. Wessel.) iterare Theopompus non putidum existimavit. Athen. XI. c. 51. p. 264. ed. Schw. *τοὺς δὲ Παιόνων βασιλεῖς φησι Θεόπομπος ἐν δευτέρῳ Φιλιππικῶν τῶν βοῶν τῶν παρ' αὐτοῖς γενομένων μεγάλα κέρατα φυόντων, ὡς χωρεῖν τρεῖς ἢ τέτταρας χόας, ἐκπώματα ποιεῖν ἐξ αὐτῶν, τὰ χείλη περιαργυροῦντας καὶ χρυ-*

---

serto Quinctiliani testimonio? Qui quidem Institutt. oratt. lib. X, 1. p. 62. ed. Spald. „*eum* (Theopompum), *antequam ad* „*historiam sollicitatus esset, diu oratorem fuisse atque eo* „*in historia similiorem esse oratori*" expressis verbis doceat. (cf. de Quinctiliani loco Ruhnkenii hist. crit. oratt. grr. p. 162. ed. R.) Historias igitur sero tandem attigit, quo aetatis in acri, ut ferunt, Theopompi ingenio de ejusmodi compendiolis non erat cogitandum! — Audio; neque mehercule Theopompum adultum atque adeo virum hoc fecisse crediderim, sed ante, dum inter rhetorices spatia versaretur, vel sponte sua vel ab Isocrate jussum; qui quo tempore oratoria palaestra puerum exerceret, historicae artis fundamenta poni debere bene vidisset.

σοῦντας. Idem cap. 54. p. 233. περὶ δὲ τὴν Μολοσσίδα οἱ βόες ὑπερφυῆ ἱστοροῦνται κέρατα ἔχειν, περὶ ὧν τῆς κατασκευῆς Θεόπομπος ἱστορεῖ. [3]) — Alterum addam hoc: Theopompus quae libro XLIII. Philipp. de Tyrrhenis narravit, dudum antea Herodotum de pluribus populis prodidisse. Athen. XII, 14. p. 422. Θεόπομπος δ' ἐν τῇ μγ τῶν ἱστοριῶν καὶ νόμον εἶναί φησι παρὰ τοῖς Τυῤῥηνοῖς, κοινὰς ὑπάρχειν τὰς γυναῖκας — τρέφειν δὲ τοὺς Τυῤῥηνοὺς πάντα τὰ γινόμενα παιδία, οὐκ εἰδότας, οἵου πατρός ἐστιν ἕκαστον. ζῶσι δὲ καὶ οὗτοι τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς θρεψαμένοις, πότους τὰ πολλὰ ποιούμενοι, καὶ πλησιάζοντες ταῖς γυναιξὶν ἁπάσαις — χρῶνται δὲ τούτῳ τῷ νόμῳ πολλοὶ καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκούντων, μαθόντες παρὰ Σαονιτῶν καὶ Μεσαπίων. De Massagetis eadem narrantem legerat Herodotum, qui I, 216. Νόμοισι δὲ χρέωνται τοιοῖσδε· γυναῖκα μὲν γαμέει ἕκαστος, ταύτῃσι δὲ ἐπὶ κοινὰ χρέωνται· ὃ γὰρ Σκύθας φασὶ Ἕλληνες ποιέειν, οὐ Σκύθαι εἰσὶ οἱ ποιέοντες, ἀλλὰ Μασσαγέται· τῆς γὰρ ἐπιθυμήσειε γυναικὸς Μασσαγέτης ἀνὴρ, κ. τ. λ. [4]) — Fabulam porro de Sileno a Mida rege capto, quam apud Herodotum ὡς ἐν παρόδῳ tantum significatam invenerat, uberius narratam Philippicorum octavo inseruit noster. [5]) Herodotus autem VIII,

---

3) In regias sedes, opinor, ejusmodi pocula cornea debellatis Paeonibus Philippus reportavit, quae deinde post Persei fata Romam victor detulit Aemilius Paulus. cf. Plutarch. in ejus vit. c. XXXII. ubi verba: ἄλλοι δὲ κρητῆρας ἀργυροῦς καὶ κέρατα καὶ φιάλας, hoc innuere videntur.

4) Quae h. l. de Massagetis, eadem fere de Agathyrsis lib. IV. c. 104. unde illa: ἐπὶ κοινὰ δὲ κ. τ. λ. defluxerunt in cap. 172. Theopompi autem et Timaei historici testimonio hac in re usus est Montacutius ad Photii ep. LXXX. p. 127.

5) Memorabilem Sileni narrationem ap. Aelian. v. h. III, 18., quam diserte inter Theopompi θαυμάσια referat Servius ad Virg. Eclog. VI, 14 et 26., cur equidem ad VIII. Philipp. retulerim (cfr. Creuzeri Studior. Vol. II. p. 295 seq. et ad antiquiss. hist. gr. fragm. p. 172. unde etiam corrigas, quae posuit Heynius Opusc. Acad. Vol. V. pag. 68.), ratio continetur his

138. ita: *ἐν τούτοισι καὶ ὁ Σειληνὸς τοῖσι κήποισι* (sc. *Μίδεω τοῦ Γορδίεω*) *ἥλω, ὡς λέγεται ὑπὸ Μακεδόνων*; quibuscum conferatur Theopompus ap. Aelian. v. h. III, 18. — Thessalica Tempe dulcissime depinxerat Herodotus VII, 129.; idem, sed multo pluribus, fecit Theopompus IX. Philipp. [6]) — Theopompum tanquam maledicentissi-

---

Theonis sophistae progymn. c. II. p. 15. verbis: *καὶ παρὰ Θεοπόμπῳ ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν ἡ τοῦ σελίνου (διήγησις)*. Ubi comparato Dionys. Halic. ep. ad Pomp. t. II. p. 131. ed. Sylb. necessario legendum *ἡ τοῦ Σιληνοῦ (διήγησις)*. conf. Valcken. ad Herod. IV, 188. (cum quo etsi in Dionys. *παρεκβολὰς* lego pro *παραβολὰς*, malo tamen *ἡ τοῦ Σιληνοῦ* quam *ἡ περὶ τοῦ Σιλ.*) et P. Wessel. ad VIII, 138. Huc pertinere arbitror quae ex eodem libro octavo Philipp. servavit Diog. Laert. in prooem. libri primi segm. 9. et quae apud Plutarch. de Is. et Osir. tom. II. pag. 370. B. ed. Francf., addito tantum Theopompi nomine, leguntur. Quodsi vero quis, Diogene Laert. atque Athenaeo, qui ex libro VIII. Ph. de Pythagora nonnulla tradit lib. V. c. 52., inter sese collatis, manifeste apud utrumque Hermippum Callimacheum, qui de Isocraticis scripserat opus, (cf. de eo Voss. de historr. grr. I, 16. p. 83 sq.) laudari, facillime autem Theopompum, sub Sileni persona de mundi origine (quis non meminerit h. l. dissensionis inter Aegyptios et Scythas de vetustate utriusque gentis ortae, quam ex ipso nostro servavit Iustinus?) de antiquissima terrae forma, religionum doctrina, philosophia, aliis sua exponentem decreta, Pythagorae hac in caussa fecisse mentionem, quodsi quis igitur haec omnia secum reputarit, non amplius, opinor, dubitabit, quin latissime patuerit atque ad plura pertinuerit Sileni narratio. Quo rectius Theopompo notam eo nomine inussisse putandus est Dionysius; nobis autem vehementer dolendum de perdita hac egregia narratione, quae, quantum video, Persarum potissimum de rebus divinis doctrinam spectavit. Persarum enim mores Theopompum notissimos habuisse nemo nescit. Cf. Creuz. de Vestig. Theop. et Eph. p. XXVII.

6) Cfr. Valcken. ad Herod. l. l. p. 560, 54. qui sua debet Theoni sophistae prog. II. p. 19. *Ἔχομεν δὲ καὶ ἐν τῇ ἐννάτῃ Φιλιππικῶν Θεοπόμπου τὰ ἐν Θετταλίᾳ Τέμπη· ἅ ἐστι μὲν μεταξὺ δύο ὀρῶν μεγάλων, τῆς τε Ὄσσης καὶ Ὀλύμπου· ῥεῖ δὲ δι' αὐτῶν μέσος ὁ Πηνειὸς, εἰς ὃν ἅπαντες οἱ κατὰ τὴν Θετταλίαν ποταμοὶ συῤῥέουσι.* Ex hoc Theopompi loco hausit procul dubio Aelianus v. h. III, 1., cujus vel verba hic illic cum Theone congruant. Eodem fortasse fonte usus est Dio Chrysostomus, qui, si Philostratum et Synesium audimus, ju ta oratione descripsit Tempe. cf. Isaac. Casaub. diatrib. c. I. p. 5. ed. Fed. Morell. Nostri vero opera bene nota fuisse Dioni, cf. orat. XVIII. pag. 256. et Fr. Creuzerum, V. C. de vestigiis

mum scriptorem pessime a Corn. Nepote, Plutarcho, aliis audivisse, satis inter doctos constat, quippe qui Philippum suum modo inter sidera laudibus tollat, modo infra pessimos atque nequissimos homines detrudat. Qua in causa eadem valere censeo, quae de ipso patre historiae, qui quidem Amasin suum modo egregium principem, modo *μάταιον*, *παιγνιήμονα*, cavillantem amicos combibones, *φιλοπότην* et *φιλοσκώμμονα*, II, 172. fuisse scribat. [7]) Adde quod in utroque scriptore quum digrediendi amor summus fuerit, Noster tamen ita saepiuscule leges migravit, ut merito ei Horatianum illud succlamari posset:

> Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
> Quos ultra citraque nequit consistere rectum.

Quam male eo nomine acceptus sit a veteribus criticis, vide apud Valcken. ad Herodot. IV, 168. Cic. de Legg. I, 1. Koch. prolegg. in Theop. p. 58. Bail. Dict. tom. IV. p. 528. ed. Amst. — Quod vero supra me, postquam de iis, quae post Herodotum narraverit Theopompus, vidissemus, nunc de sermone dicturum scripsi: non est credendum, cur in eo genere vehementer cum Hero-

---

Theop. et Eph. p. XXI. ante Eph. fragm. Atque haud scio an poetae hoc *ληκύθῳ* usi sint.

7) Kochius in prolegg. ad Theop. Chium ita nostri patrocinium contra Polyb. VIII, 11. p. 28. ed. Schw. optime sibi agere visus est, ut distingueret regias virtutes a privatis; regiis eminuisse Philippum, privatas omnino in eo desideratas esse. Quam rationem quamvis non admodum placere video Valckenario (in oratione de Philippi moribus, rebus gestis et cett., inter oratt. Valck. et T. H. p. 236. cf. Acta liter. Ienens. 1804. nro. 50. p. 396.), favet tamen ei egregie is vir, qui si ad historias scribendas manus admovisset, non minore laude atque oratoria perhibendus esset, (conf. Corrad. Quaest. p. 482 seq. ed. Bas.) Cicero, pro rege Dejot. cap. X. „Quid deinde? furcifer quo „progreditur? ait, hac laetitia Dejotarum elatum, vino se ob„ruisse in convivioque nudum saltasse. Quae crux huic fugi„tivo potest satis supplicii afferre? — *Frugi hominem dici*, „*non multum habet laudis in rege: fortem, justum, seve*„*rum, gravem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem;* „*haec sunt regiae laudes; illa privata est.*“

doto discrepuerit, immo vero non a vero abhorreret, si statueres, nonnihil certe similitudinis inter utrumque intercessisse. Grammaticus namque Bekkeri nescio quis in Anecdott. Vol. I. p. 107. 4. ait: λόγον ἔχειν, ἀντὶ τοῦ φροντίζειν, Θεόπομπος. quem vel emenda, vel supple ex Suida s. v. Λόγον ἔχειν, ἀντὶ τοῦ φροντίζειν, Θεόπομπος Φιλιππικῶν α. Atqui eodem plane sensu hanc φῆσιν usurpavit Herodotus lib. I, 62. 115. 190. II, 111. modo addito, modo omisso gignendi casu, pro: curam habere alicujus rei, curare aliquid. Platoni quidem λόγον ἔχειν est: ratione praeditum esse, cogitare de aliqua re, Phileb. p. 62. ed. Steph. Phaedr. p. 228. c. Euthyd. p. 415. ed. Heindorf. atque ex Platone Aristides Vol. II. p. 555. ubi pro τὸν ὅλον leg. τὸ ὅλον, quod expressit Canterus. cfr. p. 557. Uti autem Theopompus ab Herodoto sumsisse videri potest, ita Herodotus a Pindaro, qui quidem ita Olymp. VIII, 6. ibiq. Schol. et Heyn.

Quanti Herodotum fecerit Theopompus, vidimus; ut neutiquam mirere, si ejus libros in epitomen reduxisset. Restat igitur, ut probemus, reapse hoc factum esse. In ea vero causa, ut sexcenties alibi, ex sola Grammaticorum auctoritate pendemus: etenim Suidas s. v. Θεόπομπος pluribus interjectis ita pergit: Ἰσοκράτους ἀκουστής· ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν βιβλίοις β΄. — Ioannes Meursius, qui primus, ni fallimur, hunc Grammatici locum illustravit, (cf. ad Hesych. Miles. de viris illustr. p. 186.) nihil vitii in eo suspicatus nonnisi de librorum epitomes numero ea monuit, quae infra in examen vocanda sunt. Septennio post, ut meliora edoctus, in commentario ad Apollon. Dyscol. pag. 97—115. idem vir doctus leniter post ἅμα Ἐφόρῳ interpungens, sublata proxime praecedente virgula, locum ita sanum restituit: Ἰσοκράτους ἀκουστὴς ἅμα Ἐφόρῳ· ἔγραψεν ἐπιτομὴν κ. τ. λ. Meursium sequu-

tus est Ruhnkenius, cfr. Marx. ad Ephor. fragm. p. 54. at Kusterus veterem maculam religiosa manu servavit. Nil mirum, quum ne Vossius quidem sibi plane a prava ista interpunctione cavisset; qui tantum abfuit ut emendaret, ut erroris potius inde Suidam reum faceret, haec in syntagm. de histor. gr. I, 7. p. 28. scribens: „Etiam „duobus libris complexus fuit (Theopompus) epitomen „historiarum Herodoti: et ne alium putes Theopom-„pum, disertim dicit Suidas, eam epitomen concinnasse „unâ cum Ephoro, aequali suo. Sed parum mihi fit „verisimile, duos tantos viros huic uni rei incubuisse: „praeterea cum praeter Suidam, ut arbitror, nemo „ejus operis meminerit. Quare censeo fuisse Theo-„pompi alicujus junioris, quisquis tandem ille fuerit, „ut et superius dicebamus.“ — In omnia alia ergo discedunt Meursii atque Vossii de Suidae loco sententiae; quamnam vero sequi nos deceat, egregie docuit tot aliarum persanequam difficillimarum caussarum aequissimus judex, Cl. Davides Ruhnkenius. Is dum Parisiis in mediis regiorum codicum largis dapibus, ceteroquin ipsi Gallorum genti, si a paucissimis discesseris, sic satis ignotis, tanto literarum humaniorum fructui nonnisi per annuum spatium esset, Phrynichi aliorumque Codicem, seculi fere decimi, cujus specimina aliquot dudum ante in vulgus emiserat Bernard. Montefalconius (Biblioth. Coisl. p. 457 seqq.), suis ipsius oculis usurpavit, ejusque apographum V. D. Gally, hominis Britanni, opera sibi comparavit (cfr. Praefat. ad Tim. p. XVIII.). Atque ex Grammaticorum, qui illo codice continebantur, unius auctoritate, quem nonnisi probatissimos scriptores ut testes, quemadmodum deceat intelligentem caussae actorem, excitare ait Bastius, (apud Schaef. ad Greg. Cor. p. 155 seqq.) Theopompo (in hist. crit. orr. grr. p. 164. ed. R.) felicissimo successu contra Vossii obelum patrocinatus est. Meursius, quem nescio quo factum sit ut illius emendationis poeniteret, paulo

subtilius quidem, atque Vossius, rem suam gessit. Etenim quum Dionysius Halic. t. II. p. 131. ed. Sylb. (t. V. p. 782. R.) in recensendis Theopompi scriptis hanc nostram epitomen silentio praetermitteret, ille Vir Cl. nunquam Theopompi eam fuisse confidenter colligit. cfr. ad Hesych. Miles. p. 155 seqq. Dionysii autem l. l. haec verba sunt: *Θεόπομπος δὲ Χῖος ἐπιφανέστατος πάντων Ἰσοκράτους μαθητῶν γενόμενος, καὶ πολλοὺς μὲν πανηγυρικούς, πολλοὺς δὲ συμβουλευτικοὺς συνταξάμενος λόγους, ἐπιστολάς τε ἀρχαϊκὰς γραφομένας καὶ ὑποθήκας ἄλλας, λόγου ἀξίαν ἱστορίαν πεπραγματευμένος, ἄξιος ἐπαινεῖσθαι.* At, quaeso, quis inde tela ad confodiendam epitomen depromserit? Dionysius, nisi me fallit, scripta ea tantum recensens, quae facerent ad accurate describendas Theopompi indoles, huius compendii, qualecunque demum fuerit, neutiquam mentionem injicere debebat; atque male, opinor, huc traxeris quae extremo fere loco leguntur, *καὶ ὑποθήκας ἄλλας*, quae, cum epitome perexiguum foret argumentum, rectius capienda videntur de *συγγράμμασι, περὶ τῶν ἐκ Δελφῶν χρημάτων συληθέντων* et *περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνος διατριβῆς*, aliisque nonnullis opusculis, quorum fragmenta plurimam partem servavit Athenaeus. 8)

---

8) „De voce *ὑποθήκας* h. l. videtur anquirendum, cum omiserit „Kochius de Theop. pag. 47. In Reiskii editione vertitur: et „adhortatorias alias, ut ad epistolas pertineat. Et reapse *ὑποθῆκαι* sunt saepiuscule idem quod *παραινέσεις* (Grammat. in „Cod. Palat. nro. 132.) praeceptiones ad vitam instituendam. „2) Cum vero *ὑποθήκη* idem quoque sit, quod *ὑπόθεσις*, il„lud *ὑποθῆκαι* possit etiam dictum esse pro *ὑποθέσεις* i. q. „*πλαστὰ ἐπιχειρήματα*, i. e. orationes super rebus fictitiis — „quod congruere videtur cum epistolis *ἀρχαϊκαῖς*. 3) Vel si „*Ἀχαϊκὰς* legas (vid. Sylb.), *ὑποθῆκαι* sive *ὑποθέσεις* possent „esse quaestiones finitae forenses. De his significationibus vo„cis *ὑπόθεσις* vide locos, quos congessit Ern. Lexic. Technol. „graec. rhet. p. 364. 4) Sed illud tamen nec minus reputan„dum est, quod *extremo loco* positum est illud *καὶ ὑποθήκας* „et adjunctum habet *ἄλλας*, quod universae alicui significationi „accommodatum est magis, qualia sunt *argumenta*. Proxime

Tanta opus erat contentione, ut Theopompo restituerem ea, quibus quamvis temporum injuria pepercisset, docti manus injicere conati fuerant. Nunc, si placet, de hujus epitomes librorum numero videamus. Atque in ea caussa iterum advocandus Suidas, qui quidem l. l. binis libris eam contentam fuisse, βιβλίοις β̄, tradit; reliquorum Grammaticorum, quantum memini, nemo est, qui aliena prodat. Quid? quod ne haec quidem intacta reliquerit Meursius, cujus quae huc spectant ex comment. ad Hesych. Miles. p. 187. transscribam. Sunt autem haec: „Et ad illam (sc. epitomen) „putem spectare etiam ista Sophoclis ad Apollonii Argo-„nautica IV. (vers. 272.) ἀκριβέστερον δέ ἐστι περὶ αὐτοῦ „παρὰ Ἡροδότῳ. Θεόπομπος δ᾽ ἐν τρίτῳ Σέσωστρον „(Schol. edit. et Paris. habent Σέσωστριν) αὐτὸν καλεῖ. „Ἡρόδοτος δὲ προστίθησιν κ. τ. λ. Sed ait Suidas, huius „ἐπιτομῆς tantum duos fuisse libros; atqui hic citatur „tertius. Necessario in alterutro mendum ex confu-„sione numerorum.“ Ergo ne ab ea quidem parte sanus Grammatici locus. Ut legatur θ̄ pro β̄, quae confundi docet Bast. comment. palaeogr. p. 709.; quodnam, per Deos immortales, hoc foret compendii genus, ubi tertio demum libro ea narrarentur, quorum nonnisi secundo mentionem fecisset ipse auctor in epitomen redigendus! Hocne esset epitomen concinnare, an potius ordinem plane disturbare? Ex Scholiasta Apoll. l. l. igitur Suidae non adhibebis medelam; neque vero ex Suida corrigendus enarrator. Sed, ut breviter absolvam, alio referenda sunt, quae Schol. habet; is, ut est post Athenaeum pro doctissimo habendus (cf. Valcken. ad Catulli eleg. Callim. p. 68.), procul dubio illam epitomen lecturis significasset, cujus rarior notitia erat.

---

„ὑποθέσεως est; argumenti — materiae.“ — Haec me, postquam mea jam chartae tradideram, monuit V. Cl. Fr. Ceuzerus, atque publico ea debere nefas arbitrabar.

Quod cum facere neglexerit, restat, ut aliunde sua desumserit. Atque potuit vel ex Philippicis vel ex Hellenicis historiis; de utrisque igitur videndum. Theopompea si nude laudantur, non addito operis nomine, semper fere de Philippicis cogitandum, conf. Voss. de Hist. gr. I, 9. p. 29.; quae cum essent primarium copiosissimumque ejus scriptorum, οὕτως ἁπλῶς laudare ea consuescebant posteri scriptores. Atqui tertio Philippicarum libro Sesostridis nulla potuit esse mentio, quantum ex Diodoro Sic. (qui libro XVI. Theopompum expressit, cfr. Wessel. ad Diod. XVI, 3. p. 84. Koch. prolegg. ad Th. Ch. p. 56. et Heyn. de font. Diod.) colligere licet, nisi vero scriptorem nimio τῶν παρεκβολῶν amori indulsisse arbitrere. Etenim exposuerat in eo de urbe Philipporum, quae antea nomen *Δατὸς* atque *Κρηνίδες* habuit [9]), de belli paeonici reliquiis, de expeditione illyrica [10]); belli adversus Thraces primordia eo contenta fuisse, atque res circa Amphipolin ex parte, cf. Steph. Byz. s. v. *Ζειρινία* et Harpocr. s. v. *Ἱέραξ*. In his autem omnibus nusquam Sesostridi, Aegyptiorum regi, locus. Excidisse potius crediderim vel enarratoris ad Apollonium σφάλματι μνημονικῷ vel librariorum incuria vocem *Ἑλληνικῶν* vel *τῶν Ἑλλ.*; quorum quum tertio libro Agesilaum in Aegypti oris adpulisse narraretur, Athen. XV, 18. p. 465. ed. Schw. [11]), facillime

9) Cf. Harpocr. s. v. *Δατὸς*, Apost. prov. Cent. VI, 47. ubi pro εγ l. g. ἐν γ: sed falsus est interpres latinus, qui pro ἐν γ Φιλιππικῶν legisset ἐν νγ Φ., alias enim non poterat vertere: *libro LIII de rebus gestis Philippi.* cf. Diod. Sic. XVI, 3. 71. Marx. ad Eph. fragm. p. 186.

10) Bellum paeonicum libro II. attigisse Theopompum, supra vidimus; expeditionem Illyricam huc pertinere, vid. Harpocr. s. v. *Πανδοσία*. Nunc non adtinet dissolvere nodum, quem exhibet Harpocr. s. v. *Ἐλάτεια*, cujus urbis una cum Pandosia mentionem facit ex libro LIII. Philipp. Utrum et hoc loco ἐν γ et ἐν νγ confusa?

11) Huc pertinet Plutarch. Ages. XXXV.; ubi extremo fere cap.

Sesostridem memorandi ansa aderat. Possum falli; sed illud quovis posito pignore contenderim, non ex epitoma Herodotea sua memorare scholiasten, neque Suidae lectionem, *βιβλίοις β̄*, nisi aliunde urgente necessitate, esse mutandam. — Atque haec hactenus de compendii libris; nunc de ejus ratione. Quam profecto longe aliam cogitare oportet eum, qui tantum fragmenta ex eo nominatim laudata spectat, aliam, qui Wesselingium, meum in hac caussa ducem, sequatur, aliam denique, qui cum Toupio sentiens *διαβεβοημένον* illud Theopompi fragmentum, quod legitur apud Longin. π. Ὑψ. XLIII. p. 104. ed. Weisk., inde desumtum putet. Quae extremo loco posui, nunc prima fient, atque ita deinceps reliqua. Longinus autem l. l. ita: *Παρὰ γοῦν τῷ Ἡροδότῳ κατὰ μὲν τὰ λήμματα δαιμονίως ὁ χειμὼν πέφρασται — ὁμοίως καὶ ὁ Θεόπομπος ὑπερφυῶς σκευάσας τὴν τοῦ Πέρσου κατάβασιν ἐπ᾽ Αἴγυπτον, ὀνοματίοις τισὶ τὰ ὅλα διέβαλεν. Ποία γὰρ πόλις ἢ ποῖον ἔθνος τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπρεσβεύσατο πρὸς βασιλέα; τί δὲ τῶν ἐκ τῆς γῆς γεννωμένων ἢ τῶν κατὰ τέχνην ἐπιτελουμένων καλῶν ἢ τιμίων οὐκ ἐκομίσθη δεῦρο ὡς αὐτόν; οὐ πολλαὶ μὲν καὶ πολυτελεῖς στρωμναὶ καὶ χλανίδες, τὰ μὲν ἁλουργεῖς, τὰ δὲ ποικιλταὶ, τὰ δὲ λευκαὶ, πολλαὶ δὲ σκηναὶ χρυσαῖ, κατεσκευασμέναι πᾶσι τοῖς χρησίμοις, πολλαὶ δὲ ξυστίδες καὶ κλῖναι πολυτελεῖς; ἔτι δὲ καὶ κοῖλος ἀργυ-*

---

pro *Θεόφραστος* leg. *Θεόπομπος*, quae nomina confundi, conf. Ruhnk. h. cr. p. 163. et Creuz. Symb. t. I. p. 224. — De muneribus Agesilao advenienti oblatis Theopompus exposuerat libro XIII. Philippicorum, cf. Athen. IX, 42. XIV, 74. Ibidem de Chabria, Athen. XII, 43. quem locum pressule transtulit Corn. Nepos Chabr. c. III. cf. Fr. A. Wolf. proiegg. ad Leptin. p. LIV. Koch. prolegg. in Theop. Ch. p. 44. Nostrum, suppresso auctoris nomine, descripsit Aelianus var. hist. III, 47.; quod haud raro Sophistam fecisse, olim Diis faventibus ostendam. Possis igitur, si malles, credere, Scholiastam Apoll. Rhod. librum decimum tertium Philippicorum innuisse, quum *ἐν γ̄* atque *ἐν ιγ̄* facillimo errore confundantur. De XIII. hoc Phil. libro cfr. not. 16).

ρος καὶ χρυσὸς ἀπειργασμένος, καὶ ἐκπώματα καὶ κρατῆρες, ὧν τοὺς μὲν λιθοκολλήτους, τοὺς δ' ἄλλους ἀκριβῶς καὶ πολυτελῶς εἶδες ἂν ἐκπεπονημένους; πρὸς δὲ τούτοις ἀναρίθμητοι μὲν ὅπλων μυριάδες τῶν μὲν Ἑλληνικῶν, τῶν δὲ βαρβαρικῶν, ὑπερβάλλοντα τὸ πλῆθος ὑποζύγια καὶ πρὸς κατακοπὴν ἱερεῖα εἰς ταυτά· καὶ πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι, πολλοὶ δ' οἱ θύλακοι, καὶ σάκκοι καὶ χάρται βιβλίων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων χρησίμων. τοσαῦτα δὲ κρέα τεταριχευμένα ἱερειῶν, ὡς σωροὺς αὐτῶν γενέσθαι τοσούτους, ὥστε τοὺς προσιόντας πόῤῥωθεν ὑπολαμβάνειν ὄχθους εἶναι καὶ λόφους ἀνωθουμένους. [12]) Integrum hunc locum transscripsi, non pagellas hasce impleturus, sed ut unicuique pateret, quodnam id compendii genus sit, ubi in ejusmodi descriptiones incidamus. Binis igitur, aut, si mavis cum Meursio facere, ternis pluribusve libris haec epitome circumscripta erat, quae, si ubique eandem decurtandi scilicet! rationem servavit Theopompus, ipsarum Musarum, quales hodie in manibus sunt, volumen longe excedere debebat. Credat Iudaeus Apella. Cur vero tam proclives ad hunc errorem se dederint Viri docti, nullus miror; quo nil facilius excogitari potest. Vicina utriusque scriptoris nomina, notissima Theopompi in exaggerandis oratione rebus luxuries, colores hinc inde Herodotei [13]), ipsa Longini verba: σκευάσας ὑπερφυῶς τὴν

12) Sequitur post haec verba ἡ κρίσις Longini, merito improbantis Theopompeae orationis tenorem inepte interruptum. Noster eadem de caussa Demetrio Phaler. περὶ ἑρμ. §. 75. unâ cum aliis δεινὰ οὐ δεινῶς λέγων audit; cujus vero verba potius ad acerbissimam illam invectionem in Philippum ejusque familiares libro XLIX. contentam (quam vide sis apud Koch. p. 32 seqq.) retulerim.

13) Theopompus apud Long.: κλῖναι πολυτελεῖς — ἐκπώματα καὶ κρητῆρες, ad quae cfr. Herod. I, 50 seq. ad Theopompi illa: ποία γὰρ πόλις ἢ ποῖον ἔθνος τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπρεσβεύσατο πρὸς βασιλέα; τί δὲ κ. τ. λ. cfr. Herodot. VII, 21. IX, 80. Similitudinem quandam intercedere, jam vidit Valcken. ad Herodot. III, 115. p. 254, 50. cui adde. ne extra

*καταβασιν τοῦ Πέρσου ἐπ' Αἴγυπτον.* Quid? quod adeo pervulgatum pessimeque per totam antiquitatis historiam notatum fuerit Cambysis nomen, ut *ὁ Πέρσης*, si quis de regis ex Asia in Aegyptum descensu loqueretur, facillime esset Cambyses. Ecquid vidisti, quod magis veri speciem prae se ferat? Nequaquam; nondum ea sunt, ut me pedibus, quod aiunt, ad doctorum virorum sententiam trahant. Meliora me penitior summi scriptoris fragmentorum notitia edocuit; quae si et Vobis quoque adprobavero, multum mihi profecisse videbor. Athenaeus enim lib. II, 23. p. 172. ed. Schw. haec: *καὶ Θεόπομπος δέ φησι, πολλοὶ μὲν ἀρτυμάτων μέδιμνοι, πολλοὶ δὲ σάκκοι καὶ θύλακες βιβλίων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν χρησίμων πρὸς βίον,* [14]) particulam, ut observarunt VV. DD. ad Long. l. l., istius fragmenti satis prolixi laudat. Is vero, ut erat religiosissimus in lau-

---

septa vagari videar, ex ipso Herodot. I, 4. 60. III, 139. IV, 12.; quum multi sint scriptores veteres, eorumque imitatores, sophistae, in opponendis *τοῖς Ἑλληνικοῖς* atque *βαρβαρικοῖς*.

14) Cum multa variant, tum duplex occurrit forma *θύλαξ* atque *θύλακος*, cf. Ruhnk. *ὁ πάνυ* ad h. l. p. 469. ed. Weisk. et ad Callim. fragm. p. 557. ed. Ern. cui adde Valcken. ad Adoniaz. p. 285. A. Piers. ad Ael. Herod. p. 442. Intt. ad Gregor. Cor. p. 337 seqq. ed. Sch. Ex Aeolum more, e quarundam vocum genitivo novos casus nominativos effingentium, hoc factum traditur; ita *μάρτυρ* et *μάρτυρος* (Hom. Iliad. II, 303.), *διάκτωρ* et *διάκτορος*, *δίπτυξ* et *δίπτυχος* (*δίπτυχι*, sc. *πλάτη*, ut *ναῦς δίκροτος* dicitur, in Eurip. Iphig. Taur. vers. 242. pro *δίπτυχοι*, sc. *νεανίαι*, quod intactum reliquerant Bentleius ad Malalam et Io. Piers. Veris. I, 2. in., temere lecturum me retinuerunt ejusdem fabulae vers. 477. et 1300.), *βλὰξ* et *βλακὸς* (unde *βλακώτερος*, conf. Matth. §. 129, 6.), *Χάλυψ* et *Χάλυβος* (hoc usurpaverat Hecataeus, vid. Steph. Byz. s. v. Valcken. ad fragm. eleg. Callim. p. 157 seq.). Formam *θύλακον* Herodoto III, 46. jure mihi reddidisse videtur nuperrimus editor, quum apud eundem et *φύλαξ* et *φύλακος* occurrant, II, 114. 121. III, 4. 48. 77. IV, 97. 103. VI, 97. VIII, 104. IX, 81. in compositis retinetur *φύλαξ*, ut *τειχοφύλαξ*, III, 157. *χρυσοφύλαξ*, VI, 13. 27. nam quod III, 105. est, *θυλάκιον*, ab utraque forma derivari potest. *θύλακος* apud optimos scriptores legitur, ut Aristoph. Vesp. 1088. Lucian. de merc. cond. p. 263. ed. Bip. et alibi. Alia hujus vocis forma est *θύλας*, cf. Toup. append. not. et emend. Theocr. t. II. p. 435. ed. Heind.

dandis veterum locis, utique non neglexisset lectorem de epitoma illa monere; quod cum omisisset, rursus de Philippicis cogitandum. [15]) Latissimum profecto campum! quo si quis oberrans pedem forte lapidi impingat, veniam erroris petitam impetratamque ab aequo judice velim. Binae autem in tanta materiae mole patent viae, quibus, si quid video, nos inde expedire possumus; altera est, ut de alio Persarum rege, in Aegyptum, largis instructo copiis, descendente explicemus, quae apud Longinum leguntur, altera, ut de ipso Cambyse. Etenim Aegyptii, ut inde ordiar, saevissimum Persarum imperium sic satis perosi, plus simplici vice (cfr. Morus de tempore paneg. Isocr. p. XIX. ed. tert.) nobile consilium inierant, patriam liberandi ab alienigenis istis, quorum princeps aliquando vel ipsum Deum summa religione a sese cultum gladio transfodisset, ne reliqua persanequam crudelissima facinora, quae melius leguntur apud ipsos rerum scriptores, Herodotum, Diodorum, alios, repetamus. Ab his ergo dulce natale solum purgandi studium Aegyptiorum erexerat animos. Variam in exsequendo hoc consilio experti fortunam Evagoram tandem, Salaminis Cyprique regem, bellum adversus Persas gerentem, auxiliis adjuvare decreverunt. Quo factum est, ut Artaxerxes (cf. Diod. Sic. XV, 1 — 41.) bellum pararet in

---

15) Ita, ut hoc unum delibem, lib. II, 23. pag. 172. ed. Schw. *καθάπερ καὶ τὸν Φρύγα Μίδαν φησὶ Θεόπομπος, ὅτε ἑλεῖν τὸν Σειληνὸν ὑπὸ μέθης ἠθέλησεν κ. τ. λ.* ex octavo Philippicorum profert, quin addiderit operis nomen aut libri numerum; neque memorat ejus *Θαυμάσια*, quae in posterae aetatis rationes (cfr. Marx. ad Ephor. fragm. p. 32.) et in his praecipue in Callimachi rationes transscribenda sunt, cf. Berkel. ad Steph. Byz. s. v. *Κράνων*, pag. 477. et Spanh. in Callim. h. in Del. 138. ubi vero illud probe tenendum, Callimachum non *ἐκλογὴν παραδόξων* concinnasse ex Theopompi *Θαυμασίοις*, sed excerpsisse *τὰ θαυμάσια* ex ejus operibus, conf. Bentlei. ad Callim. fragm. p. 446. ed. Ern. et Creuz. ad fragm. antiq. hist. gr. p. 172.

ipsos Aegyptios, Iphicrate atque Pharnabazo ducibus praefectis; plures annos in colligendis undique copiis consumsit Pharnabazus, et, si Diodorum XV, 41. p. 34. ed. Wess. audimus, *τῶν — τὴν ἀργυρᾶν καὶ τὴν ἄλλην κατασκευὴν κομιζουσῶν (νεῶν) πολὺς ἦν ἀριθμός*. Atqui hujus belli primordia descripsit Theopompus libro XII. Philippicorum, vid. Photii Bibl. cod. CLXXVI. [16]) Quidni vero inde profectum statueris illud fragmentum, quod penes Longinum exstat? — At cui haec non arrident, quique forte ne ab Athenaeo quidem integra Theopompi scripta inspecta esse arbitratur, cum antea Diodorus quinque Philippicorum libros intercidisse (ita capio cum Wesseling. et Voss. illud *διαφωνεῖν* apud Diod. XVI. init.) testatus sit, posteaque Photius nonnisi rara felicitate duodecimum Phil. librum sibi

16) Non me fugit, quae Wesseling. ad Diod. Sic. XIII, 42. pag. 573. posuit, cujus sententiam doctissimus Kochiani libelli censor (Ienens. act. litt. 1804. n. 50. p. 400 seqq.) ita arripuit, ut vix novi quidquam atque a Wesselingiana mente diversum excusurum putet libelli auctorem. At vero, ut paucis defungar, quae olim *σὺν θεῷ* uberius explanaturus sum, neutiquam de Hellenicis, ut fecit V. Cl. Wesselingius, sed de ipsis Philippicis capiendum puto Photii locum. Mediis enim his inserta fuit narratio illa de Artaxerxis cum Evagora bello, de Nectanebo, aliis; quae quum exposuisset libro XII., pergit jam XIII. de Agesilai in Aegypto adventu, Athen. IX, 32. p. 416. de Chabria, XII, 43. p. 476. cf. supra not. 11). Quos quidem utrosque res in Aegypto gessisse, ex Plutarchi Ages., ex Diod. Sic. atque adeo ex uno Nepote patet. De Theopompi Hellenicis non esse cogitandum, inde colligi potest, quod tertio eorum Agesilaus in Aegyptum profectus narrabatur, conf. supra. Quae quamvis non ita a vero aut certe veri simili abhorrere videantur, insunt tamen in Photii verbis ea, quae meos circulos mirifice conturbant: sunt autem haec: *καὶ ὡς Νεκτενίβιος παρειληφότος τὴν Αἰγυπτίων* (al. *Αἰγύπτου*) *βασιλείαν πρὸς Λακεδαιμονίους πρέσβεις ἀπέστειλεν Εὐαγόρας*. Atqui *Agesilai ope* principatum contra Tachum atque Mendesium obtinuisse Nectanabin, narrat Plutarch. Ages. c. XXXVI — XL. Ergone Patriarcha, alibi quoque occupatissimus, haec sibi excidere passus putari debet potius, quam Theopompo tribuisse, quae Callisthenis aliusve cujusvis scriptoris fuerint? Ingenue autem fateor, me praeterea duodecimi hujus libri ne tantum quidem invenisse; ut mature intercidisse videatur eoque praeclarius suam spartam ornarit Photius.

oblatum sese legisse prodat, quem Menophanes aliquis item periisse dixisset — qui igitur de ipsa Cambysis expeditione intellecta velit, quae leguntur apud Long., e non vehementer obsto, immo aliam significabo rationem, qua explicare queat hunc nodum. Etenim Theopompus, ut erat digressionum amantissimus, historiam antiquiorem scriptis suis, ubi commode fieri posset, inseruit (conf. Creuz. V. Cl. de vestig. Theop. et Eph. p. XXVII seq.); curni ergo ex ea Philippicarum sive Hellenicarum hist. parte illud desumsisse Longinum putemus, qua Cambysis (minus recte Xerxem quidam intellexerunt, cf. Casaub. ad Athen. II, 77.) expeditio in Aegyptum facta narrabatur? Quae si amplectere, minus tibi facessent negotii Longini illa: *σκευάσας τὴν κατάβασιν*, quae me per tempus haud leniter irretitum tenuerunt. [17]) Miror autem, quid Kochio, ceteroquin doctissimo viro, in mentem veniret, quum in Rupertii Magaz. für Philol. t. I. p. 264. a Longino Theopompi hanc epitomen nominari satis confidenter proderet, quod praeter Kochium neminem, si Diis placet, vidisse arbitror. — Longe aliam, ut eo revertar, unde huc delatus sum, hujus epitomes rationem necesse est cogitent ii, qui nonnisi fragmenta, nominatim a Gram-

17) In hunc censum refero, quae scripsit V. Cl. Valckenaer. ad Herodot. VIII, 88. p. 660, 5. *οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες κ.τ.λ.*] „Dicti „vehementiam Trogus infregit, Theopompum forte secutus; „hinc Iustinus II, 12. ex Iustino Orosius p. 113.“ Trogum autem his in rebus tantum non omnibus expressisse nostrum, cf. Heeren. V. C. de fontibus Iustini in comment. soc. Gotting. t. XV. p. 213. Ea nemo fere negare potest, qui comparaverit Herodot. I, 216. cum Iustin. I, 6. Herod. I, 211 — 215. cum Iust. I, 8. Herod. III, 136. cum Iust. I, 10. plura eaque meliora etiam vid. apud Heeren. l. l. Recentioris tantummodo Artemisiae mentionem inter Theopompea reperio, Harpocr. s. v. *Ἀρτεμισία*, quam item in *λόγῳ ἐπιταφίῳ*, super Mausoli conjugis tumulo recitato, attigisse videtur. Quae vero apud Harpocr. s. v. *Μαυσωλὸς* et inde apud Suidam s. v. ex Theopompo de illo Cariae satrape legimus, parentationem praeclare scilicet! sapiunt; ut ex ejus historiis desumta esse credantur, cf. Phot. lex. gr. p. 186. et nos in not. 21).

maticis ex ea laudata, inter se comparaverint. Praeter Suidam autem s. v. *σπουδάζω* (quem locum ante mutilum ex Mscr. Paris. redintegravit Kusterus) atque unum ex grammaticis, quos exhibet Vol. I. Anecd. Bekk., nemo, quantum expiscari potui, epitomen nominavit; uterque vero nonnisi singulas voculas. Quae quidem ita comparatae sunt, ut Theopompus hoc compendium concinnans hinc illinc Herodoti verba vel retinuisse vel, jubente dialecto, cum Atticismo commutasse videatur. Itaque Grammaticorum, si quando Atticistas agere cuperent, expeditum fuit negotium in scribendis utriusque dialecti legibus; conferenda tantum epitome cum ipso Herodoto, ut pateret, quid in ionico scriptore probavisset sive rejecisset attice aut certe *κοινῇ λέξει* scribens (Theopompum enim in iis pono, qui medii steterunt inter atticum sermonem et eum, qui deinde Alexandriae effictus est. In multis Nostrum praeceptoris sui vestigia legisse, tradit Photius Cod. 176. p. 204. ubi forte leg. *πολλὴ γὰρ ἐν τοῖς Θεοπόμπου ἡ κατὰ ἰδέαν μίμησις τῶν παρ' Ἰσοκράτει, εἰ κ. τ. λ.* cf. Marx. fragm. Eph. p. 15.: immo vero ad verbum usque ejus exemplum expressisse, produnt, qui de ejus plagiis scripserunt, inque his Porphyrius apud Euseb. praepar. evang. X, 3. p. 464. ed. Colon. cf. Isocr. Areop. p. 216. ed. Lang.). Quae si ita sese habent, jam sequitur inde, plurima latitare in grammaticorum, Suidae, Hesychii, Photii, reliquorumque commentariis, quae huc spectant, majorem, quam pro meis viribus, doctrinam, ut protrahantur in lucem, sibi postulantia. [18]) Extremo denique loco alia

18) Phrynichum, cui nonnulla hujus compendii debemus, pleniorem in Stephano Byz. invenerat Suidas; utrumque, et Phrynichum et Steph., decurtatos in sua scrinia recepit grammaticus. Habet enim Steph. s. v. *Ταμιεῖον* ea, quae frustra quaeras apud Grammaticum Bekkeri, qui verissime: *ἐκ τῶν Φρυνίχου τοῦ Ἀραβίου*, inscripsit, cf. Phot. Bibl. cod. CLVIII. et Suid. s. v. *Φρ.* Desideratur denique in Anecdotis vox *Ἰσοτελεῖς*, quae ex Phrynicho irrepserat in marginem Moeridis, ad quem

est ratio, quam sequutus est Theopompus in conficienda epitoma, si Wesselingium audieris. Qui quidem eam sibi cogitavit, ut Th. haud raro patrem historiae transscripserit, nonnihil utique immutatum. Inde factum est, ut apud Suidam pluribus locis ea deprehendisse sibi visus sit (cfr. fragm. lib. I. VI.), quae ex Theopompea hac epitoma eo fluxerint, aut ex Herodoti certe imitatione orta censeri deberent; neque tamen talis hujus compendii ratio fuit, ut Herodotis Musis maculae aliquid inde aspersum sit.

Postquam autem de epitomes librorum numero, atque ratione, quae expiscari poteram, monui, jam finem adnumerandis ejus fragmentis huic commentatiunculae imponemus. In quibus digerendis, quum necdum, ut vidimus, de libris eorumque numero constet, aptissimum illud videbatur, ut eundem, quem Herodotus, observarem ordinem. Ordiendum ergo a principio.

---

conf. Pierson. p. 199. Praeter Thucydidem et Xenophontem, quos quidem utrosque nominatim designat Photius l. l., Theopompum quoque hinc inde testem evocatum esse a Phrynicho, ex multis ejus locis discimus, quibus patet, alios item, ut Theopompum comicum, esse laudatos, cf. s. v. *κυνάριον καὶ κυνίδιον· δύκιμα.* vide ejus *ἐκλογὴν* p. 76. ed. Pauw. et Pierson. ad Moer. p. 200 seq. Quem vero ad calcem voluminis prioris Anecd. exhibuit Bekkerus librum, eum ex plurium Grammaticorum observationibus coaluisse putem; insunt enim ex. gr. Aelii Dionysii quaedam, p. 323. quibuscum conf. Eustath. ad Odyss. XIX, 18. pag. 680. ed. Bas. et Suid. s. v. *Ἀβυρτάκη.* Quid? quod Phrynichus ipse saepiuscule laudatur, s. v. *ἀγῦλαι, ἀγανακτῶσαι, αἱμορυγχία* (ubi quid sit *ἐγκρίνειν*, vide D. Ruhnk. hist. cr. gr. or. p. 170.), *ἄκομψον*, alibi.

## *Herodoti libri primus.*

Wesseling. ad Herodot. I, 167. p. 97, 50. *καὶ ἔμπηρα*] „Arbitror ex Theopompi epitome Herodoti venisse at-„que huc pertinere apud Suidam s. v. *Αἱ δὲ γυναῖκες* „*ἔτικτον ἔμπηρα καὶ τέρατα· οἱ δὲ τῶν τετολμημένων σφίσι* „*λήθην καταχέαντες ἧκον ἐς Δελφούς.* Falli possum opi-„nione, sunt tamen ejusmodi, ut hinc propagata deje-„rares." —

Falsusne sit Vir egregius, an verum ei suboluerit, definire nequeo, quum non magis de compendii ratione queam. Sunt autem nulla ex parte ita comparata, ut unâ cum iis, quae Longinum inde servasse dicunt, foras projicias. Immo tam mihi haec Wesselingii notula perplacuit, ut nullus ex eo dubitarem, quin Eustathius, collata Theop. epitoma cum Herodoto, (nisi vero Pausaniam, quem laudat, hoc fecisse arbitremur, si legas *κατὰ Παυσανίαν δηλοῖ Θεόπομπος,*) haec scripserit ad Homer. Odyss. VIII, 428. p. 519, 21. ed. Basil. *Ἀνένεικε — ὅτι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀνέπνευσε κατὰ Παυσανίαν, δηλοῖ Θεόπομπος, εἰπών· ἄφωνος ἐγένετο, ἔπειτα μέντοι πάλιν ἀνενέχθη. καὶ Ἡρόδοτος· ἐκπλαγεὶς δὲ τούτοισιν ἐπὶ χρόνον ἄφθογγος ἦν. μόγις δέ τε ἀνενεχθεὶς εἶπε. καὶ πάλιν, ἀνενεγκάμενόν τε καὶ στενάξαντα ἐκ πολλῆς ἡσυχίης· κατὰ ταυτὸν τῷ μνησάμενος δ' ἀνενείκατο φώνησέν τε· οἱονεὶ ἀνέπνευσε καὶ ἀνεστέναξε κ. τ. λ.* Herodoti loci, ab Eust. laudati, sunt I, 86. et 116. Theopompi verba ad cap. 116. pertinere videntur. Vides, quam commode Wesselingio cum Eustathio conveniat; ut non repetere pigeat, plures etiam latere adhuc assulas in Grammaticorum voluminibus, temere

dispersas; quibus, nisi si Codices melioris notae inventi adcurateque excussi fuerint, in aeternum valedicendum.

Grammaticus in Bekkeri Anecd. Vol. I. p. 80. l. 27. *Ἀναβῆναι τὸν ἵππον, ἀντὶ τοῦ ἐπιβῆναι. Θεόπομπος ἐν ἐπιτομῇ Ἡροδότου.* Primus haec in publicum emisit Dav. Ruhnkenius, hist. crit. p. 164. ed. R., a quo accepit Ioh. Pierson. ad Moer. p. 4. pro *τὸν ἵππον* emendans *τὴν ἵππον*, ut Herodoti verba retinuerit Theopompus. Herodoti locus est hujus libri cap. 192. *Ἵπποι δὲ αὐτῷ ἦσαν ἰδίῃ, πάρεξ τῶν πολεμιστέων, οἱ μὲν ἀναβαίνοντες τὰς θηλέας, ὀκτακόσιοι, αἱ δὲ βαινόμεναι ἑξακισχίλιαι καὶ μυρίαι· ἀνέβαινε γὰρ ἕκαστος τῶν ἐρσένων τούτων εἴκοσι ἵππους.* Herodoti verba ex Piersoni sententia de equis admissariis ceperis, qui graece fuerunt *ὀχευταί*, inde *ἀναβάτης* apud Hesych. I. p. 314. cujus glossam misere luxavit, nisi forte in typothetae rationes hoc transferendum, Bielius thes. philol. in LXX, t. I. p. 89. Eodem sensu leguntur *ὀχεύειν, ἵππος ὀχευτὴς* et *ὀχεία*, apud LXX est *ἵππος εἰς ὀχείαν*, Sirach. XXXIII, 6. *ὁ ὀχεῖος*, Hesych. II, 827. Xenoph. de equit. III, 3, 2. Herod. III, 85. Bekk. An. gr. tom. I. p. 56. Suidas autem: *ἀναβεβαμένοι, ἀντὶ τοῦ ἀναβάτην* (equitem) *ἔχοντες, οὕτω Ξενοφῶν.* Sed quamvis *ἀναβαίνειν* rarius de equo admissario et metaphorice in re venerea cum *ἐπὶ* occurrat, cujus exempla suppeditant Piers. et Sallier. ad Moer. l. l. (ut Theocritus Eid. I. extr. *οὐ μὴ σκιρτάσητε, μὴ ὁ τράγος ὔμμ' ἐπαναστῇ.* ita ex Mscr. et Theopompo apud Athen. VI. p. 260. E. lego cum Valcken.), frequenter tamen in Herodoto occurrunt *ἀναβῆναι ἐπὶ δένδρον, ἐπὶ νηῦν, ἐφ' ἵππον, ἐπὶ δῶμα*, cf. Valck. ad Herodot. VI, 97. p. 474, 17. Ita Herodot. III, 74. 102. 151. 155. IV, 22. cum praepos. *ἐς*, II, 95. *ἀναβιβάζειν* transitive cum *ἐπὶ* et casu quarto, I, 80. quo pertinet glossa apud Grammat. Sangerm. in Bekk. Anecd. Vol. I. p. 395, 17. conf. Herodot. I, 86. IV, 72.

180. VII, 181. *διαβιβάζειν κατὰ γεφύρας* est I, 75. Intransitive de regia dignitate, quae *ἀναβαίνειν* dicitur ab Herod. I, 110. VII, 205. [19])

---

19) Eodem sensu *ἀναφέρειν* scil. vel *τὸ γένος*, Heind. ad Plat. Theaet. p. 359., vel *ἑαυτὸν*, conf. Schaef. ad Schol. Paris. in Apoll. Rhod. p. 258 seq., ut apud Latinos, *ruere*, *vertere*, *mutare*, *praecipitare*, conf. Intt. ad Liv. II, 7. §. 8. 27. §. 9. 52. §. 2. *Recipere*, sc. sese, apud Plaut. Bacch. II, 3, 60. Merc. II, 4. extr. *Agere*, passim apud eundem. *Inclinare*, Drakenb. ad Liv. III, 61. §. 4. ut *ἐγκλίνω*, cf. Schneid. ad Xenoph. Cyrop. III, 3. §. 65. Heind. ad Plat. Lys. p. 43. ad Cratyl. p. 76. Alia, huc facientia, vide ad reliquias libri octavi. In fine illud tantum observo, Herodotum vocem *ἐπιβαίνειν* modo cum *ἐπὶ* et casu secundo, II, 107. I, 84., modo cum casu tertio, I, 181., modo cum quarto, IV, 22. et cum solo secundo, IV, 125., omissa praepositione, ipsi verbo adjuncta, posuisse.

## *Herodoti liber quartus.*

Librorum, qui intercedunt, tertii atque secundi, nulla apparuerunt vestigia sic satis diligenter in eam rem Grammaticorum volumina pervolventi.

Grammaticus Bekk. p. 104. l. 16. *κακόβιος. Θεόπομπος ἐν τῇ ἐπιτομῇ Ἡροδότου.* — *Βίος* autem quum vel de victu, *βιότῳ*, vel de vita, moribus, rebus gestis dici possit, et *κακόβιος* modo egenus, victu tenui utens, modo improbus, pessimis moribus, sit, latissimus utique patet campus in investigando eo loco, quo Theopompus vocem *κακόβιος* usurpare potuit. Unum alterumve delibemus. Herodot. III, 14. *ἄνδρα ἀπηλικέστερον, ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἐόντων, ἔχοντά τε οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσα ὁ πτωχός.* Ad quae intelligenda optime haec faciunt Aristophanis, Plut. vers. 551.

*Ἀλλ' οὐχ ὁυμὸς τοῦτο πέπονθεν βίος, οὐ μὰ Δί', οὐδέ γε μέλλει.*
*Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστὶν μηδὲν ἔχοντα.*

Herodot. I, 32. *πολλοὶ δὲ μετρίως ἔχοντες βίου* (quod tamen nondum est *κακῶς ἔχοντες τοῦ βίου*, quamvis *μετρίως* hinc inde per euphemismum dici observo pro *κακῶς, σπανίως*, ut *τὸ ἕτερον* pro *κακόν*) *εὐτυχέες.* Idem I, 196. *πᾶς τις τοῦ δήμου, βίου σπανίζων, καταπορνεύει.*

Sed, ut hariolandi finem faciamus, voce κακόβιος non expressit aliquam ῥῆσιν Herodoteam, sed, ut vidimus in ἀναβαίνειν, ἀναφέρειν, infra in ζειρά, retinuit eam voculam ex Herodoti memorabili loco IV, 95. ἅτε δὲ κακοβίων ἐόντων τῶν Θρηΐκων καὶ ὑπαφρονεστέρων, τὸν Ζάμολξιν τοῦτον κ. τ. λ. quos quidem vel ipse Theopompus apud Aelian. III, 18. nominat φαύλους καὶ ταπεινῶς πράττοντας, quod est Herodoti ὑπαφρ. et κακόβ. Eandem vero vocem legimus apud Xenoph. Cyrop. VII, 5, 67. p. 117. ed. Steph. Plutarch. vit. Artax. c. XI. et XII. conf. Stephan. Thes. l. gr. Vol. I. p. 738.

## *Herodoti liber quintus.*

Grammaticus Bekkeri pag. 115. l. 18. Φυγαδεῦσαι: τὸ φυγάδα ἐλάσαι. Θεόπομπος ἐπιτομῇ Ἡροδότου. quae multis annis ante vulgarat Montefalc. Bibl. Coisl. pag. 484.

Vox quidem ipsa φυγαδεύειν nusquam per integrum Herodotum occurrit; sexcenti vero obviam fiunt loci, ubi commode eam usurpare potuisset noster, ex. gr. I, 35. 158. 168. 173. II, 119. III, 1. 39. 50. 51. IV, 10. 11. 23. 43. 46. 120. 145. 148. 162. 165. V, 30. 51. 37. 63. 65. 70. 104. VI, 121. 137. VII, 6. 104. 165. 211. VIII, 6. 16. 91. 94. 109. IX, 37. 67. Quae quum multo pluribus adaugeri possent, ad rem vero ipsam ne nauci quidem essent, alio animum advertere cogebar. Diod. Sic. I, 66. pag. 77. ed. Wess. eadem in caussa φυγαδεύειν scripsit, qua Herodot. II, 151. διώκειν. Ergone ad librum secundum spectaret glossa Grammatici? Ergone tale fuit hoc compendium, ut Diodorus, paucis, quae Herodotus pluribus exposuerat, narraturus, in suum id usum converterit? Vix crediderim. Vera (praefiscine dixerim!) mihi invenisse videor in his Glossographi Herodotei ad V, 72. p. 176. ed. Wess. verbis: Ἀγηλατέειν· διώκειν, φυγαδεύειν, ἐπιτάττειν, ὑβρίζειν. Ἀγηλατέειν (de quo conf. Intt. ad Hes. s. v. ad Greg. Cor. pag. 545. ed. Sch. Musgr. ad Soph. Oed. Tyr. vers. 401.) tanquam vo-

cem ionicam Theopompus in compendio concinnando retinere profecto nequibat; usurpavit igitur eam, qua et ipse libro LVI. Philipp. usus est, apud Athen. XIII, 89. p. 205. ed. Schw. (ni malis Athenaei, quam Theopompi, esse verba) et ipsius praeceptor de pace p. 286. ed. L., aliique, ut Xenoph. Hellen. IV, 2, 18. Aristot. Polit. III, 8. p. 121. ed. Schn. (ubi vero καὶ φυγαδεύων cum Valckenaerio ad Herod. V, 92. p. 422, 77. ex margine in textum, ut vocant, irrepsisse crediderim) de Alexandrinis LXX. cf. Biel. thes. ph. s. v. Diod. Sic. IV, 57. XV, 5. 7. 20. 40. XVI, 8. Marcell. vit. Thucyd. p. 728. ed. B. Pauw. ad Phryn. p. 170.

---

## *Herodoti liber sextus.*

Wessel. ad Herodot. III, 155. p. 276, 43. *κῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν φρενῶν*] „Suidas in *καταχόρδησεν· εἶτα τῶν* „*φρενῶν ἐξέπλευσε·* quae Cleomenem fortasse taugunt, „derivata ex Theopompi epitoma Herodoti, ut alias „dicam.“ — Dixit autem Vir doctus ad Herod. VI, 75. p. 472, 6. *καὶ ταύτης καταχορδεύων*] „Incerti auctoris „verba apud Suidam in *καταχόρδησε* huc refero, opina„tus Theopompi ex Herodoti esse epitome, *εἶτα τῶν* „*φρενῶν ἐξέπλευσε, καὶ μανεὶς ἑαυτὸν μαχαίρᾳ κατεχόρδευσε.* „In Cleomenem enim dicta aptissime quadrant, et „Theopompi cognitum istud compendium.“ — Quae si pro ratis habeas, quidni in alio Suidae loco idem suspiceris, luculentius etiam ad Herodoti similitudinem effícto, ut lac vix lacti similius esse possit? Wesseling. ad Herodot. VI, 91. p. 480, 21. „— optime Hemsterhu„sius ex Polluce et Herodoti verbis illud adscititium „*ἀπρὶξ* exterminavit. Suidae enim *λαβόμενος τῶς ἐπι*„*σπαστήρων ἀπρὶξ εἴχετο*, nihil ad Herodotum, etsi ejus „imitatione propagatum.“ Quid? quod haec imitatio tam luculenta sit, ut ne Stephanus quidem in Thesauro l. gr. III. p. 920. dubitarit ea pro Herodoteis habere? vox autem *ἀπρὶξ* inter voces maxime atticas nobis a Grammaticorum filiis (Thom. M. p. 107. Pierson. ad Moer. p. 84. Ruhnk. ad Tim. p. 47.) adnumeretur?

## *Herodoti liber septimus.*

Hesych. s. v. *Ζειρά· οἱ μὲν εἶδος χιτῶνος· οἱ δὲ ζώνην. βέλτιον δὲ ἄλλό τι ἐπιβόλαιον κατὰ τῶν ὤμων φορούμενον, ἐοικὸς ἐφαπτίδι. καὶ Ἡρόδοτος μαρτυρεῖ καὶ Θεόπομπος ὁ Χῖος.*

Herodotum, neglecta Theopompi auctoritate, testem hujus rei vide apud Suid. s. v. *ζειραί.* Atque Herodotus bis hac voce usus est VII, 69. *Ἀράβιοι δὲ ζειρὰς ὑπεζωσμένοι ἔσαν. τόξα δὲ παλίντονα εἶχον πρὸς δεξιὰ, μακρὰς κ. τ. λ.* et cap. 75. *Θρήϊκες — ζειρὰς περιβεβλημένοι ποικίλας.* Elige, quod tibi caput maxime placeat; equidem certe manum a definiendo abstineo, hoc unum professus, me nonnisi viciniâ utriusque scriptoris nominum eo esse permotum, ut ad hanc epitomen retulerim. Quod nunc eo confidentius agere licet, quod duumviros, Toupium (ad Long. loco, quem supra ex compendii limitibus protrudere conati sumus) atque post eum Harlesium (ad Fabric. Bibl. Gr. p. 333. t. II.) ita sensisse video. [20]) De ipsa voce *ζειρά*, quae pertineat ad doctri-

---

20) Hesychium, aut potius, quem expilavit, Diogenianum *Thucydidis*, *Xenophontis*, *Theopompi* testimonio inter historicos potissimum usum esse, dudum est, quod observavit Runkhenius praefat. ad Hesych. tom. II. p. X.

nam Herodoteam, pluribus disserere, nec vires sufficiunt nec tempus patitur; satis opinor laudare viros doctos, qui de ea egerunt, D. Ruhnken. ad Tim. p. 129. (qui recte ante jam praefat. p. XV. monuit, ea glossa non Platonem, sed Herodotum spectari) Piers. ad Moer. p. 139 seq. De forma vocis, quae modo *εἰρά*, modo *ζειρά* fertur, vide Schaef. et Bast. ad Greg. Cor. p. 51.

---

## *Herodoti liber octavus.*

Dubios, ut supra significavi, nos reliquit Valcken. ad Herodot. VIII, 88. p. 660, 5. Ea vero non ex hac epitoma, sed ex justis ejus historiis desumta esse arbitror, quamvis Herodotum in his rebus tantum non omnibus Trogo ducem exstitisse Heerenius suspicetur. Quid? si ipse Trogus salse dictum illud Xerxis ita ex suo modulo ac pede transformavit? Rem in medio positam relinquo et ἐπέχω. Hoc certe negari nequit, Iustini (II, 12.) verba: Quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in muliere virilem audaciam cerneres — Theopompi stilum omnino sapere [21]). Theopompi igitur historias Trogo fontes fuisse puto, quae ita fuerunt comparatae, ut episodiis intertextae res quoque gestas majorum exhiberent. [22])

21) Eandem indolem prae se ferunt opposita ἀνδροφόνος et ἀνδρόπορνος, ἑταῖροι atque ἑταῖραι, Polyb. t. III. p. 28. ed. Schw. Athen. IV, 62. VI, 77. (quae ex ordine cum disponere vellet Kochius prolegg. p. 52. leniter tactus est ob nimiam securitatem in Act. Ienens. 1804. Febr. 50.). Pessime vero eo nomine audivit Demetrio Phal. περὶ ἑρμ. cap. XXVII. ed. Schn. conf. LXXV. Quod autem Th. haec inter se opposuit: τί γὰρ τῶν αἰσχρῶν ἢ δεινῶν αὐτοῖς οὐ προσῆν, ἢ τί τῶν καλῶν καὶ σπουδαίων οὐκ ἀπῆν; in eo nonnisi alios imitatus est. conf. Xen. Ages. c. I. §. 31. Soph. Oedip. R. 1482. Ovid. de A. A. II, 369. Plutarch. Ages. X.

22) Cfr. Heeren de fontibus Trogi p. 216. in diatriba de fontibus Plutarchi p. 22. Creuz. de vestig. Th. et Eph. p. XXVII. Tribus, iisque contiguis libris, XL — XLIII. Philippicorum, Sicula descripserat Theopompus. cf. Diod. Sic. XVI, 71. p. 138.

Suid. s. v. *Σπουδάζω* ita: *σπουδάζω δὲ περὶ ἄνδρα. Δημοσθένης κατὰ Μειδίου. ἐπὶ δὲ τοῦ κατεπείγομαι Θεόπομπος ἐπιτομῇ τῶν Ἡροδότου. ἐπὶ δὲ τοῦ βούλομαι ὁ αὐτὸς ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιτομῇ.*

Ita Lud. Kusterus ex Mscr. Parisino hunc locum a teterrima corruptela sanum reddidit, p. 365. cui suffragatur Photius Lex. gr. p. 592. Theopompus igitur tum pro *βούλομαι*, tum pro *κατεπείγομαι* usurpaverat ea

---

ibique Wessel. Res Siculas aliis praeterea libris ab eo esse relatas, conf. Wess. l. l. Quo factum est, ut dubius etiamnum haeream, quo recte referam ea, quae nuper, cum Codicem Thucydidis perantiquum (Cod. Palat. nro. 252. cf. Sylb. catalog. p. 78.) excuterem, inveni. Sunt autem haec ad Thucyd. VI, 4. *καὶ τῇ μὲν πόλει ἀπὸ τοῦ Γέλα ποταμοῦ τοὔνομα ἐγένετο*]

Τζέτζης.

*Οὕτως ἐπαφρόδιτος, ὡς λέγεις, γράφει:*
*γέλας δ' ἐκλήθη τῷ πάχνην πολλὴν φέρειν:*
*κλῆσιν ἐκεῖ γὰρ ἡ πάχνη ταύτην φέρει:*
*ὁ πρόξενος δὲ σὺν τισιν ἄλλοις λέγει:*
*γέλωνος ἀνδρὸς ἔκ τινος γέλαν πόλιν:*
*ἐξ ἀντιφήμου δ' αὖ γέλωτός τις λέγει:*
*χρησμῷ μαθὼν γὰρ ὡς πόλιν μὲν ἐκτίσαι:*
*γελᾷ· δοκήσας τῶν ἀνελπίστων τόδε: —*
*κλῆσιν ὅθεν τέθεικε τῇ πόλει γέλαν:* †

Ita ex Cod. mscr. repraesentavi hoc Schol. necdum editum. Ad *σὺν τισιν ἄλλοις* vers. 4. legitur in margine *σὺν Ἑλλανίκῳ*, ad vers. 6. super *τις* signum conspicitur, cui in margine respondent adscripta: *ὁ Θεόπομπος.* Gelonis gens in marg. ad vers. 5.: *οὗτος ὁ γέλων υἱὸς αἴτνης καὶ ὑμάρου.* Cf. Steph. Byz. s. v. *Γέλα*, indeque Hellanici fragm. CXIII. p. 134. ed. Sturz. De Theopompo Stephanus nihil; quem quamvis hic illic cum Hellanico fecisse probare studuit Sturzius V. Cl. ad fragm. Cl. p. 128., hic tamen loci valde discrepant inter sese. Utrum Tzetzes pleniorem in manu habuit Stephanum Byz., quam quem nunc ab Hermolao truncatum legimus, an insulsi hominis haec? Illud magis placet. Plura etiam in eo codice continentur Tzetzae in Thucyd. scholia, eodem metro conscripta, quo commentarii Iohannis Tz. in Hesiodum (cf. p. 9. 20. 26. 40. 48. 75. 130. ed. Dan. Heins., alibi). Ea diligenter inde excerpta una cum praestanti lectionis varietate, plerumque cum lectione Codd. Cass. Aug. Vindob. (de quibus conf. Poppo Observ. crit. sect. I. c. 4. p. 69 seqq.) conspirante, communicavi cum Ern. Poppo, olim cum Thucydide, opinor, edituro.

epitoma vocem *σπουδάζω*. Quodsi locum extricare cupis, ubi pro *βούλομαι* ea usus fuerit, totus fere Herodotus tibi laudandus, atque haud rari sunt loci, ubi *τὸ σπουδάζειν* majorem voluntatis vim exprimere potuisset, ex. gr. *θυμός μοί ἐστί τινος*, Herod. I, 1. *ἐπιθυμεῖν*, *προθύμως ἔχειν τινὸς*, *προθυμεῖσθαι*, I, 23. 201. III, 120. 127. 134. IV, 1. 17. 98. V, 13. VI, 5. 6. *φίλον μοι γίγνεταί τι*, I, 87. 108. *περιέχεσθαι*, V, 40. VII, 39. *ἵμερος ἐσέρχεται*, *ἱμείρεσθαι*, *πόθος ἔχει*, III, 123. 67. V. 106. VII, 43. 44. *περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι*, vel *πολλὴν σπουδὴν ποιεῖσθαι*, I, 4. 88. 110. 120. II, 162. III, 4. 71. 154. V, 30. VI, 108. 120. VII, 149. 205., vel *γλίχεσθαι*, VII, 161. VIII, 142. Alia plura his addi possunt; quibus cum nihil ad rem ipsam pertinens effici queat, jam de altera vi *τοῦ σπουδάζειν*, qua pro *κατεπείγεσθαι* usurpasse Theopompum Suidas affirmat, videamus. Atqui nusquam in Herodoti libris hodie legitur *κατεπείγομαι*, quamvis saepiuscule *ἐπείγομαι*. [23]) Semel tantum VIII, 126. ubi: *ἅτε Μαρδονίου χειμερίζοντος περὶ Θεσσαλίην τε καὶ Μακεδονίην καὶ οὐδέν κω κατεπείγοντος ἥκειν εἰς τὸ ἄλλο στρατόπεδον*. Atqui Grammaticus habet *κατεπείγομαι*; supplendum ergo foret *ἑαυτὸν* in Herodoto, ut medius efficiatur sensus. [24])

---

23) Herodot. III, 135. de via faciunda: *τὴν ταχίστην ἐπείγετο ἐπὶ τὸν Ἴστρον*. cf. Steph. Th. l. gr. t. I. p. 1208. Herod. VI, 43. IX, 89. *ἐπείγομαι κατὰ τὴν ταχίστην ἐλῶν ἐς Θρηΐκην*, ubi variant Codd. Mscr. et *ἐλῶν* et *ἐλθὼν* exhibentes, Ald. *ἐλθεῖν*. quod ex Codicum auctoritate dijudicandum, quum *ἐπείγεσθαι* modo participium, modo infinitivum adsciscat, ut Herodot. VI, 86, 2. *ἢν μὲν μὴ ἐπειχθῇς ναυμαχίην ποιεύμενος*, et sect. 3. *ἢν δὲ αὐτίκα ἐπειχθῇς ναυμαχῆσαι*; recte igitur post Wessel. ex Codd. consensu *ἐλῶν* recepit nuperrimus editor. *Ἐπείγεσθαι*, prout res postulat, vel cum *ἐπὶ*, *κατὰ* construitur, vel respuit. cf. Herodot. IV, 139. VI, 112. VII, 223. IX, 69. Ita *ἐπείγεσθαι ἐπὶ τὶ* est *studio quodam naturali trahi ad aliquid*, Euripid. apud Plat. Gorg. §. 88. p. 128. cf. Valck. Diatr. Eurip. p. 76. Imperfectum plerumque *ἤπειγ*. Eur. Phoeniss. 117. Plat. Theaetet. p. 282. ed. Heind.

24) Eur. Phoeniss. 1286.

*ἔπειγ᾽ ἔπειγε· ὡς, ἢν μὲν φθάσω*
*παῖδας πρὸ λόγχης, οὑμὸς ἐν φάει βίος.*

Quam rationem etsi per tempus pro unice vera habuissem, quum dies diem doceret, en subito quasi *ἕρμαιον* inveni rectam. Observat P. Wesseling. V. D. ad Diod. Sic. II, 22. p. 136., apud vocem *κατεπείγει* omitti solere *πρᾶγμα*, idque Lucianum, ut plena fieret oratio, addidisse. [25]) Idem, quum latine redderet Herodoti scripta, sensisse videtur Schweighaeuserus, V. Cel., ita vertens: Quum Mardonius hiemaret, nec opus esset, ut ipse — properaret. Pro *κατεπείγομαι* in Suidae loco mecum restitues *κατεπείγει με.*

---

cf. Porson. ad Eur. Orest. vers. 288. *κατασχεῖν*, scil. *ἑαυτόν*, Oed. Tyr. 773. *ὑπεξέχειν*, Intt. ad Th. M. p. 339. *παραβάλλειν*, Heind. ad Plat. Lys. p. 4. *παρασχεῖν*, ad Gorg. p. 33. *ὑπάγειν*, Schleu n. Lex. gr. N. F. s. v. et Th. M. et Schneid. inde recte apud Hesych. *ὑπαγωγὴ* est *ὑποχώρησις*; *παραδιδόναι*, Schleusn. s. v. Grammaticus Bekkeri Vol. I. p. 104, 15. *κατᾶραι· ἀντὶ τοῦ ἐλθεῖν, Θεόπομπος* (quae ante in lucem protraxerat Ruhnk. ad Tim. pag. 153.) et Heind. ad Hipp. maj. p. 121. Herodot. II, 162. VI, 99. Earum vero vocum, ubi supprimitur pronomen, larga post doctorum in ea re operam seges.

25) Valla l. l. Herodotum hac latinitate donavit: „*nec etiamdum* „*urgente venire.*“ Melius forte, quam Schweigh. namque Cicero ad Att. XII, 27. „*Plane illuc te ire, nisi tuo magno* „*commodo, nolo. Nihil enim urget.*“ Biel. thes. phil. II, 172. *κατεπείγει*, urget. Isocr. Panath. p. 385. *ἐντεῦθεν γὰρ οἶμαι μᾶλλον κατεπείγειν*, ubi ad *ἐντεῦθεν* vel cum Langio supplebis *ἄρξασθαι* ex *ἀρξάμενος*, vel *διαλέγεσθαι* ex *διαλέξομαι*, cum idem scriptor pag. 402. *Ἐντεῦθεν γὰρ προσήκει διαλέγεσθαι περὶ αὐτῶν.* In eod. Panath. p. 432. ex Cod. Bav. *ἃ ν κατήπειγε τὴν πόλιν — πολεμοῦσαν* lego, retento *περιγενέσθαι* pro *παραγ.* cf. ad Philipp. 148. 124. sed in Areop. p. 223. sunt *πράγματα τέλος ἔχειν κατεπείγοντα. Τὸ κατεπεῖγον*, Xenoph. Mem. II, 1, 2. Ejusdem commatis sunt *κρατεῖ*, *αὐτὶ δείξει*, *μελήσει μοι* et sexcenta alia, quae enumerare longum foret. E Graecia hoc ad Latinos migravit, inde: *subolet*, *bene habet* (Cic. pro Marc. c. VI.), *succedit* (inceptis, cf. Gronov. Duk. et Drak. ad Liv. XXIV, 19. §. 6. quo nomine vapulat a viris doctis Marcus filius ad Tiron. lib. XVI, 21. scribens: *nam quum omnia mea causa velles mihi successa, tum etiam tua).* In locutione, *nisi me fallit*, *me fefellit*, quod nude sic poni negabant Hotom. et Ernestus, vel cum Schütz. ad Orat. pro P. Sext. cap. L. p. 86. *quid* aut *animus*, vel cum Heusing. ad Off. II, 7, 14., quidquid ex proximis quadrat, supplebis, aut *res*, *negotium* aut simile quid omitti statues cum

Facillime nunc, quum tamdiu vestra patientia abusus sim, laturos Vos opinor, si palaestra relicta melioribus me locum fecero. Quod si quis Vestrum male me eo nomine accipiat, quod exiguis plerumque haec de Theopompi epitoma commentatio superstructa sit fundamentis, ut meris passim conjecturis innixa, commodeque huc quadrare, quae de scalarum gradibus Ciceroni (ad Div. VI, 7.) scripserit Caecina: is me vehementius motum vel animo casurum fuisse sciat, si nova mihi atque necopinato accidissent. Quae quatenus ipse sim calumniatus, quâve non sine idonea caussa veritus sim, Vestrum nunc est judicium, benevoli lectores. Valete atque favete.

---

Manutio ad Cic. ep. ad Div. IV, 2. pag. 254. ed. Richt., cujus ego rationem, ad graeca proxime accedentem, nullus dubitavi, quin meam facerem. cf. ad Div. XII, 5. Idem obtinet in Orat. pro M. Coelio cap. XIX. *Sed inerat, nisi me propter benivolentiam forte fallebat, ratio.*

Jam satis est; ne me Crispini scrinia lippi
Compilasse putes, verbum non amplius addam.

IV.

# DICAEARCHI PERIPATETICI

## *Β Ι Ο Σ Ἑ Λ Λ Α Δ Ο Σ*

A L I A Q U E

## F R A G M E N T A  G E O G R A P H I C A

EMENDATA ATQUE ILLUSTRATA

A


M. M A R X

PH. DR.


---

## LECTORI BENEVOLO S.

En habes *Dicaearchi* libellum, ante aliquot annos tibi jam et promissum et debitum, sed nostra vel culpa dixeris vel varia fortuna, quam hic enarrare longum est, hucusque detentum. Arriserat mihi ille jam tum, cum in colligendis Ephori fragmentis essem occupatus, non minus mira quadam elegantia et nativa narrationis simplicitate, quam benigna rerum copia, quibus domestica Graecorum instituta multifariam illustrantur. Quod ubi nos sentimus, ex laceris reliquiis corpus ipsum conjectantes magis, quam intuentes, quanto magis accidisse oportet veteribus, quibus integro opere frui licuit? Hoc elogia testantur, cum aliorum scriptorum, tum inprimis *Ciceronis*, qui nostro summopere delectatus esse videtur, eoque ipso libro, cujus nunc particulam exhibemus. Constitit ille tribus libris, sicuti e Suida discimus, qui et alia, scitu relatuque digna, de auctore tradit: *Δικαίαρχος Φειδίου Σικελιώτης, ἐκ πόλεως Μεσήνης· Ἀριστοτέλους ἀκουστής, φιλόσοφος καὶ ῥήτωρ καὶ γεωμέτρης· καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν· Ἑλλάδος βίον ἐν βιβλίοις γ΄. Οὗτος ἔγραψε τὴν πολιτείαν Σπαρτιατῶν, καὶ νόμος ἐτέθη ἐν Λακεδαίμονι, καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ἀναγινώσκεσθαι τὸν λόγον εἰς τὸ τῶν ἐφόρων ἀρχεῖον, τοὺς δὲ τὴν ἡβητικὴν ἔχοντας ἡλικίαν ἀκροᾶσθαι· καὶ τοῦτο ἐκράτησε μέχρι πολλοῦ.* Scriptionis argumentum, titulo ipso satis declaratum, melius intelligitur loco Varronis (de Re R. I, 2.): „Pastorum vitam

„esse incentivam, agricolarum succentivam, auctore „doctissimo homine *Dicaearcho*, qui *Graeciae vita*, „qualis fuerit ab initio, nobis ita ostendit, ut cett." (Hieronymus adv. Iovian. II, 13. Dic. librum vocat: „*Antiquitates et descriptionem Graeciae*.") Sed magis adhuc ipsius Varronis libro, *eodem titulo insignito*: *De vita populi Romani* ad T. P. Atticum, qui IV libris constabat, cujus itidem fragmenta solum supersunt, probantia, integrum opus vividam et spirantem Romanae vitae tabulam nobis repraesentaturum fuisse. Varronem vero ob variam eruditionem optime cum Dicaearcho conferri posse existimo. Ad illum locum, quem ex Varrone citavimus, pertinet alter apud Porphyrium de Abst. IV, 2. p. 295. ed. Rhoer. *Τῶν τοίνυν συντόμως τε ὁμοῦ καὶ ἀκριβῶς τὰ Ἑλληνικὰ συναγόντων ἐστὶν καὶ ὁ Περιπατητικὸς Δικαίαρχος, ὃς τὸν ἀρχαῖον βίον τῆς Ἑλλάδος ἀφηγούμενος τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐγγὺς θεῶν φησι γεγονότας κ. τ. λ.* Haec fortasse L. I. *τοῦ Βίου* continebantur; secundo potuit, sua aetate qualis fuerit, civitatum Graecarum conditionem et vitae modum describere. Ad hunc librum refero loca Ciceronis, epist. ad Att. II, 2. „*Πελληναίων* (sc. descriptionem, *βίον*) in manibus tenebam, et hercule magnum acervum *Dicaearchi* mihi ante pedes extruxeram. O magnum hominem! et a quo multo plura didiceris quam de Procilio. *Κορινθίων* et *Ἀθηναίων* puto me Romae habere. mihi credes, leges; haec doceo: mirabilis vir est." Cf. L. VI, 2. et XIII, 39.: „Libros mihi, de quibus ad te antea „scripsi, velim mittas, et maxime — —*Ἑλλάδος*." Iam ad illud *Ἀθηναίων* refero fragmentum, quod mutilum et ex majori opere *excerptum* adhuc habemus. Tertio libro de re domestica et familiari, nuptiis, festis, ludis publicis, theatris egisse videtur. Huc igitur pertinet Athen. XIII. pag. 557.: Darium bello 350 pellices secum duxisse, *ὡς Δικαίαρχος ἐν τρίτῳ περὶ τοῦ τῆς Ἑλλάδος Βίου*, itemque auctor argumenti Euripidis Me-

deae: *τὸ δρᾶμα δοκεῖ ὑποβαλέσθαι, ὡς Δικαίαρχος περὶ τοῦ Ἑλλάδος βίου.* Magnum praeterea numerum scriptorum Dicaearchi apud Ciceronem et Athenaeum invenimus, de quibus sigillatim agerem, (laborant enim nonnulla quadam interpretandi difficultate,) nisi alienum hic esset a meo instituto et prolixiorem disputandi locum sibi deposceret, Eandem ob causam nihil de vita ipsius auctoris exponam, sed continuo ad libellum, recens nunc editum, me convertam. Primus eum edidit *H. Stephanus* [1]) Parisiis 1590. 8., qui (L. VI, 14. Schediasm.) ejus codicem ex Italia a Matthaeo Budaeo, Guilielmi Budaei filio, allatum dicit; postea *D. Hoeschelius* in editione Geographicorum (Augustae Vind. 1600.) repetiit, additis variis lectionibus e codd. Hervuortii, Palatino et Casauboni, quorum duo postremi ubi nunc sint, nescio. Palatinum vidit quoque *Lucas Holstenius* (conf. Bredovii Epp. Paris. p. 14.); alterum J. Scaliger, a Puteano acceptum, Casaubono communicaverat, (vid. ejus epistolam edit. Hoesch. praefixam); Hervuortii denique Ms. cum aliis Hoeschelii libris e bibliotheca publica Augustae Vindelicorum Monachiam translatum esse, cum e Bredovii Epp. P. p. 4. cognovissem, *X. Werferum* (immatura morte nuper amicis suis et litteris ereptum,) eo profecturum rogavi, ut inspiceret codicem, et, si quid frugis reperisset, ad me transmitteret. Facile impetravi ab homine amicissimo et fervente ad haec studia animo, mihique excerpta misit codicis No.

---

1) Hanc editionem non vidi; sed cum tota recusa sit in Vol. XI. Antiqq. Graec. Gronovii, ea inspicienda supersedere facile potui. Multa ille quidem ad illustrandum auctorem utilia, lectuque jucunda conscripsit, sed nimius est nonnunquam in explicandis rebus aut notissimis aut intellectu facillimis, et, ut noster ait, *περίεργος τῇ λαλιᾷ.* Subjunctae sunt quaedam *Casauboni* notulae, et in editione *Gronovii* hujus quoque conjecturae, praefationi immistae. Et *Graevii* nonnullas emendationes, exemplo Hoescheliano, quod Heidelbergae asservatur, adscriptas, in nostrum usum convertimus.

566. accuratissime facta. Parum quidem, sed tamen nonnihil utilitatis inde ad nostram operam redundavit. In universum credo, nec a reliquis codicibus multum adjumenti posse sperari ad locupletandum aut emendandum libellum, cum unius exempli apographi omnes esse videantur. Nisi prorsus novum quoddam reperiatur, quod Holstenio obtigit, qui fragmentum de Monte Pelio in bibliotheca Christianissimi regis invenit, quem igitur etiam „bona spes tenuit, erutum iri aliquid am„plius, modo instructissimas bibliothecas excutere libe„rius liceret" (ap. Bred. l. l. p. 14.). Illud fragmentum *Hudsonus* in nova editione Geographorum minorum (Volumine II. Oxoniae 1703.) primus publicavit (*Fabricius* B. Gr. T. III. p. 487. Harl. ait: „addito, quod „ad eum lubens miseram descriptum e *codice Gudiano* „et latina versione a me donatum, fragmento de M. Pe„lio."). Nec hoc volumine, sanequam rarissimo, mihi uti licuit, sed editione Graeca, Viennae ante aliquot annos a Graecis hominibus curata, qua Hudsoniana fere integra repetita est. Iam tribus partibus noster libellus constat: I. fragmento *Βίου Ἑλλάδος*, primum ob argumentum, deinde propter auctorem memorabili. Cum enim praeter Theophrasti varia scripta paene nihil a discipulis Aristotelis (uti Dic. ap. Suidam et Athen. XI. p. 460.: *Δ. ὁ Μεσσήνιος, ὁ Ἀριστοτέλους μαθητής*, et XV. p. 660. vocatur) ad nos pervenerit, observatione dignum est, quomodo etiam hic ad notandos pingendosque hominum mores se converterit, eamque *ἠθοποιΐαν* exercuerit, qua ipse magister maxime excelluit. Et in oratione idem fere loquendi genus, eundem usum novorum vocabulorum et idiomatum animadvertere licet, quibus Theophrasti v. g. Characteres insignes sunt. II. Fragmento de M. Pelio, quod fueritne pars majoris operis descriptionis Graeciae, an ejus, quod Suidas *καταμετρήσεις τῶν ἐν Πελοποννήσῳ ὀρῶν* appellat, quaeri potest. Mihi illud probabilius est, primum, quod Pe-

lion non est Peloponnesi mons, tum quia in fine fragmenti clausula indicare videtur, conjunctum illud fuisse cum opere de vita Graeciae; tamen alterius quoque operis fragmenta nonnulla occurrunt, (Vid. *Uckert.* Hist. Geogr. vet. I, 1. p. 114.) et locus Plinii H. N. II, 65. „Dicaearchus, vir in primis eruditus, regum cura permensus *montes*, ex quibus altissimum prodidit Pelion MCCL passuum," rem adhuc in dubio collocat. Dodwello ὄρων in ὀρῶν mutanti non adsentior. III. Descriptione Graeciae, versibus concepta, quae, quia locorum serie arcte cum priori fragmento conjuncta est, partim ante, partim post illud ab editoribus collocata est. Nos separavimus utrumque, nec Dicaearchi, nec magni omnino pretii esse, illam Ἀναγραφὴν statuentes. Fere tota e Scylacis periplo idque imperite a Grammatico posteriori, ut videtur, consarcinata, et probabiliter ab aliquo bibliopola sive librario cum altero fragmento cuidam librorum vetustorum cupido pro opere Dicaearchi, aut etiam pro integra Graeciae Geographia venditata est. Mihi quidem persuadere nequeo, hominem doctissimum Dicaearchum tam malos versus excudisse, atque etiam quaedam falsa, vel sibi contraria posuisse. Cf. ad vs. 95. et *Hemst.* ad Luc. Diall. M. p. 410. sqq. ubi de Dicaearchi scripto περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, „idcirco miror equidem in Ἀναγραφῇ τῆς Ἑλλάδος iambica, quae huic philosopho tribui solet, post Lebadiam recenseri ἱερὸν Τ. —γεγονέναι, (vid. infra vs. 98.). Hoc (sc. quod ipse nihil certi de illo oraculo compertum se habere dicit,) illum ut dixisse tibi persuadeas, qui descriptionem sacri totius accuratissimam ipse fuerat persecutus?" Haec vir clarissimus et certissimi judicii. Nec possum intelligere, unde *Ernestius* in Clavi Cic. s. v. Dic. Hemsterhusium dicere potuerit Trophonianam narrationem partem fecisse τῆς Ἀναγραφῆς. — *Dodwellus* in Dissert. de Dic.

(Vol. II. edit. Hudson. §. VI. sq.) Dicaearchum putat „illo libello tabulas suas Geographicas illustrasse (πίνακες, ἐν οἷς τῆς γῆς περιόδοι εἰσι), quas Theophrasto obtulit et hic in testamento suo jussit in inferiori porticu reponi. Diog. L. V, 51."

---

# FRAGMENTUM

## ΒΙΟΥ ῾ΕΛΛΑΔΟΣ.

### L. II.

᾽Εντεῦθεν εἰς τὸ ᾽Αθηναίων ἔπεισιν ἄστυ· ὁδὸς δὲ ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος, κακῶς ἐῤῥυμοτομημένη διὰ τὴν ἀρχαιότητα. αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν, εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ

---

᾽Εντεῦθεν] Quum a Peloponneso profectus Graeciam Dic. obiret, Megaris eum adire Athenas oportuit. Sit igitur via, quam continuo describit, eadem, quae ap. Strab. IX. dicitur ἡ ὁδὸς, ἡ ἐπὶ Μεγάρων καὶ τῆς ᾽Αττικῆς ἀπὸ τοῦ ᾽Ισθμοῦ, aut ap. Herodot. II, 7. ἡ ἐξ ᾽Αθηνέων ὁδὸς ἡ ἀπὸ τῶν δυώδεκα θεῶν τοῦ βωμοῦ φέρουσα ἐς Πίσαν, quam VIII, 71. τὴν Σκιρωνίδα ὁδὸν vocare videtur. Stadorum numerum deesse censet H. Stephanus, qui legere mavult: εἰσὶν ἄστυ στάδια μ' vel simile quid. Sed turbato initio de scriptura pronuntiari nequit.

ὁδὸς δὲ] Propter sequens ἡ δὲ πόλις scriberem ὁ. μέν. Utraque vocula saepe permutatur. vid. *Schaefer.* ad Apollon. Rhod. T. II. p. 106.

τῇ ὄψει] St. proponit vel legendum τὴν ὄψιν, vel τὰ τῇ ὄ., vel post ὄ. τὸ inserendum.

οὐκ εὔυδρος] Diceres haec superflua esse; sed solent ita scriptores suis verbis interpretamenta apponere. Vid. *Ruhnken.* Ep. Crit. p. 56. *Heyn.* Obss. Hom. T. V. 506. *Reitz.* ad Lucian. T. VII. 371. Bip.

ἐῤῥυμοτομημένη] *in vicos directa*, uti reddit Livius V. extr. sive, *vicorum ordinibus dimensa*, uti Tacitus Annal. XV, 42. Vocabuli ῥυμοτομεῖν usum explicarunt *Wessel.* ad Diodor. XVII, 52. *Spanhem.* ad Callim. D. 88. p. 439. Ern. *Salmas.* ad Solin. p. 821.

ἀρχαιότητα] Igitur Athenae (quas jam Homerus Il. II, 546. ἐϋκτίμενον πτολίεθρον vocat), cum post Persarum discidium de novo erigerentur, eadem ἀταξίᾳ exstruebantur, qua Roma, a Gallis incensa. Nam tum Athenis fere nullae domus amplius fuere, οἰκίαι αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν. Thucyd. I, 89.

χρήσιμαι. ἀπιστηθείη δ' ἂν ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη, εἰ αὕτη ἐστὶν ἡ προσαγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις· μετ' οὐ πολὺ πιστεύσειεν ἄν τις. ὧδε ἦν τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ κάλλιστον θέατρον, ἀξιόλογον, μέγα καὶ θαυμαστόν· Ἀθηνᾶς ἱερὸν, πολυτελὲς, ἀποβιον, ἄξιον θέας. ὁ καλούμενος Παρθενὼν ὑπερκείμενος τοῦ θεάτρου μεγάλην κατάπληξιν ποιεῖ τοῖς θεωροῦσιν. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, κατάπληξιν

---

ἀπιστηθείη] Sic vulgatam lectionem ἀποστηθείη (quam et noster Cod. exhibet) Stephan. correxit, nec ipse de suae correctionis opportunitate dubitare debebat. Cf. Thucyd. I, 10. qui in simili re vocem ἀπιστίαν usurpat.

αὕτη] hoc posui pro vulg. αὐτή, est enim δεικτικώτερον. Vid. *Iens.* ad Luciani Somn. p. 186. Bip. Ad sententiam cf. *A. Boeckh* in libro bonarum rerum pleno: die Staatshaushaltung der Athener Vol. I. p. 69. ubi nostrum locum illustrat, et cf. p. 221. ubi e duobus Demosthenis locis monstrat, prisco tempore Athenis privatum sicuti censum ita et domicilium parvum, publicum splendidum fuisse.

ἦν] pro ἐστί, nam tum superstes fuit. Attici scriptores et poetae usum temporis imperfecti pro praesente frequentant. Vid. *Heind.* ad Plat. Theaetet. p. 329. *Clarke* et *Heyn.* ad Homer. Il. I, 57. *Schaefer.* ad Bucolica p. 220.

θέατρον] Stephanus post h. vocem interpungit, reliqua connectit. *Holsten.* mavult: ὧδε ἦν τῶν ἐν τ. οἰκ. θεάτρων, ἀξιολόγων ἅμα τε καὶ θαυμαστῶν, κάλλιστον Ἀ. ἱ. Nos Hudsoni aut potius ed. novae interpunctionem adscivimus, μέγα scripsimus pro μετὰ (saepe enim commutantur, vid. *Brunck.* ad Apollon. I. p. 189. Lips. *Reisk.* ad Plutarch. Thes. II.), vocem corruptam ἀποβιον in textu reliquimus, quam Steph. mutari vult in ἀπόβλεπτον, *Gronovius* in ἄποπτον; nos proponimus κατόψιον, uti de Veneris in arce templo ait Euripid. Hippol. 32. (i. e. ut habet Arrian. in Epictet. II, 16. περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως, cf. *Heeren* Ideen T. III. 1. p. 496.) quod eximie explicatur a *Valckenario* p. 165. qui alium Dicaearchi locum (ex Athen. XIII. 591.) eumque correctum adfert, ubi similis sententia similibus verbis expressa est.

Παρθενὼν] Aedificium et nostra aetate Anglorum maxime industria celebratum. Cf. The Elgins Marbles p. 80 sqq. Lond. 1816. itemque opus splendidum: Jupiter Olympien de Quatremére de Quincy p. 226.

ἡμιτελὲς] incertum est, a quo inchoatum; nam plures a Pisistratidis inde Olympium aedificare aggressi sunt, donec Adrianus imperator exaedificavit. Cf. *Casaub.* ad Strab. IX. 607. — τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς. (Perseus? Liv. 41, 20.) Adde Plin. H. N. 36, 6.: „*Inchoatum* Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sylla Capitolinis aedibus advexerat columnas."

κατάπληξιν] Cas. vult καταπληκτικήν. St. ante τὴν εἰς inse-

δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφήν· γενόμενον δ' ἂν βέλτιστον, εἴπερ συνετελέσθη· γυμνάσια τρία, Ἀκαδημία, Λύκειον, Κυνόσαργες· πάντα κατάδενδρά τε καὶ τοῖς ἐδάφεσι ποώδη. ἑορταὶ παντοδαπαὶ φιλοσόφων παντοδαπῶν, ψυχῆς ἀπάται καὶ ἀναπαύσεις· σχολαὶ πολλαὶ, θέαι συνεχεῖς. Τὰ γινόμενα ἐκ τῆς γῆς πάντα ἀτίμητα καὶ πρῶτα τῇ γεύσει, μικρῷ δὲ σπανιώτερα. ἀλλ' ἡ τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικου-

---

rit, sed illa vox moleste recurrit; etiam *βέλτιστον* mihi displicet. *Salmasius* Exercitt. Plin. p. 141. Paris. pro *κατάπληξιν* legi vult *καταπλήξιμον* sive *καταπληκτὴν*, ibique etiam bene illustrat, quid sit *ἡ ὑπογραφὴ* (Grundriſs, wie z. B. beym Dom zu Cölln).

*ἑορταὶ*] Cas. haec sic disponit: *ἑορταὶ παντοδαπαὶ, ψυχῆς ἀνάπαυσις, φιλοσόφων παντοδαπῶν σχολαὶ πολλαὶ, θέαι συνεχεῖς.* sic fere et Holsten. Gronov. solum comma post *παντοδαπαὶ* ponit, ante *ψυχῆς* tollit. Sed equidem vulgatam retineam. *Ἑορτὰς* nonnunquam et philosophis tribui, ad Theocriti Adoniazusas adnotavit, ni fallor, Valckenarius. *Ἀναπαύσεις* scripsi pro *ἀνάπαυσις*. Pericles ap. Thucyd. II, 38. — *τῶν πόνων πλείστας ἀναπαύλας τῇ γνώμῃ* (Dic. *ψυχῆς*) *ἐπορισάμεθα*.

*ἀτίμητα*] „inaestimabiles fructus.“ Contrarium exstat ap. Philostrat. Her. p. 661. Ol. de fructibus: „*ἄτιμα καὶ κοινὰ*, nullo pretio digna et vilia.“

*ἀλλ' ἡ*] Haec, sicuti reliqua usque ad *διδασκάλιον*, maximam partem adeo aut corrupta, aut turbata sunt, ut Oedipo plane opus esse Stephanus affirmaverit ad sensum extricandum. Conabimur pro viribus nonnihil adjumenti adferre. Continuo post *σπανιώτερα* quaedam excidisse videntur de conditione hospitum servili; quae quanta fuerit, vel e Xenophontis (ut auctor perhibetur) de Rep. Atheniensium commentario constat; haec mihi sic cogito: Fructus eximii sunt, vixque pretio emendi. Maxime hoc hospitibus incommodum, quibus, ad conficienda negotia, necessitas est imposita Athenis diu commorandi. Sed haec commoratio, apta explendis cujusque cupiditatibus, oblivionem servituti obducit. Igitur scribendum: *ἀλλ' ἡ ταῖς τῶν ξένων ἑκάστοις συνοικούμεναις ἐπιθυμίαις εὐάρμ. κ. τ. λ.* *Ἐπιθυμίαι συνοικούμεναι* sunt cupiditates, quibus aliquis obnoxius est. A plebecula autem ob continua spectacula et scholas vix fames percipitur, cum illa oblivionem afferant sumendorum ciborum. Igitur voculae *ἡ πόλις*, quae ex inferiore linea huc irrepserunt, ejicienda et pro *ἐμποιοῦσα* scribendum *ἐμποιούσαις*. In seqq. cuivis statim patet verba *ἐφόδια* usque ad *ἡδονὴν* poni oportere post verba *καὶ πολλά*. Locum sic restituerem: *Καὶ ἑτέρα τις πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά· ἐφόδια δ' ἔχουσιν, οὐδεμία τοιαῦτα πρὸς ἡδονήν. Καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηνῶν εἰσι.* Incolae autem hujus urbis idonei sunt unicuique artifici pro operibus bene elaboratis magnam famam comparare; hic sensus prodit, si pro *ἐντ.* scribimus *εὖ τυγχανομένοις*. Sed de reliquis quid statuam, nescio. *Ἐκβαλόντες*

μένη ταῖς ἐπιθυμίαις εὐάρμοστος διατριβὴ, περισπῶσα τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὸ ἀρέσκον, λήθην τῆς δουλείας ἐργάζεται. ἔστι δὲ ταῖς μὲν θέαις ἡ πόλις καὶ σχολαῖς τοῖς δημοτικοῖς ἀνεπαίσθητος λιμὸς, λήθην ἐμποιοῦσα τῆς τῶν σίτων προσφορᾶς· ἐφόδια δὲ ἔχουσιν, οὐδεμία τοιαύτη πρὸς ἡδονήν. καὶ ἕτερα δὲ ἡ πόλις ἡδέα ἔχει καὶ πολλά. καὶ γὰρ αἱ σύνεγγυς αὐτῆς πόλεις προάστεια τῶν Ἀθηναίων εἰσίν. ἀγαθοὶ δὲ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, παντὶ τεχνίτῃ περιποιῆσαι δόξαν μεγάλην ἐπὶ τοῖς ἐντυγχανομένοις, ἐκβαλόντες τὰς εὐημερίας, θαυμαστὸν πλινθίνων ζώων ἀνθρώπῳ διδασκάλιον. Τῶν δὲ ἐνοικούντων, οἱ μὲν αὐτῶν, Ἀττικοὶ, οἱ δὲ, Ἀθηναῖοι. οἱ μὲν Ἀττικοὶ περίεργοι ταῖς λαλιαῖς, ὕπουλοι, συκοφαντώδεις, παρατηρηταὶ τῶν ξενικῶν βίων· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, μεγαλόψυχοι, ἁπλοῖ τοῖς τρόποις, φιλίας γνήσιοι φύλακες. διατρέχουσι δέ τινες ἐν τῇ πόλει λογογράφοι, σείοντες τοὺς παρεπιδημοῦντας καὶ εὐπόρους τῶν ξένων. οὓς ὅταν ὁ δῆμος

---

(Cod. ἐκβαλῶντες) τὰς εὐημερίας possit fortasse significare: iis (artificibus) festos et hilares dies benigna manu adtribuentes; et si ad sequentia addideris ὥστε ἡ πόλις εἶναι, tum haberes hanc sententiam: urbem esse adeo refertam statuis et signis, ut sit homini admirabile διδασκάλιον animalium e lapide factorum. Sed hoc est hariolari, nec aliquid ausus essem de hoc tam desperato loco pronunciare, nisi interpretes omnes de eo tacentes vidissem. Satis habeo me sagacioribus materiam conjectandi praebuisse, veram medelam a melioribus codd. solum exspectans.

λιμὸς] Xenophon de R. A. III. Athenienses duplo plures festos dies habuisse auctor est, quam fastos. Simile quiddam de Tarentinis Strabo narrat VI. p. 429. ubi v. Casaubonus.

Ἀττικοὶ] Licet scriptores reliqui generosos et abjectos Athenarum cives saepe distinguant (v. g. Sophoclem Ion ap. Athen. XIII. 604. ἕνα τῶν χρηστῶν Ἀθηναίων vocat), adpellatione Atheniensium et Atticorum etiam distinguere, me legere non memini. Suidas viros quidem Ἀθηναίους, foeminas vero Ἀττικὰς, non Ἀθηναίας, vocari e Megaclide docet, addita causa. cf. Vinding. p. 191. Ad cognoscendos Atheniensium mores praeter caeteros vel comicos vel oratores pertinet Periclis apud Thucydidem oratio L. II, 34 sqq.

λογογράφοι] *rabulae* vertit Steph. cf. *Cresollii* Theatr. Sophist. p. 156. et *A. Boeckhii* liber supra laudatus p. 424. qui et nostri loci meminit; quamvis non satis intelligo, quomodo is trahi possit ad studium Atheniensium bona municipum publicandi. Σείειν est: „concutere", συκοφαντεῖν. Vid. Lexica.

λάβῃ, σκληραῖς περιβάλλει ζημίαις. οἱ δὲ εἰλικρινεῖς Ἀθηναῖοι, δριμεῖς τῶν τεχνῶν ἀκροαταὶ, διὰ τὰς συνεχεῖς. Τὸ καθόλου δ', ὅσον αἱ λοιπαὶ πόλεις πρός τε ἡδονὴν καὶ βίου διόρθωσιν τῶν ἀγρῶν διαφέρουσιν, τοσοῦτον τῶν λοιπῶν πόλεων ἡ τῶν Ἀθηναίων παραλλάττει. Φυλακτέον δ' ὡς ἔνι μάλιστα τὰς ἑταίρας, μὴ λάθῃ τις ἡδέως ἀπολόμενος. Οἱ στίχοι Λυσίππου·

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, στέλεχος εἶ·
Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθήρευσαι δ', ὄνος·
Εἰ δ' εὐαρεστῶν ἀποτρέχεις, κανθήλιος.
Αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνὶς, ἡ ῥόδοις δισσὴν

---

εἰλικρινεῖς] Plat. Symp. cap. 29. conjungit εἰλικρινὲς, καθαρὸν, ἄμικτον.

συνεχεῖς] Cas. θέας, Gronov. στοὰς supplent, Hoesch. asterisco notavit, quo Cod. caret. Fortasse ex antecedentibus τέχνας repeti potest.

Τὸ καθόλου] Locus laudatus *Hemsterh.* ad Luc. Nigrin. p. 246. Bip. uberrime illustratur a *Creuzero* in oratione de Civitate Athenarum, cum in omni oratione, tam p. 59. Annott. ubi comparationis fundum in Herodoti I, 60. contineri arbitratur. Versus tres sequentes Stephanus latine reddidit:

Si Athenarum spectator non fuisti, truncus es;
Sin earum spectator fuisti, sed non es irretitus, asinus es;
At si aeque animo ab illis discedis, es asinus clitellarius.

κανθήλιος] vulg. κανθήλιον, quod solum clitellam significat, illud autem (ut Suidas s. v. ait) ὄνος μέγας. Cf. *Fischer.* ad Plat. Symp. cap. 37. *Schaefer.* ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 353. Etiam οἱ στίχοι p. ὁ στίχος, monente Graevio, ex more Dic. scripsi.

Αὕτη] Hi versus, prius continuate scripti a St. et Graevio dispositi, neque vero ita emendati sunt, ut sensum probabilem funderent. Utut eos vertas, ab hoc l. alienos esse reperies, et margini a quodam imperite adpictos. Quum in eruendo sensu diu sine profectu versatus essem, *Godofredum Hermannum*, virum clarissimum, adii literis, ut mihi, quid de iis sentiret, pro sua humanitate aperiret. Respondit mihi perhumaniter, optimumque duco, acutam sententiam ipsis ejus verbis transcribere: „Die Stelle des Lysippus scheint mir weniger verdorben, als schwer zu erklären. So viel ist wohl gewiſs, daſs ein Rhodier spricht, der Athen zwar lobt, aber sich über die den Fremden und namentlich den Rhodiern dort zu Theil werdende Verachtung beklagt. Αὕτη πόλις ἔσθ' Ἑλληνὶς, ἡ Ῥοδίοις ἴσην εὐωδίαν ἔχουσα χἄμ' ἀηδίαν, verstehe ich so: „Das ist die griechische Stadt, die den Rhodiern eben so angenehm als unangenehm ist." Der folgende Vers hieſs vielleicht so: τὰ γὰρ Ἁλιεῖ ἐκεῖ μεγάλην

Εὐωδίαν ἔχουσα καὶ αμαληδιαν.
Τὰ γὰρ ἄλιιτα μεγάλην εἰς σχολὴν,
Τὸ γὰρ ἁλιακὸν ἔτος με μαίνεσθαι ποιεῖ.
Ὅταν δὲ τὴν λευκὴν τὶς αὐτῶν πραέως
Ἁλιακὸν εἶναι στέφανον εἴπῃ, πνίγομαι
Οὕτως ἐπ' αὐτοῖς, ὥστε μᾶλλον ἂν θέλειν
Ἀποκαρτερεῖν, ἢ ταῦτ' ἀκούων καρτερεῖν.
Τοιοῦτο τῶν ξένων τὶ καλεῖται σκότος.

Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν διὰ δαφνιδον καὶ τοῦ Ἀμφιαράου Διὸς ἱεροῦ ὁδὸν ἐλευθέρῳ βαδίζοντι σχεδὸν ἡμέρας πράσαντα· ἀλλ'

---

σχολὴν ἄγει, „denn an das Fest der Sonne denkt dort Niemand. *)“ Der folgende Vers ist vielleicht am schwersten zu erklären, und wenn die Schwierigkeit in der Sache liegt, weiſs ich nicht, wie ich sie heben soll. Indessen läſst das Uebrige vermuthen, daſs der Sprechende sich darüber beklagt, daſs man in Athen die Rhodier auch wegen ihrer dorischen Mundart, die man ihnen nachmachte, verspottete. Und so würde auch, was hernach folgt, den Sinn geben, „wenn einer so gnädig ist, die Pappel ἁλιακὸς στέφανος zu nennen, möchte ich lieber sterben, als das ewig anhören.“ In dem letzten Verse gefällt mir sehr die Conjektur καταχεῖται.“ Hactenus vir sagacissimus, qui se non absterreri passus est Stephani auctoritate pronunciantis: „risum autem eum augere, cui vox ῥόδοις suspecta, occasionem de Rhodiis vel Rhodo cogitandi praeberet.“ Ipse vero nihil, quod verba explicet, adfert, licet σχολὴν in χολήν μ', ἔτος in ἔθος mutet, aliaque tentet cum reliquis non congruentia. Sic etiam Graevius singula emendavit, quorum vim ad reliqua non intelligo. Pro ῥόδοις et αμαληδιαν vult ῥόδων et ἄμ' ἀηδία, p. τὰ γὰρ ἄλ. vult τὰ γὰρ ἀλιεῖ, τὰ μεγάλ' ἀνεῖς, vel μεγάλ' ἐν οἷς, p. τὴν λευκὴν et ἐπ' αὐτοῖς — τῶν λευκῶν et ἐπ' αὐτῶν, pro τοιοῦτο — τοιούτων. Gronovius tandem (praef. p. III.) monstrare studet, ἀμαληκίαν scribendum esse pro αμαληδιαν, idque significare *refrigerium*, et pro ἄλιιτα — ἀλεινά, et hinc reliqua facile intelligi dicit. Quod mihi certe nullo modo contigit. Cod. nil nisi duo puncta supra illam vocem habet.

ἀποκαρτερεῖν] f. ἀποθανεῖν. Sybarita de Spartanorum victu ap. Athen. XII. 518. — τὸν ἀνανδρότατον μᾶλλον ἂν ἑλέσθαι ἀποθανεῖν, ἢ τοιοῦτον βίον ζῶντα καρτερεῖν.

δαφνιδον] Pro h. v. in Cod.: notata. St. conjicit διὰ Δαφνοῦντος vel διὰ Δάφνης, quae urbium nomina sunt. *Voss.* ad Melam διὰ δαφνοειδῶν. Salmas. ad Sol. p. 146. διὰ Ψωφίδος (vid. intpp. Strab. IX. p. 612.). Casaub. totum locum sic constituit: Ἐντεῦθεν εἰς Ὠρωπὸν στάδια — ὁδὸς διὰ — καὶ τοῦ Ἀμφιαράου ἱεροῦ καὶ Ἐλευθερῶν βαδίζοντι, σχεδὸν ἡμέρας, προσάντης πᾶσα. Lectionem

*) Athen. XIII. 561. E. Θεσπιεῖς τὰ Ἐρωτίδια τιμῶσιν, καθὰ Παναθήναια Ἀθηναῖοι, — καὶ Ῥόδιοι τὰ Ἅλια.

ἡ τῶν καταλύσεων πολυπλήθεια, τὰ πρὸς τὸν βίον ἔχουσα ἄφθονα, καὶ ἀναπαύσεις, κωλύει κόπον ἐγγίνεσθαι τοῖς ὁδοιποροῦσιν. Ἡ δὲ πόλις τῶν Ὠρωπίων ἀποικία Θηβαίων ἐστὶ, μεταβολῶν ἐργασία, τελωνῶν ἀνυπέρβλητος πλεονεξία, ἐκ πολλῶν χρόνων ἀνεπιθέτῳ τῇ πονηρίᾳ συντεθραμμένη· τελωνοῦσι γὰρ καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς αὐτοὺς εἰσάγεσθαι. Οἱ πολλοὶ αὐτῶν τραχεῖς ἐν ταῖς ὁμιλίαις, τοὺς συνετοὺς ἐπανελόμενοι· ἀρνούμενοι τοὺς Βοιωτοὺς, Ἀθηναῖοι εἰσὶ Βοιωτοί. Οἱ στίχοι Ξένωνος·

Πάντες τελῶναι, πάντες εἰσὶν ἅρπαγες.
Κακὸν τέλος γένοιτο τοῖς Ὠρωπίοις.

---

ἐλευθέρῳ (h. e. εὐζώνῳ sive, ut Schol. Thuc. habet, ἀνδρὶ εὐσταλεῖ καὶ κούφῳ, καὶ μηδὲν ἔχοντι ἐμποδίζον.) tuetur *Wasse* ad Thucyd. II, 97. in adnotatione lectu digna. Pro δαφνιδον equidem scriberem Δελφινίου. Sic enim Strab. p. 618.: Ἀρχὴ τῆς Βοιωτίας ὁ Ὠρωπὸς, καὶ ὁ ἱερὸς λιμὴν, ὃν καλοῦσι Δελφίνιον. Μετὰ δὲ τὸ Δελφίνιον ἐστὶν ὁ Ὠρωπὸς ἐν εἴκοσι σταδίοις.

ἀναπαύσεις] Similia occurrunt in descriptione τῶν Τεμπῶν ap. Aelian. V. H. III, 1.

ἀποικία] Sic cum Graevio scripsi pro vulg. οἰκία Θηβῶν. St. et Cas. volunt οἰκεία, h. e. *propria;* inter Thebanos enim et Athenienses disceptatio de possidenda urbe fuerat (v. Thucyd. VIII, 95.). Eam igitur Dic. Thebanis adsignare. Sed eo tempore sub ditione Atheniensium (ὑπήκοος Ἀθηναίων Thuc. II, 23.) fuisse videtur. Cf. Lys. or. p. Polystr. p. 569. Licet Pausanias (Att. p. 64) eam demum, Thebis captis, a Philippo Atheniensibus datam referat.

μεταβολῶν] St. et Cas. placet μεταβόλων vel μεταβολέων. Cogitavi aliquando de μετάλλοις ex Euboea, e contra jacente, advectis.

ἀνεπιθέτῳ τῇ] hanc posteriorem voculam delerem; illam St. explicat: improbitatem *extremam*, ad verbum, cui nil adjici potest. Voc. deficit in Lexicis.

εἰσάγεσθαι] Cujusmodi fuerit hoc vectigal, incertum esse autumat *A. Boeckh.* l. l. p. 342. ubi nostrum locum tractat.

συνετοὺς] f. τὴν συνουσίαν, omne humanum vitae commercium tollentes. Sed fateor, nec hoc mihi satisfacere. Cogitavi etiam τὰ συνετὰ ἔπη ἀν. et alia. Quid sit συνετός, explicat Arist. Eth. Nic. VI, 10.

Ἀθηναῖοι] f. Ἀθηναίοις εἰσὶ βοηθοί, iis contra suos cives opem ferunt. Vide exemplum ap. Thuc. l. l. Sic nostro loco subvenire conatus sum, quem St. intactum reliquit.

Ὠρωπίοις] Ad explicandos Oropiorum mores admodum facit lo-

'Εντεῦθεν εἰς Τάναγραν στάδια ρλ'· ὁδὸς δι' ἐλαιοφύτου καὶ συνδένδρου χώρας, παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλοπῶν φόβου. Ἡ δὲ πόλις τραχεῖα μὲν καὶ μετέωρος, λευκὴ δὲ τῇ ἐπιφανείᾳ καὶ ἀργιλλώδης, τοῖς τε τῶν οἰκιῶν προθύροις καὶ ἐγκαύμασιν ἀναθεματικοῖς κάλλιστα κατεσκευασμένη. Καρποῖς δὲ τοῖς ἐκ τῆς χώρας σιτικοῖς οὐ λίαν ἄφθονος, οἴνῳ δὲ τῷ γινομένῳ κατὰ τὴν Βοιωτίαν πρωτεύουσα. Οἱ δ' ἐνοικοῦντες ταῖς μὲν οὐσίαις λαμπροὶ, τοῖς δὲ βίοις λιτοὶ, πάντες γεωργοὶ, οὐκ ἐργάται· δικαιοσύνην, πίστιν, ξενίαν ἀγαθοὶ διαφυλάξαι· τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν καὶ τοῖς στειχοπλανήταις τῶν ἀποδημητικῶν ἀφ' ὧν ἔχουσι ἀπαρχόμενοί τε καὶ ἐλευθέρως μεταδιδόντες, ἀλλότριοι πάσης ἀδίκου πλεονεξίας.

---

cus Platonis de Legg. IV, 1. p. 705. A. Πρόσοικος γὰρ θάλασσα χώρᾳ sqq.

κλοπῶν] furtorum sive latrociniorum. Sed *T. Hemst.* ad Lucian. Dial. Mort. T. II. p. 535. Bp. legi mavult κλώπων. Oropum inter Athenas et Tanagram sitam esse, Pausanias ait l. l. et ap. Thucyd. III, 91. Athenienses Oropo profecti Tanagram aggrediuntur. Pugna ad Tanagram ἐν Οἰνοφύτοις (ad quod et vinum Tanagraeum, quod Dic. laudat, pertinet) nota est. Cf. intpp. Thuc. I, 108. p. 184. ed. Gottl.

τοῖς τε] vulg. δὲ, illud sensus efflagitare videbatur.

ἐγκαύμασιν] v. St. Thes. L. G. v. ἔγκαυσις et inprimis *Salmas.* ad Solin. p. 231. qui ad nostrum explicandum excitat Vitruv. IV, 6.: ipsaque forium ornamenta cett. et Ausonium:

Ceris inurens januarum limina
Et atriorum pegmata.

ἀναθεματικοῖς] scribendum ἀναθηματικοῖς. Vox in Schneidero deficit, extat in *V. Schmidtii* libello: 1000 griechische Wörter. Berl. 1817.

πρωτεύουσα] Hinc explicandum caput *Bacchi*, hedera cinctum, in nummis Tanagraeorum. Vid. *Rasch.* Lex. N. T. V. P. I. p. 501.

στειχοπλανήταις] Cas. conjicit πτωχοπλανήταις et ἐπιδ. pro ἀποδ. (Cod. στιχοπ. et ἐλευθέροις.) Sed mihi vulg. recte se habere videtur. „Tanagraei non solum egenis civibus, sed etiam errantibus externorum mendicis de suo impertiunt." Proprie est: den in der Irre herumwandelnden der Ausländischen. Habet sua noster sibi peculiaria verba et singulares locutiones, sicuti ejus et aequalis et amicus Theophrastus in libello aeque lacero de Characteribus; sicut in hoc, sic etiam in illo caute et sobrie agendum est in mutandis vocabulis novis aut novo modo usurpatis.

Καὶ ἐνδιατρίψαι δὲ ξένοις ἀσφαλεστάτη πόλις τῶν κατὰ τὴν Βοιωτίαν· ὕπεστι γὰρ αὐθέκαστός τε καὶ παραύστηρος μισοπονηρία, διὰ τὴν τῶν κατοικούντων αὐτάρκειάν τε καὶ φιλεργίαν. προσπάθειαν γὰρ πρός τι γένος ἀκρασίας ἥκιστα ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατενόησα, δι' ἣν ὡς ἐπιτοπολὺ τὰ μέγιστα γίνεται ἐν τοῖς ἀνθρώποις ἀδικήματα. Οὗ γὰρ βίος ἐστὶν ἱκανὸς, προσπάθεια πρὸς κέρδος οὐ φύεται, καὶ χαλεπὸν παρὰ τούτοις ἐγγίνεσθαι πονηρίαν. Ἐντεῦθεν εἰς Πλαταιὰς στάδια σ'. ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἔρημος, καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα· οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής. ἡ δὲ πόλις κατὰ τὸν κωμῳδιῶν ποιητὴν Ποσείδιππον

Ναοὶ δύο εἰσὶ, καὶ στοὰ, καὶ τοὔνομα,
Καὶ τὸ βαλανεῖον, καὶ τὸ Σαράμβου κλέος·

---

ὕπεστι] Sic audacter e Cod. reposui p. vulg. ἄπεστι, quod nullo modo sensum commodum praebet, utut St. τὴν ἄγαν μισοπονηρίαν e Plutarcho vitium esse probare studeat. Αὐθέκαστος est *verax*, quo sensu h. v. Aristoteles usurpat Eth. ad Nicom. IV, 7. eamque explicat: ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ. Ex hoc libro plura possunt ad illustrandum et Dic. et Theophrasti libellum depromi et vice versa, quod apparebit ex ejus editione, quam *Zellius* meus mox curabit. Pro αὐθέκαστος in cod. est ἕκαστά τε et quoque ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ itemque γίγνεται.

ἀδικήματα] Nam (ut habet Aristoteles l. l. VII, 8.) — οἱ ἀκρατεῖς ἄδικοι μὲν οὐκ εἰσίν, ἀδικοῦσι δέ.

καὶ χαλεπὸν] copulam hic inserui, quam St. ante προσπάθεια collocari vult. Sed jam in h. v. apodosis incipit.

ἡσυχῇ] „aliquantum" vertit St. Mihi et hic et infra, ubi recurrit, haec vocula suspecta est. Ἔρημοι σταθμοί in Xenophontis Anabasi aliquoties dicuntur.

ἀνατείνουσα] Est via ἡ πρὸς Κιθαιρῶνα, — ἡ ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσα (ap. Thucyd. III, 24.), quam latrociniis infestam fuisse et alii tradiderunt. (Vid. Diog. L. II, 136. Lucian. Diall. M. XXVII. ubi est: ἐπεφόνευντο ὑπὸ λῃστῶν παρὰ Κιθαιρῶνα sqq.) Ad haec igitur ἐπισφαλής refero et delerem v. οὐ, aut scriberem ἀσφαλής cum *Hemsterh.* ad Luc. D. M. T. II. p. 535. qui tamen vulg. tuetur, sensu diverso intelligens, „viam, quae in Cithaeronem erigeretur, praecipitiis non valde fuisse periculosam." Sed tunc Dic. aliquid additurum fuisse credo.

Ναοὶ] Nam haec urbs ὑπὸ τῶν Θηβαίων καθῃρέθη πλὴν τὰ ἱερὰ, Pausan. X, 1. cf. Wessel. ad Diod. XV, 41. Σαράμβου p. Σηρ. scripsi; ille enim erat caupo celeber Athenis, Plataeis ortus. Vid. Toup. Em. in Suid. p. 409. Plat. Gorg. p. 246. Hd.

*Τὸ πολὺ μὲν ἀκτὴ, τοῖς δ' ἐλευθέροις πόλις.*

*Οἱ δὲ πολῖται οὐδὲν ἕτερον ἔχουσι λέγειν, ἢ ὅτι Ἀθηναίων εἰσὶν ἄποικοι, καὶ ὅτι τῶν Ἑλλήνων καὶ Περσῶν παρ' αὐτοῖς ἡ μάχη ἐγένετο. εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί. — Ἐντεῦθεν εἰς Θήβας στάδια π'. ὁδὸς λεία πᾶσα καὶ ἐπίπεδος. ἡ δὲ πόλις ἐν μέσῳ μὲν τῆς τῶν Βοιωτῶν κεῖται χώρας, τὴν περίμετρον ἔχουσα σταδίων ό, πᾶσα δὲ ὁμαλή· στρογγύλη μὲν τῷ σχήματι, τῇ χρόᾳ δὲ μελάγγειος· ἀρχαία μὲν οὖσα, καινῶς δ' ἐῤῥυμοτομημένη· διὰ τὸ τρὶς ἤδη, ὥς φασιν αἱ ἱστο-*

---

*ἀκτὴ*] St. nemini auctor esse vult, ut in hujus versiculi sensu eruendo multum operae ponat. Cas. tamen explicando *ἀκτὴν* urbem incolis destitutam et solam, (sicuti Cicero de Q. fratre: non homo, sed *littus* atque aër et solitudo mera,) et versum explicatum putat. *Vossius* ad Scyl. p. 9. Huds. legit *τοῖς δ' Ἐλευθερίοις πόλις*, hoc sensu: „urbem non esse, quod vacua sit, maximaque parte ex amoeniis constet. Ubi vero Eleutheria celebrantur (quod quoque quinquennio Plataeis fiebat), quia magnus tum hominum ibi fit concursus, fieri urbem.“ Mihi in mentem venit *αἱ δ' Ἐλευθεραὶ πόλις:* Plataeas quidem solitudinem esse, sed Eleutheras, quae urbs proxime jacebat, veram urbem. Strabo IX. p. 629. de Thespiis et Tanagra dicit: *μόναι συνεστήκεσαν τῶν Βοιωτικῶν πόλεων, τῶν δ' ἄλλων ἐρείπια καὶ ὀνόματα λέλειπται.* Idem p. 631. de Eleutheris.

*εἰσὶ δὲ Ἀθηναῖοι Βοιωτοί*] Graev. adscripsit — *Ἀθηναίων ἄποικοι.* Sed ap. Thucyd. III, 61. *Thebani* prae se ferunt: *ἡμῶν δὲ κτισάντων Πλαταίαν.* Igitur illa verba, si modo incorrupta sunt, ita explicanda sunt, ut Dic. eos, quamvis Boeotii sint, tamen Atheniensium socios esse dicat. Erat autem Plataea prius quidem *Ἀθηναίων ξυμμαχίς.* Th. II, 2.

*ἐγένετο*] Hoc mirum est, nam praeter illud proelium Plataeenses bello Peloponnesiaco et fortitudine et infortunio insignes fuere.

*στάδια π'*] scribendum *ο'*, nam (ap. Thucyd. II, 5.) *ἀπέχει ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑ β δ ο μ ή κ ο ν τ α.* Jam cum appareat, quemadmodum numeri depravati sint, nihil pronuntiaverim de sequente *ο'*, cum in Anagraphe Thebarum ambitus dicatur fuisse stadiorum 43. Donec igitur aliunde aliquid comperérim de ambitu hujus urbis, stet sententia *Barthelemii* (Voyage d. j. Anach. T. III. cap. 34. not.) — „que l'auteur parle dans le premier passage de l'enceinte de la ville basse, et que dans le second il comprend dans son calcul la citadelle.“

